2 GRADVS 3



QVALITEATVM SVMMA


LIBRARIAE UNIVERS JAGELL CRACOVI



HISTORIA

sive

DESCRIPTIO PLANTARVM OMNIVM, TAM DOMESTICARVM QVAM EXOTICARVM:

Earundem cum Virtutes Influentiales, Elementares, & Naturales, tum Subtilitates, necnon Icones etiam Veras, ad Vivum artificiosè expressas proponens: atq; Vnà cum his, partium omnium corporis humani Vt externarum ita internarum picturas, & Instrumentorum Extractioni Chymicæ servientium delineationem Vsumq;, ac Methodos deniq; Pharmaceuticas quasvis, ad curam Valetudinis dextre tractandam necessarias complectens:

Vtilitatis Vero publicæ gratiâ.

A

LEONHARDO THVRNEISSERO zum Thurn/ Medico ordinario Electoris Brandeburgici conscripta.



PRIVILEGIVM.



AXIMILIANVS II. DIVINA FAVENTE CLEmentia Romanorum Imperator Electus, semper Augustus: Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ VVirtẽbergæ &c: Comes Tyrolis &c. Testamur his literis publicè, ac significamus Vniuersis & Singulis. Cum nobis Leonhardus Thurneisserus Basiliensis, Vir apprimè ingeniosus, & noster ac Sacri Romani Imperij Fidelis dilectus, humiliter exposuisset: Se longo studio, laboribus immensis, necnon sumptibus & opibus quoq; proprijs impensis, in gratiam Vtilitatis publicæ Botanologicum nouum, Partim ex Monumentis Paracelsi, partim Experientiæ suæ ipsius documentis congestum, & ordine ac methodo certa in Corpus redactum, atq; adeo sermone simul & Germanico & Latino conscriptum, typis in publicum emittere constituisse: Nosq; ideo suppliciter imploratos rogasset: Vt sibi ad eam rem, Potestatis nostræ Cæsareæ auxilia & tutelam clementer impertiri dignaremur: Petitioni itaq; huic æquæ ac honestæ haud grauatim annuentes, ei hanc gratiam & libertatem sumus largiti: atq; his quoq; Literis Authoritate Imperatoria scientes largimur. Vt scilicet, Leonhardo Thurneissero Botanologicum illud typis publicare liceat: neq; id Alij cuiquam præterea, intra decennium ab hinc proximũ, priuatim siue publicè recudere, siue ita recusum importare, distrahere, aut venale circumferre vllo modo fas sit. Quapropter omnibus & singulis Imperij, Regnorum, Ducatuum, & Ditionum nostrarum hæreditariarum Subditis ac Fidelibus nostris, cuiuscunq; Dignitatis & conditionis hi fuerint, ac inprimis Typographis & Bibliopolis, comminatione nostræ indignationis, pœnæ, atq; adeo etiam mulctæ, nimirum marcarum decem auri puri (parte dimidia nostro atq; Imperij Fisco, dimidia Authori strictè soluendæ) interdicimus ac vetamus: Ne quisquam Alius, Librum commemoratum intra decennium definitum recudat: siue ita recusum circumferat, venum proponat, aut vendat: siue hæc ab alijs fieri permittat: quatenus quilibet sibi a pœna & mulcta periculum esse nolit. Ad huc vt Thurneissero, Libros ab Alijs recusos, vbicunq; in hos inciderit, in suam potestatem transferendi, cumq; his pro arbitrio agendi ius habeat, serio sancimus. Veruntamen eundem, lege huius Priuilegij nostri amittendi, vt Exemplaria tria Cancellariæ nostræ Imperialis Taxatori transmittat, volumus deuinctum. In cuius rei fidem Diplomati huic Sigillum nostrum Imperiale appensum fuit. Datum in vrbe nostra Imperiali Ratisbona IIII. Idus Iulij, Anno Dominicæ Incarnationis CIↃ. IↃ. LXXVI. ac Regnorum nostrorum, Romani quidem XIIII. Vngarici vero XIII. & Bohemici XXVIII.

Maximilian

V. Io. Bap. VVeber.

Ad Mandatum Sacr.
Cæs. M: Propr.
A. Ernstenberger.



STEPHANVS

DEI Gratia REX POLONIAE, magnus DVX Lithuaniæ, Rusſiæ,
Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Kyouiæ, Voliniæ, Podlachiæ, Liuoniæq;, nec-
non PRINCEPS Transſyluaniæ. Significamus hiſce noſtris literis, quo-
rum intereſt vniuerſis & ſingulis. Cùm eſſet nobis relatum à Generoſo Ioanne Oſtrorogo, Regni
noſtri Pocillatore ſyncerè nobis dilecto: decreuiſſe Leonardum Thurneſium, excellentem Philoſo-
phum & Aſtrologum Germanum, Illuſtriſſimi Principis Marchionis Brandenburgenſis, Sacri Rom.
Imperij Electoris Medicum ordinariũ, publici emolumenti cauſa, magno cum ſumptu ac labore ſuo,
lingua Latina & Germanica, typis in lucẽ emittere nouum quoddam Opus herbarium, in aliquot vo-
lumina digeſtum, longaq; obſeruatione, peregrinatione, meditatione, ac lectione conſcriptum: eun-
demq; à nobis ſupplici libello petijſſe: ne, vbi id ſuum opus in Ditiones noſtras importatum eſſet, ab
vllo noſtro Typographo, decimo à prima eius editione anno, Ipſo, Poſteriſq; eius inſcijs ac nolẽtibus,
recuderetur: neue ab aliquo vbiuis locorum, ijſdem nolentibus, intra hoc temporis ſpacium recuſum,
in Prouincijs noſtris venderetur: Quapropter nos, æquam eſſe petitionem eius videntes, ſimul & il-
lud, quæ & quanta commoda, ex literatorum Virorũ Lucubrationibus ac Scriptis, ad genus humanum
perueniant, perpendentes: cupientes etiam has Gẽtes & Regiones (ad quarum Regimen diuina proui-
dentia vocati euectiq; ſumus) omni commodorum genere, absq; fraude cuiusquam, abundare, & quàm
nobis grati ſint doctorum Virorum labores declarare, facilè id huic Thurneſio gratificati ſumus,
idq; hoc diplomate noſtro teſtari volumus, ac iam teſtamur. Quo circa, Dignitarijs, Officialibus,
Magiſtratibus, ac alijs quibuſuis Perſonis tàm publicis quàm priuatis, præcipuè verò Typographis &
Bibliopolis ſubditis noſtris, his quidem mandamus: ne hunc ipſum Thurneſij, cum plantarum ima-
ginibus Librum herbarium, intra decennium à prima editione illius, Ipſo Poſteriſue eius inſcijs & in-
uitis, typis excudere: aut ſi intra hoc tempus, Authore inuito ac ſuis, alicubi recuſus foret, venum
proponere audeant, vel etiam diuendant: ſub pæna quinquaginta marcarum auri puri, omniumq;
Exemplariũ amiſſione, dimidia parte nobis, altera verò ipſi Authori Poſteriſue illius danda: Illis ve-
rò, vt hoc, quo Thurneſij damnis occurrimus, mandatum noſtrum fideliter obſeruent: atq; ab omni-
bus, ſi qui contra aliquid tentauerint, cum debita exequutione ac pœnæ nominatæ exactione obſer-
uari curent: nec aliter pro debito officij ſui, gratiaq; noſtra Regia facere audeant. In cuius rei fidem,
Sigillum noſtrum huic diplomati, manu noſtra ſubſcripto, appenſum eſt. Datum Bydgoſtiæ die vi-
geſima ſeptima Menſis Ianuarij. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.
Regni verò noſtri anno primo.

Stephanus Rex.



RANCISCVS MEDICES

*Dei Gratia Etruriæ Magnus Dux II. Florentiæ, & Senarum Dux Tertius,
Portus ferrarij in Ilua Inſula, Caſtilionis piſcariæ, & Igilij Inſulæ Dominus &c.
Artes liberales, præſertim Rem medicam, ſuis vigilijs et ingenio exornantes, com-
moditatiq; publicæ conſulentes, non ſolum doctiſsimorum Hominum laudibus ex-
tollendos: ſed etiam Principum benignitate & fauore amplectendos cenſemus. Cum itaq; Leonardus
Turneiſſer de Turri, Artium & Medicinæ Doctor inſignis, nouum Herbarium Germanicum, omnibus
ferè Herbarum generibus refertum, ſua induſtria ac labore mirificè confectum, in lucem prodire, et noſtro
etiam Priuilegio ſuffultum inprimi petierit: Nos propterea eius precibus annuentes, harum ſerie literarum,
cuicunq; Impreſſori, Bibliopolæ, Negociatori, cæteriſq; Florentiam hanc, & Senenſem, Ditiones noſtras
frequentantibus, interdicimus: ne proximo ab hac ipſa Die decennio, prædictum Herbarium, in Latinum
ſeu Italum ſermonem verſum inprimere, aut inprimi facere, vel impreſſum venundare citra eiusdem Le-
onardi conſenſũ, & voluntatem audeat, aut vllo pacto præſumat: Quinquaginta aureorũ in quodlibet Volu-
men, & Voluminis amiſsionis pœna, ſi quis aduerſus hæc fecerit, ipſo facto infligenda. Cuius altera pars ipſi
Leonhardo, altera Ærario noſtro acquiratur: Quibuſcunq; cõtrarijs non obſtantibus, quorũ infidẽ diploma
hoc fieri iuſsimus, noſtra manu, ac ſoliti plumbei Sigilli appenſione munitum. Datum Florentiæ, in noſtro
Ducali Palatio, Die vigeſima ſexta Nouemb: Anno Dominicæ, & ſalutiferæ Incarnationis, milleſimo
quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Noſtri Magni Ducatus Etruriæ, aliorũq; noſtrorũ Ducatuũ ſecundo.*

Francis: Med: Mag: Dux Etruriæ.

Ad Mand: expreſſum sereniſſ: magni Ducis.

Paulus Vinta.

IN EFFIGIEM EXERCITATISSIMI ET INGENIOSISSIMI

VIRI D. LEONHARDI THVRNESII, ILLVSTRISSIMI ELECTOris Brandenburgici Archiatri,

SI faciem cupias & membra decora videre
Thurnesij, hæc eadem picta tabella refert.
Doctus Apelle fuit, cælo depingere Doctos,
Cuius in hanc artem tam fuit apta manus.
Illius hic saltem potuit proferre figuram,
Qui queat ingenium pingere nullus erit.
Est etenim varijs virtutum dotibus auctus,
Artibus insignes præstat in orbe viros.
Innumeras terras adijt iuuenilibus annis,
Sæpius inuicti militis arma tulit.
Inq́; toga studuit mysteria maxima rerum
Nosse, quibus multis gloria magna venit.
Huius tu monumenta legas atq; ordine lustres,
Si cupis ingenij certior esse sui,

M. F. S. W.

Ὅστις Δορνεσίοιο θέλεις καλὸν εἶδος ὁράειν,
τρέψον πρὸς ταύτην εἰκονα ὄμμα τεὸν.
ἀτρεκέως αὕτη κείνου ῥὰ καταγράφει εἰκὼν
εὐμόρφου μορφὴν ὄψιος, ἠδὲ μελῶν.
αὐτὰρ μηδεμία γράφις, ἀνδρὸς γῆν ἐπὶ πᾶσαν
κυδαλίμου, δύναται τὸν νόον ἐκγραφέμεν.
ἀγλαὸν οὖν κάλλος σοφίας γ' ἀνδρὸς καταγνῶναι
βουλόμενοι, ταύτην τὴν ἀναγνῶτε βίβλον.

M. P. V. S.



ILLVSTRISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO STEPHANO, DEI GRATIA REGI POLONIÆ,

Magno Duci Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kyouiæ, Voliniæ, Podlachiæ, Liuoniæque: necnon Principi Transyluaniæ &c.
Domino suo longè clementissimo.
S.



Orpus humanum, quo nihil est omnium operum Diuinorum, non solum dotibus rationis & intellectus, actuq; iustitiæ, verum etiam ipsius substantiæ & partium compositione concinna, admirabilius aut ornatius, Rex Illustrissime atque Inuictissime, Cabalistæ, Magi, Philosophi, atq; Physici Antiquiores reliqui, diuersimodè in plures partes diuisere. Atq; vt doctrinæ suæ sententiam (quæ quibusdam videretur obscurior) præstarent apertiorem, particularum eius quamlibet, vel à functionis suæ potentia, vel habitudine siue προσδιαθέσει, ad res quasdam alias (quam scilicet in illas, vel sympathia & naturæ familiaritate quid salubre efficiendo, aut Antipathia & repugnantia temperiem naturalem destruendo exercerent) nominibus proprijs sigillatim indigitarunt: atq; adeo (vt ita loquar) Signatura notatam, Posteris cognoscendam proposuerunt. Ex his enim Sapientes Aegyptiorum quidem (Homines Dignitate Sacerdotali, & mysteriorum Diuinorum notitia eximia, nec non Virium cælestium quoq;, ac simul rerum Elementarium ac humanarum cognitione vera insignes) cum experientiæ diuturnæ documentis, Sapientiam præclaram acquisiuissent, idipsum in caput, manus, pectus, & crura sunt partiti. Alijs diuisio, in collum, ventremque, & membra inferiora & superiora placuit: eamque ipsam Viri multi præstantes (vt Hippocrates, Aristoteles, Ruffus, & multi alij) sunt secuti, atque ad hanc Scriptorum suorum seriem accommodarunt. Diocles Carystius vero, in Epistola ad Antigonum Regem, distributionem illam digerit, in caput, thoracem, ventrem, & vesicam. At Galenus (cumq; hoc Neoterici quidam) ventrem à reliquo corpore separauit. Veruntamen fuere quoq; Alij (quorum magna est turba) qui caput, collum, Ventrem medium & infimum cum lumbis, & membra cætera (vt manus & pedes) partes esse à se sigillatim distinctas iudicarent. Ac poterat de hoc ipso, quemadmodum & de eo, quomodo Medici quidam Noui, membra inuicem segregauerint, hisq; non solum nomina propria imposuerint, verum etiam facultates earundem (vt robur aut imbecillitatem, naturæ cognationem aut dissidium mutuum, atq; temperamentum quoq;) sigillatim definierint, Liber peculiaris conscribi.

Enumeratio succincta Scriptorum antiquorũ, de parte Medicinæ Physiologica, Aetiologica, et Therapeutica.

Simili ferè ratione, de morborum, in membris commemoratis particulisq; horum existentium, cum Causis primarijs, tum generibus (vt alijs vel Similaribus vel Instrumentarijs, alijs Acutis vel Chronicis, alijs Curabilibus, vel Incurabilibus, & similibus: quibus recensendis nec spacij nec temporis satis datur) ex doctrina Virorum, ingenij acumine, arte, & scientia excellentissimorum, tantum Librorum editum fuit: vt in hac Operis parte, ne nomina quidem Authorum, aut saltem Monumentorum ipsorum titulos (cum eorum commemoratio, potius Volumen peculiare requirat) liceat complecti.

Post hæc, de speciebus quoq; Humorum (ex quibus excessu quodam aut defectu, vel potius intemperie, corruptis & læsis, morbi in membris, particulisq; earum, originem & initium ducerent) deq; morbis ipsis, qui ex Humore quolibet, tam simplici & solo, eoq; priuatione aliqua ab habitu suo naturali abducto & vitiato; quam composito, siue vni, duobus, aut tribus alienis & contrarijs mixto gignerentur, dogmata plurima & varia condidere, cum Quidam Authorum modo nominatorum, tum Galenus, Erasistratus, Zeno, Alcmæon, Pythagoras, Alexander Trallianus, ac pleriq; Alij.

Sic de Rebus naturalibus, contra naturam, & non naturalibus, Scriptis editis disseruere, Apolonius Memphites, & Xenophon Cous, cum Alijs pluribus: Ac priorum quidem, quæ corpori humano materiam & formam præbeant, in constitutionem eius ingrediantur, ibiq; crescant, augeantur, Spiritum vitalem foueant & conseruent, septem: mediarum, quæ naturæ humanæ ex diametro repugnent, noceant, & morbos inducant, tres: posteriorum vero, quæ si rectè adhibeantur, corporis valetudinem & incolumitatem tueantur, spiritusq; vitales ac vires omnes roborent, sin illegitimè aut sinistrè accommodentur, sanitatem affligant, spiritus destruant, & vigorem vitæ intercipiant, sex recensuere: Simulq;, quomodo Res illæ omnes, situ locorum, natura temporum, Impressione virium cœlestium, & Elementorum (vtpote ventorum siue aëris, terræ, & Aquarum) operationibus, in Sexu tam Virili quam Fæmineo & Puerili (quod accipiendum est de discrimine ætatis, conditione, & habitudine vitæ, atq; potentia ἐνεργητικῇ in Homine quolibet) varient & mutentur, monuere.

Quarũ quidem Rerum omnium origo, cum ex Elementis horumq; temperamento promanet: ab elementis vero Humores (quorũ Aliqui quatuor, Alij tres, Alij plures numerarunt) ortus & incremẽta sua capiant: atq; ab his, corporis humani membris siue externis siue internis, atq; eorundem actionibus naturalibus, non solum debilitas, verum etiam virtutum omnium naturalium defectus existat: tandemq; mors ipsa, quæ rebus terrestribus omnibus finem affert, veruntamen à Deo solo (in hoc quoq; omnipotentiam suam declarare volente) Essentiæ Spirituali & animali, vtpote corruptionis experti, à materia terrestri & corruptibili separandæ est destinata, sequatur: atq; ita necessariò Spiritus (siue vita) à societate corporis diuellatur: His itaq; causis impellentibus, euenit: Vt tot Viri præstantes, vsu Subtilitatum siue Virtutum essentialium, quæ non solum in radicibus, herbis, floribus, fructibus, & Seminibus, verum etiãm Feris, Volucribus, Piscibus, Vermibus, horumq; animalium partibus, immo in Metallis, mineris, lapidibus, lignis, & Creaturis reliquis (quascunque scilicet in Regionibus elementorum, vtpote terra, Aqua, & Aëre foueri, notitia certa constat) reconduntur, morbis illis resistere: & his adminiculis ægritudines amoliri, metamq; vitæ producere, tam obnixè tantaq; virium omnium contentione laborarint. Ac horum ex numero, Salomon (Regum ille sapientißimus) Chiron, Apollo, Theophrastus Senior, Dioscorides, Serapio, & Alij, in Herbis: Aaron, Euax, & Albertus in Volucribus, Lignis, & Lapidibus: Mercurius ille ter Maximus, & Mesue, cum Alijs pluribus, in Metallis, Mineris, & Gummi terrestribus, Rebusque alijs, laboribus haud leuibus virtutes occultas, quæ in Creaturis illis Essentialiter & Spiritualiter delitescunt, & simul efficacia aliqua naturali, contra Affectus membris corporis humani sanitatiq; officientes (Morbosue) valent, sunt scrutati. Post hos Alij, cum obseruatione & experientia multiplici deprehendissent: Vim illã superiorem corporum cœlestium, Stellis Fixis & Erraticis, in locis peculiaribus & conuenientibus Dignitates essentiales tenentibus, iuxta seriem partium Zodiaci, perpetuò mutationes insignes importare: exq; motibus cœlestibus (cum Planetarum, quemadmodum & Stellarum reliquarum, quilibet, proximè post Deum, imperium peculiare, veruntamen naturæ suæ conditioni conueniens, in corpore humano habeat) morbos & earum causas necnon exitus dignosci: atq; positu siderum diligenter obseruato, & Curatione adhunc accommodata, plurimum profici: Ex obseruationum huiusmodi inuentis, non sine labore singulari, Artem confecere. Ac inter hos quidem post Chaldæos, Ptolemæus (vtpote in ordine haud postremus) Doctrina verorum motuum, Ecclipsium, & Causis Effectuum methodicè explicatis, de Diebus Criticis, Plato de Motu, Hippocrates de mutatione aëris, quemadmodum de temporibus euacuationum Auicenna & Auerrhoes, de Vomitu Polybius & Valeriola, de Venere & Coitu Aetius & Paulus, singuli satis copiosè docuerunt. Præter hæc vero ijdem, & cũ his Alij plures, Vtilitatis publicæ gratia, notitiam rerum quoq; aliarum in lucem asserere (idipsum tamen vijs diuersis) contenderunt. Horum etenim Aliqui, præcipuè vero Salomon (cuius Libris proh dolor ex parte caremus) Aesculapius, & Philosophorum Antiquiorum aliquot Alij, quorum Experimenta Vetustate intercidere, cumq; his Theophrastus etiam Paracelsus (qui paulo ante hoc sæculum in viuis esse desyt, & licet vltimum inter reliquos sit locum sortitus, primis tamen merito annumeratur) Plantarum virtutes & efficacias iudicarunt, à Visu, à comparatione, Sympathia, Antipathia, atq; Argumentis naturæ alijs. E diuerso easdem Theophrastus Senior, Dioscorides, & Galenus, cum Sectatoribus suis, ex gustu, Olfactu, pinguedine, & macredine: Alij (vt Hali Abenragel, Oribasius, & Marsilius Ficinus) apud sui sæculi Homines, partim ex diligentiæ priuatæ documentis qualibuscunque, partim ex auditu (id est partim ex Aliorum relatu, partim persuasione non vero oculata fide, & vsu deniq; vulgari, neque tamen experimentorum sufficientium veritate) statuère.

COLLATIO & Expositio Methodi qua Opus hoc Herbarium deducatur.

EGO VERO, ex opinionibus ante commemoratis omnibus, delectu vtilißimarum facto, in Botanologico hoc nouo, Methodum diuersam tradere sum conatus. Principio etenim hæc ipsa, membri particulæq; eius habitum, partium alicui Plantæ (siue radici, siue cauli, siue herbæ, siue floribus, siue seminibus, siue fructibus) similitudine & familiaritate quadam alludentem notat: ac vim efficaciæ ex Signatura (à Deo, vtpote Architecto omnium solertißimo, nulli rei irritò afformata) definit: eaq; ex re, tam Antipathiæ & repugnantiæ, quam (ne quid omnino desideretur) Sympathiæ & conformitatis naturalis cum morbo, γνωρίσματα & indicia infallibilia præbet.

Qualitatum notitia certior & solidior petitur ex Destillatione quam odore aut gustu.

Secundo loco, non solum temperamenti primarum qualitatum (vt calidi, humidi, & frigidi) proportio, quã Prisci ex sensuum Indicijs (vtpote gustu) spectarunt, diligentißimè obseruatur: verum etiam qualitates secundæ (vt dulcedo, acredo, amarities, & acor) simulq; partes Essentiæ nobiliores (quarum altera Oleum, altera Essentiam, altera Magisterium, & sigillatim altera Subtilitatem aliam, eamq; à prioribus diuersam suppeditat) non tam in Plantis quam Rebus quoq; Alijs omnibus (quas hic mentione generali solummodo παρέργως attingimus: cum de Animalibus, Metallis, Lapidibus, & Corporibus alijs, Opus peculiare adornemus) definiuntur. Idq; ipsum, opera Experimenti longè certißimi, Destillationis nimirum: qua rerum omnium naturalium Subtilitates nobilißimæ, à corpore impuro segregantur, & non quidem ad numerum quatuor Elementorum (vt pote Ignis, Aëris, Aquæ, & Terræ) sed ad Principia tria, Sal, Sulphur, & Mercurium (non quod siue Elementa, siue qualitates, siue Complexiones illas quatuor Philosophorum negem: sed quod in Distillatione, cuius beneficio,

vtpote

vtpote Indicis certissimi, naturam Plantarum istarum exploraui, compositionis partes non quatuor sed tres tantum inuenerim) reducuntur: Ac præterea cum opinione Veterum (ne ipsa hîc antiquetur aut aboleatur, sed potius illustretur) conferuntur.

Tertio, cum res quælibet tempus suum peculiare habeat: atq; non tam indolis & naturæ priuatæ, siue temperamenti proprij potentia, quam huius aspirantis opera, effectum certum præstare valeat: simul itaq; Influentiarum, Impressionum, & situum in Planetis & Stellis reliquis, necnon & temporum (quæ omnia vsu & experientia continentur) obseruandorum Ars, non quidem ex superstitionis vanæ opinionibus, sed ex permissione clementissima voluntatis diuinæ solummodo, conditur.

Adhæc, cum diuersitas & multitudo appellationum, notitiam Plantarum ex parte obscurauerit, vt ea tandem fiat expeditior, Rationes quædam ceu coniecturæ siue αἰτήματα (non vero Ἀξιώματα, ad quæ amplectenda quenquam cogere velimus) pro ingenij nostri tenuitate bono animo interponuntur: Atq; adeo in Plantarum generibus, sigillatim species tres (nimirum ea, quæ in suo genere calore & viribus primas obtinet, loco viri: quæ vero ab excellentia illa virium, caloris, & siccitatis longius abest, loco Pueri siue Sobolis: quæ deniq; qualitate & viribus inter has media est loco Fæminæ) cōstituuntur. Corpus vero humanum tali ferè modo diuidimus. Partes vitales interiores, (vt cerebrū, cor epar, fel, pulmones, stomachum, renes, lienem, & Vesicam) partes facimus distinctas: & per has, totam corporis humani molem, in membra principalia nouem partimur: horumq; cuilibet (quod spiritus ex anima, & ex his duobus corpus, contra Medicorum plurimorum aliorum Decreta, oriatur) particulas cohærentes tam internas quam medias & externas adiungimus. Qua distributione fit, vt Opus hoc integrum (qua Plantarum cum domesticarum tum peregrinarum, earumq; iam incisarum atq; excusioni destinatarum, præter recens ex Aethiopia, America, & Regionibus Alijs allatas, mille nongentæ viginti & vna describentur) in Libros decem diducatur. Atq; hic primus quidem, quem Maiestati Vestræ Regiæ (vtpote Principi laudatissimo, iustitiæq; Patrono & amatori summo, necnon scientiarum plurimarum cognitione imbuto) obseruantia humilima dedicatum cupio, solummodo Εἰσαγώγη quædam & Introductio est, ad intellectum Librorum sequentium nouem: neq; separatim membrum corporis humani vnicum aliquod, sed (cum Plantæ ipsæ nullam particularum seorsim signent) in generè omnia simul spectat. Reliquorum vero quilibet, vni membrorum commemoratorum, & particulis eius vel minimis & vilissimis in sanguine, Humiditatibus, venis, Omentis, neruis, musculis, ossibus, cartilaginibus, medulla, fibris, ligamentis, tunicis, vnguibus, cute, pilis, & summatim in partibus omnibus, quæcunq; à Deo & natura, corpori humano sunt collatæ, atq; vniuersæ & singulæ in parte aliqua Plantæ Signantur, deputatur. Simul vero in Plantis singulis, Methodi & Viæ Destillationis, siue Extractionis Subtilitatum ex ijsdem & partibus harum, docentur: atq; cum his picturæ Instrumentorum ad negocium istud facientium proponuntur. Similiter herbæ omnes, iuxta Signaturas partium Membri illius principalis, seriatim describuntur: & in qualibet Planta (siue herba, siue frutex, siue Arbor fuerit) Constellationibus, temporibusq; earum, necnon Planetis ac Signis quæ in Planta quauis & partibus eius dominentur diligentissimè notatis, Tandem etiā morbi partibus accidere soliti, & Curæ earum, ex fundamentis tribus veris (vtpote Experimentis naturalibus ijsq; Paracelsicis, argumentis efficaciæ exploratæ Medicorum veterum, & Impressionis Influentialis testimonijs Magorum insignium tam prisci quam huius sæculi) quā maximè probabiliter exponuntur.

CVM AVTEM nullis non ab hinc sæculis consuetudine diuturna fuerit receptum, vt Libri noui Principibus potentissimis & nobilissimis (vtpote Rectoribus vicarijs Dei in hac vita mortali, quos omnium maximè Mysteria maxima nosse, & his donari præ alijs decet) consecrentur: Secundo vero Hominum illorum tam Illustrium authoritate (qui scilicet velut Sol & Luna inter reliqua sidera, potentia, sapientia, & magnanimitate in Populis præfulgent) Libri eiusmodi, qui aliàs Obtrectationibus, calumnijs, & insectationibus (vt est ingenium mundi) patent, à Contemptorum contumelijs eò magis vindicentur: Ac tertio Authores ipsi, ista dedicatione Librorum, animi sui promptitudinem & subiectionem obseruantissimam Principibus declarent: Causis itaq; cum his tum alijs impulsus, Opus hoc nouum, Maiestati Vestræ Regiæ offerre, Eamq; huic Mecænatem & Patronum deligere non dubitaui. Quapropter vt Maiestas Vestra Regia, Munusculum hoc literarium, ob tenuitatem suam ne aspernetur, sed voluntate illa promptissima à qua promanauit clementer spectata, idipsum animo & vultu læto suscipere, & (vt quoq; me ipsum, Hominem tenuis conditionis, cui spei plurimum in Clementia vestra Regia positum est) sibi commendatum habere dignetur, suppliciter oro.

Dedicatio.

Deus omnipotens Maiestatem Vestram Regiam, & Coniugem Illustrissimam, cum Consiliarijs, Regno, & Subditis, sanitate stabili, imperio fælici & tranquillo, atq; omni corporis & animæ εὐεξίᾳ in hac & futura vita florentem conseruet. Berlini, X. Calend. Martij, Anno CIↃ.IↃ.LXXVIII.

Regiæ Vestræ Maiestatis,

Subiectissimus &
Obsequentissimus

Leonhardus Thurneisserus zum Thurn
Electoris Brandeburgici Medicus Ordinarius.

AD LECTOREM.



Vnc cuicunq; libet lectura euoluere Librum,
Hoc te iure suo Iustitia ipsa rogat:
Verbis ac rebus iudicandis sobrius, æquus,
Candidus, & prudens, nec rudis esse velis.
Sicubi enim occurrunt verba horrida, barbara, dura,
Et quæ Grammaticæ non probet ordo Scholæ:
Seu splendore carens cultuq; oratio friget:
Nec pulchrè æquali currit vbiq; gradu:
Seu non sat dextrè quædam translata videntur,
Aut strictè verbis reddita verba suis.
Ne temere hac vili commotus imagine causæ,
Nondum exploratum despice iniquus Opus.
Namq; hic in verbis quod sparsim menda notatur:
Doctorum quædam dissona suntq; Scholis.
Illud Chalcographus facit haud sat prouidus, ast hoc
Author consilio liberiore docet.
In reliquo Interpres si quid titubauerit, atq;
(Quod tamen huic semper cura cauere fuit)
Quid contra officium legesq; admiserit ipsas,
Quas ferè Doctorum quiq; tenere iubent.
Factum hoc est, dura dum conditione laborem
Cogitur inuitus præcipitare grauem.
Hæc ergo venia non dedignatus amica,
Res specta, & quales sint didicisse stude.
Siq; tuæ hinc aliquid doctrinæ accesserit arti,
Primum Grata vni debita redde Deo:
Post hæc Dornesio, vt cæptis imponere finem
Possit, longæuos sæpe precare dies.
At si Stultitiæ cæcis Affectibus actus,
Cuncta hæc vix vlla parte probanda putas:
Saltem à tam claro studij conamine, linguæ
Dicacis morsus abstinuisse velis.
Quæ si præstiteris facilis, Dea dicta vicissim
Omnibus est votis æqua futura tuis.

Salomon Teichman.

Nota.


HErbas ſequentes huius Libri primi, quod in ijs Mixtile calidum (nobis Sulphur dictum) proportione humidum & ſiccum quadamtenus ſuperet, Soli (qui ſibi in his primatum Dominatus vendicat) ſubijciuntur.

Soli conſors Imperij ſiue σύνεργος iungitur Mars. Quod is in Plantis iſtis, imperij potentia proximas à Sole vtplurimum teneat: id eſt ſiccitatem (quæ nobis hîc eſt Sal) moderetur.

Partes reſiduæ, pro ingenio & natura Plantarum, in alia atq; alia, congreſſu ſiue ſocietate partium Mixtilis alterius, ad Craſin aliam & à prioribus diuerſam Mercurij tranſeunt. Quo fit, vt Planetæ quoq; alij, præcedentibus duobus addantur συνάρχωντες ſiue Adminiſtri.

Mercurius vero apud nos tuetur partes humiditatis: & quemadmodum Sulphur volatile loco aëris, & Sal acre ac mordax loco terræ: ita ipſe vice Elementi Aquæ locatur.





D. LEONHARDI TVRNEISSERI Zum Thurn/BASILIENSIS, ELECTORIS BRANDEBVRGICI MEDICI ORDINARII,

Opus, per singula hominis membra *DIGESTVM.*

DE RADICVM, LIGNORVM, HERBARVM, FLORVM, FRVCTVVM ET SEMINVM: NOMENCLATVRIS, GENERIBVS, OCCVLTA habitudinis cum corpore humano (quæ Signatura est) & naturis cœlestibus (quæ Constellatio) Sympathia quadam seu consensu: qualitatibus, temperatura, patria, forma, natura virtute & efficacia: adiuncta simul artificiosa nobilissimæ partium essentiæ, & subtilissimorum primæ & purioris materiæ spirituum segregatione. Vnde pro ratione signaturæ illorum, facilima & optima, Deo auxiliante, omnium ægritudinum, morborum & symptomatũ in mẽbris humani corporis, tam externis quam internis, curandi methodus institui potest. Ex doctrina partim Nobilis illius & celebri fama noti PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI, partim aliorum præstantissimorum & peritissimorum cum veterum tum recentium artificum, partim denique ex ipsius Autoris longi vsus & experientiæ multiplicis iudicio & scientia.

DE HERBIS QVIBVSDAM QVÆ TOTVM HVMANVM corpus occulte signant, εἰσαγωγὴ seu introductio quædam: ad faciliorem intellectum huius totius operis herbarij instituta.

LEONHARDI TVRNEISSERI Zum Thurn
LIBER PRIMVS.

Caput Primum.



MNIVM plãtarum, vtpote herbarum, fruticum & arborum, quæ diuinæ maiestatis prouidẽtia, in salutem & vtilitatem, totius humani generis reliquorumque animantium, cõditæ sunt: Earum inquam (saluo & libero omnium, quæ nos præcesserunt, scriptorũ iudicio) tres, propriissimè loquendo, in quolibet genere, veræ & distinctæ species sexusue existũt, nec plures aut pauciores inueniuntur. An vero generũ quodlibet in plures sui sexus species subdiuidatur, de eo in hypothesi ista (qua priuata tantum experientia cognita produntur) cum nullo litigabimus.

Omnium generum tres distincti sexus.

Sexus herbarũ.

Mas potentissimus.

Fœmina mediocris.

Soboles, languidissima.

Principio ergo sexus illius triplicis alius Masculinus est, qui virtutis & facultatis vigore, efficaciæq; robore primas tenet: alius Fœmininus, viribus, potestateq; priore inferior, in secundis consistit: alius eiusmodi, vt reliqua longo interuallo sequatur, naturamque ijs remissiorem mitioremque obtineat. Semper itaque mas fœmina præstatior est, fœmina vero posteriore illo, cui Sobolis appellatio cessit, quia natura minus valet, ac robore lãguidius est. Vnde in qualibet plãta, fœmina medium quasi inter reliquas species obtinet, ita, vt mari viribus æqualis non sit, sobole autem superior & robustior. Nequaquam autem ideo maris & fœminæ appella-

Author nullius scriptorum sententiam reprehẽdit: prodit solùmodo priuatæ suæ cuiusdã experientiæ iudicium, de qualitate, conformitate & natura plantarũ.

Herbæ non gignunt.

RATIO ORDINIS.



Certissima & infallibilis, diuina, elementaris naturalisq; substantiæ cognitio, perspicue manifesteq; ostendit, res vniuersas cuiuscunq; vel formæ vel materiæ, vel nominis fuerint, esse & masculinas & fœmininas: & insuper alia quoq; parte harum tenente medium tale quippiam, quod vel, neq; masculinum neq; fœmininum existat, vel masculinum & fœmininum quiddam obtineat simul, atq; superiorum duorum discrimen constituat, siue ea principio immediate a Deo creata, siue diuina administrante prouidentia, virtute elementorum genita, naturæue operatione producta fuerint. Quapropter in præsenti opere nostro omnia plantarum genera, vel ex conuenientia et similitudine formæ, vel natura qualitatum, vel ex naturalibus illarum effectionibus, non iuxta doctrinæ veteris præscriptum, sed certam experientiæ regulam, ad tres potissimum sexus species referimus, nimirum maris, fœminæ, & sobolis: quorum vltimum etsi neq; mas neq; fœmina reuera habeatur, tamen quiddam ex natura maris & fœminæ (quanquam imperfecte) mixtum comprehendit.

Diligens instituenda obseruatio temporis in collectione plantarum.
Pro situ positúq; Planetarum & signorũ variãtur incrementa & decrementa virium in herbis.

appellatio herbis tributa est, quasi instar reliquorum animantium coeuntes, sui sexus fœtus edant: sic nec infirmißimum sexus sobolis appellationem meretur ideo, quia è reliquis duobus generatione prodierit. Sed eo nomine mas appellatur species herbæ altera, quod ratione suarum naturalium virium, temperamẽti, potestatis & proprietatis, sexui virili quam maximè cognata sit: idq́; contra peruersam opinionem eorum, qui tradunt marẽ fœminæ, & fœminam mari (non secus ac in opere generationis) præstantiorẽ opem conferre.

Sexus masculo.
Mari species mascula aptißima.
Quidam nullo certo rationum physicarũ argumento, mari fœminæ et fœminę masculi vsum suaserunt.
Herbarũ & plãtarum temperatura & proprietas homini comparatur.
Virorum in signis masculis.
⊙ ♐ ♒ ♌

Eadem ratione & fœmina appellatur specierum vna, quod vsibus fœminarum potestas eius optimè quadret. Sic puer, quia naturales facultates languidißimas, hisque qualitatem plantæ respondentem obtinet (sicut reliquarum altera maris altera fœminæ) plantæ quoque languidißimæ nomen & vires accommodatißimas habebit.

Sexus fœmininus.
Muliebri sexui species fœmellæ congrua.
Mulierum in signis fœmininis.
☽ ♍ ♉ ♋
Puero analoga ætati vsurpanda speciei qualitas.
Puerorũ in medijs colligantur.

Nec dißimili conditione (vt rem breuibus absoluam) herbæ fructus, & semina, temperamentis, qualitatibus & proprietatibus specificè distinguuntur & dirimuntur à se inuicem: sicut mas à fœmina, et soboles ab vtrisq́, quibus cum solis comparatio hic instituitur. Quapropter præter admonitiones iam dictas, per totam operis seriẽ hoc quoque sedulo obseruandum venit, vt in radicibus fodiendis, herbis, seminibus & fructibus colligendis & reponẽdis, haud vulgaris diligentiæ cura & attẽtio adhibeatur. Nam vt hæc fiant ad situs positúq́; Planetarũ & signorũ cœlestium, quibus morbi, contra quos (iuxta conditionem tamẽ cuiuslibet sexus hominum) plantæ adhibẽdæ sunt, propriè subiacent, summopere necessarium existit. Virili ergo sexui opem latura, tum parẽtur, cum Sol vel Luna masculũ signum, vtpote sagittarium aut aquarium obtinet: sin hoc tum fieri non potest, fiat saltem cum leonem. Ita fœminis profutura in signo fœminei sexus, nimirum virgine, aut si id non potest, vel in Tauro vel cancri acquirantur. Sic in puerorum vsum, quoq; signum hominis, geminorum scilicet obseruetur: vel saltem, si occasio tempusq́ non ferat, scorpionis vel piscium: siue deniq; horum signorum (modo personæ cuiusq; sexus conueniat) cum suo gradu ascendens quodcunq;.

⊙ ♊ ♏ ♓
Signum ascendens.

SIGNATVRA.

Cuiuscunq; plantarum vel radix, vel caulis, vel folia, vel flores, vel semen vel fructus nihil peculiaris & expressæ notæ, membrum vel locum aliquem in homine signantis, habuerit: Ea immediate & sine controuersia, totam fabricationem & structuram humani corporis vniuersam, cum omnibus suis membris partibus & functionibus signat. Tales vero sunt illæ præcipue, quarum erecta & procera est species, vnico prædita scapo, cuius summitas elegãter candicante florum verticillo siue vmbella exornatur. Id quod ita accipiendum est. Albicans illa florum coma, qui partium cerebri humani masculi est, habitum figurat: capitulum siue calyx, vnde flos & stamina emergunt, dispositionem epatis significat: folia maiora pulmones: minora, lienem: radix stomachum, vtpote ex qua tota planta nutrimentum capit: radicis particulæ extremæ extenuatæ capillamentorum instar, intestina: fibræ in folijs venas, neruos & tendones. Eadem ratione sicut rami, surculiq́; in quibus folia germinant, membra exteriora designant, brachia videlicet, manus, pedesq́;: ita caulis siue caudex totum corporis truncum: medulla caulis, quia qualitatem eius omnia fructuum & seminum genera referunt, cordis substantiam: interiores membranulæ medullam vestientes, panniculum illum pinguem, cui omenti nomen tribuitur: genicula siue nodi caulis, oßium iuncturas & connexionem: cortex siue tegumentum exterius, cutem: lanuginosa caulis, ramulorum & foliorum hirsuties, capillos: medium inter corticem & medullam quod est, pars lignosa scilicet, ossa: semen vasa seminaria cum renibus: succus siue humor albescens vesicam: flauescens vero vel viridis, facem illam iræ & furoris, humorem fellis.

Caput Secundum.

DE IMPERATORIA, Meisterwurtz VVLGO DICTA.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Larobmar.
לרובמר
πικρὸς ἐκτόπως.
Impendio amarus.
Moschabáth Tharam.
σωτεῖρα ἀνθρώπων.
מושעחא רמ׃
Seruatrix hominum.
Ostritium.
Osteritium.
Ostrutium.
Vetustas a viribus vel forma herbas denominauit.
Ratio appellationis Imperatoriç.

NON temerè, sed multis & grauibus de causis nouum hoc nostrum opus à plantæ huius descriptione exordiri placuit: cum in ea singularis quædam lateat facultas, omnes ferè morbos & symptomata membrorum communium totius humani corporis efficaciter auertendi & præcauendi non solum, iuuante Deo: verum etiam irrepentes iam, imo etiã radicibus actis inueteratos tollendi & sanandi, nec non corpus ægritudinibus labefactatum instaurandi, membris vigorem iam pene intermortuum restituendi, viresque spirituum cum vitalium tum naturalium amissas & elisas penitius, de integro quasi nouas inserendi & infundendi. Vnde etiam proculdubio radici plantæ huius nomen Imperatoria à latinis tributum fuit, nimirum significaturis vim eius nobilißimã, efficaciaq́; potentißimam. Iudæis aũt לרובמר Larobmar, quod græcis ferè est, πικρὸς ἐκτόπως latinè impendio amarus, dicta est: priscis vero Chaldæorũ scriptis מושעחא רמ Moschabath Tharam (nomine ex vtraque lingua composito) quod græcè est σωτεῖρα ἀνθρώπων, latinè seruatrix siue assertrix hominum. Ex quibus herbæ huius virtus (à qua vetustas plantarum appellationes vt plurimum mutuata est) deprehendi & addisci facili negocio potest. Hæc latinis etiam Ostritium, siue Osteritium, siue Ostrutium appellatur: fortasse à dictione os & latino tritus, quod græcè τρίψις est vel terreo: quasi dicas oris tritio, vel oris terri-

tio:

tio: quod ijs vſu venire ſolet, qui acris & vrentis quodammodo facultatis hoc ſimplex deguſtant. Dicitur etiam Magiſtrantia, item Laſerpitium. Quidam Smyrnium eſſe volunt, cuius Dioſcorides lib.3.cap.72. Theophraſtus lib.9.cap.1. Plin.lib.27. cap.13. meminerunt: de quo poſtea: Itali latinum Imperatoria retinent, Gallis Otruche vſitatum, Bohemis weſſedobr. Poſſent hæc nomina & aliarum fortaſſe linguarum idiomate nō admodum inepte exprimi: vt Hiſpanico Rayſmaeſtro, Britannico Meiſter à roote, Polonico Miarzkorzen, priſco vero Henetorum Zoic d Ziegil, id eſt amarulenta Angelica. Planta ipſa noſtro ſæculo vndiq; locorum Europæ prouenit, hominum quidem cultura & induſtria in hortis, natura autem & per ſe in montanis, cum Helueticis quæ Hirtzelina vocantur incolis, tum Stiricis et Dalmaticis. Eſt & ora quædam Arabiæ, cui à nobili vbertate ſoli Fælicis cognomen datū, inter Abyſſinorum regionem & Inſulam Madagaſſer, alias D. Georgij dictam, ſita, meridiem verſus: hæc præter arbores thuris, myrrhæ, caſſiæ, & palmarum & aliorum id genus aromatum feraces, hanc quoq; radicem ſuppeditat: caule & folijs præpinguibus germinātem, non ſine magno Sacrateniorum vſu commodoq;: quippe qui thus collecturi cū ſunt, contra venenatos morſus rubri cuiuſdam generis ſerpētum illic degentium, ea ſe præmunire certo experimento conſueuerunt: id homine gentis illius familiariter mihi aliquando referente & commemorante. Inuenitur & in Affrica radix hæc, inter Tunetum ſcilicet & montes limitibus deletæ Carthaginis vicinos: macrior ea quidem reliquis, ſed viribus & ſaporis vehementia non diſſimilis. Fert eam & hortus eius loci, inſigni & rara amœnitate commendatus, arci Regiæ, cui Bardo nomen, coniunctus. Sed ex his omnibus locis, abundantia eius excellit Europa, maximè, vt dictū eſt.

Abyſſinorum regio, Madagaſſer inſula. D. Georgij terra.
Thuris, Caſſiæ, myrrhæ prouentus vbi.
Sacratenici.
VVeſſedobr.
Rubrorum Serpentum genus.
Rayſmaeſtro. Meiſter à roote. Miarſzorzen.
Tunetum. Carthago.
Imperatoriæ multis in locis prouentus ſc. in montanis Helueticis Stiricis Dalmaticis.
Arabia.
Hortus amœnus prope Bardum, regiam.

SIGNATVRA GENERALIS.



Quanquam trium ſequentium plantarum, vt & aliarum in ſuo genere, nulla facultas eſt, partes & membra certa hominis deſignandi in ſpecie, ſed totum ſaltem corpus in genere, vt dictum eſt: tamen de ijs in vniuerſum negari aut remoueri nequit, quatenus quædam natura magis quadrant & congruunt illis, quæ craſſiorum ſunt partium quam quæ tenuium. Vt ergo Imperatoria hæc, ſimul & Panax, radice, caule, folijs, craſſa eſt & pinguis: ita eſſentiæ eorum vſus, partibus etiam corporis craſſioribus & robuſtioribus optime conueniet: vt ſunt caro, cartilago, & muſculi, cum cohærentibus eorū organis, quibus plurimum ineſt terreſtris materiæ.

SPECIES, CONSTELLATIO ET QVALITAS IMPERATORIÆ.



RADIX (vtpote primum germinantis plantæ principium) forma inæqualis, geniculata atque rugoſa prouenit, multiſq; fibrarum adnatis ſeu appendicibus, vndiq; ex cortice in cinericeo nigricante prodeuntibus prædita, obliquo & flexuoſo meatu ſerpit. Partis ſubtercutaneæ (ſiue carnem ſiue cartilaginem nomines) color eſt candidus, virore quodam pertenui dilutus, humor vero flauæ bilis æmulus, cui ex abundantis caloris coctione acrior inſita amarities (acerrimi quaſi & ſalſiſſimi cuiuſdam humidi) corpori toti permixtus eſt, non aliter atq; ſanguis cum humore radicali carnis ſubſtantiam vndiq; replet. Quantitas vbique non eſt eadem, variat enim non ſolum pro conditione ætatis (cum Alſioſa non ſit) ſed etiam pro vbertate ſoli, loci item poſitu & ſitu, ex quo radios ſolares, aërem, humores & alias, cum cœleſtes tum elementares & naturales dotes bibere, captare atq; haurire queat: quorum beneficio nutritur (aliorum terra naſcentium exemplo) creſcit, ſpeciem, ſaporem, vireſq; & efficaciam adipiſcitur & poſſidet. Maiorum tamen in ſummitate craſſitudo vulgaris, pollicis humani ferè æquat, longitudo pollicum quatuor. Ineunte vere ſub prima Maij exordia purpuraſcentes quaſdā Cymas ſeu turiones fundit, qui ſucceſſu temporis diffuſi, hilari foliorum venuſtate veſtiuntur: quorum terna colore herbaceo

Caro.
De ſucco et humore exēplum. Quantitas varia.
Quantitas vulgaris.
Tempus prouentus. Folia. Forma radicis.
Fibræ.

Temperamentū & mixtio causa efficaciæ, saporis & odoris.

vel ex viridi nigricāte singulis pediculis nituntur & triplici laciniarum altiore diuisura, eaq; rursus per ambitum serrata, finduntur. Ex prima illa & densiore foliorum congerie, sub finem mensis Iulij, caulis quidā robustus, teres, geniculatus & æquali statura conspicuus, atq; densa medulla prægnans, emicat, qui circa mensis Augusti extrema cum alarū stolonibus in longitudinem striatis, folijsq; minutioribus præditis, partibus omnibus integer absoluitur. Altitudo eius interdum hominis staturam æquat, interdū vix dimidia parte eam assequitur. In summo caulis fastigio eleganter candicans florum cum acrimonia odoratorum, muscarium nitet, ei quod anethi aut fœniculi est, non multum dissimilis: color florū, sicut & caulis inferiore parte, tandem in rubentē ex candido purpuraue transit: q̄ res facit, vt suspicari quis audeat nomen plantæ Ostritium fortasse ex græco ὄστρειος, quod latine purpureus est, sumpsisse originem. Floribus sub mediū Augusti decidentibus semen eius, tenue & ex lato mucronatum, odore acri aromaticumque quid redolente, colore in cinericio nigricante, formatur, & sub finem mensis demetendum sensim, vel etiam celerius, nisi loca à radijs solaribus prorsus remota & frigida fuerint, ad maturitatem tendit. Integra huius plantæ radix cum sua cute seu cortice, vel etiam humor ab eadem extractus (cum omnes eius vires nostro more in duodecim partes diuidantur) sex partibus Soli, cui Sulphur & calorem vrentē acceptum refert, tribus Marti, à quo Salem & penetrantis mordacitatis acredinem hausit, totidem partibus Lunæ, quam Mercurij id est humidi elemētalis autorem habet, subiacet & addicta est.

Conciliatio seu comparatio graduum veteris doctrinæ & principiorum Theophrasticorum.

Ostritium vnde. ὄστρειος.

Semen. Seminis qualitas.

Constellatio radicis. Duodecim æquales naturalis et essentialis virtutis partes. Sulphur. Sal. Mercurius. à Sole. Marte. Luna.

Ex singulis plantis Luna sibi partem vendicat. Turneisserus perspicuitatis & docendi causa hæc inserit, cum alij doctrinā de principijs, sulphuris, salis, & Mercurij sine declaratione proponant.

Constitutio caulis, foliorum, medullæ.

Sic caulis medulla interior cum folijs (quæ plus humiditatis quam facultatis obtinent) sex partibus Lunæ, tribus Marti, totidem Soli assimilatur. Flores autem & semen maturitatis perfectionem iam adeptum, cum virium copia cauli et folijs præstet, eadem autem radici cedat, pinguedine vero & caulem & radicem simul euincat, medium quoque horum omnium obtinet, ideoque tres partes Soli, tres Marti, sex vero Lunæ proprias gerit.

Ex qua temperamenti & mixtionum inæqualitate, vt saporum, ita odorum quoque & proprietatum in singulis plantæ partibus dissimilitudo, necessario sequitur.

Saporis enim, odorisq; atque aliarum facultatum excellētiam, confert radici specierū mixtionis nobilissima: defectum vero & debilitatem cauli & folijs, temperamēti ignobilitas: longe autem ab his discedens & exoticum quiddā resipiens semini, sua cum reliquis duabus proportio vel collatio.

SIGNATVRA.

EX fundamento illo physico: Quod efficacia cuiuslibet αἰσθητοῦ ὄντος, id est rei sensibus perceptibilis (siue ea ὕλην καὶ εἶδος id est materiam & formam, siue στέρησιν id est priuationem, κατὰ συμβεβηκὸς, a reliquis separatam quidem & immaterialem, id est ἄυλον, sed tamen formæ & materiæ quasi congenitam & immixtam, principium originis suæ habuerit) in tribus potissimum causis consistat, visum est nobis plantas, in tres quasdam principales partes accommodatas ad numerum & proprietates totidem humani corporis membrorum, diuidere: ne rerum inutilium inanium & supervacanearum doctrinam mundo obtrudere videamur, cum alias moles operis crescat. Primum itaq; radix cum sibi agnatis vicem cordis obtinet: caulis cum folijs epatis: flores cum semine cerebri. Sicut enim horum membrorum quodlibet non solum peculiarem facultatem obtinet, cerebrum quidem ἡγεμονικὴν id est imperantem, epar vero ὑπηρετικὴν id est subseruientem, cor vero ἡγεμονικὴν & ὑπηρετικὴν simul: verumetiam formam diuersam, temperamentum inæquale, naturam vero & proprietatem dissimilem habet: Ita etiam singulis plantarum partibus sua peculiaris qualitas & efficacia propria in tota operis serie non frustra tribuitur, pro influentiæ cœlestis, elementaris naturalisq; mixtionis conditione & habitu. Quod in secutura cuiuslibet plantæ descriptione considerandum, lectori beneuolo in memoriā reuocare hoc loco voluimus.

EXEMPLVM.

VT autem descriptio nostra (velut in primo operis aditu dictum) cum veterum sententia concilietur, sequitur ex dictis: Quoniam Sol & Mars calida & sicca natura præditi nouem partes radici communicant, Luna autē frigida & humida tres tantum, Ideo Lunam reliquis duobus tantum caloris & siccitatis adimere, quantum frigiditatis & humiditatis contulit. Nisi enim hoc fieret radix quartum caliditatis & siccitatis gradum necessario obtineret. Possidet ergo radix & siccitatis & caliditatis partes nouem, sex quidem caliditatis, tres vero siccitatis. Ternæ vero partes nostrates vnam receptæ Eruditorum, id est gradum (quorum hi quatuor tantum numerant) constituunt. Vnde patet radicem, nostro more loquendo, sex partes Sulphuris, tres Salis, totidem Mercurij obtinere, nec vanam esse Doctorum sententiam, qui affirmant, Imperatoriam esse calidam & siccam in tertio gradu: ter enim tria nouem efficiunt: ternarius vero partium superfluus, Lunæ, ex omnibus terra nascētibus aliquid sibi vendicanti, non qualitati, legatur & adijcitur. Quam sententiam nostram ita nudè & simpliciter hic propono, vt manifestum fiat omnibus, quomodo illa recens constituta rerum principia, Sulphur, Sal & Mercurius, non solum cum quatuor elementis, igne, aëre, aqua & terra: sed etiam qualitatibus Elementorum, Calido, humido, sicco & frigido: Imò, vt rem propius attingam, cum quatuor corporis humani humoribus, cholera, phlegmate, melancholia & sanguine,

guine, occulte concordent & conueniant.

Ex causis recitatis cum formæ & habitus partium singularum, tum virium, operatione corporum cœlestium elementarium & naturalium in nascentia impressorū, colligitur argumento haud incerto: Radicis huius fossioni non mensis Augusti horam aliquam, vt alij docuerunt, sed tertiæ & vltimæ decadis Iuliæ diem, vel vicesimum primum, vel secundum, vel tertium, id est (vt phrasin græcorum retineamus) vel δεκάτην vel ἐννάτην vel ὀγδόην φθίνοντος deligi oportere: cum videlicet Sol decimū gradum Leonis præteruect9, vndecimo gradu secundum terminum signi in eodem Dominantis attigit: & radici vis sua integra ad huc in pristino vigore persistit, nondum vel ad foliorum procreationem vel caulis formationē diffusa. Adde, hora dictarum dierum cuiuscunq; ea ipsa, qua Leo decimo suo gradu Horizontem loci transcendit: & Luna eiusdem signi gradum vel decimum sextum, vel vicesimum, vel sextum et vicesimum, in mansione decima, aut in Arietis vel primo, vel tertio, septimo & vicesimo etc. mansione prima, aut in Cancri suæ ipsius domus vel quarto, vel octauo, vel sexto, & decimo gradu, in mansione septima cursum suum peragit.

His itaq; temporibus radix effossa postea siccanda reponatur loco eiusmodi, qui aeri et radijs Solaribus non sit expositus, ab humidis vero exhalationibus vacuus. Eligantur vero quarū ætas, nec mollis et tenera, nec decrepita sit nimium, sed media, quæ sci: trium annorū numerum non excedat: quod non tam ex magnitudine, quam primis è radice pullulantib9 Cymarū germinibus agnosci et animaduerti facile poterit.

Planetæ fixi liberi.

Sed & hoc in plantæ fossione obseruetur, ne quis dictorū Planetarum, quorum præcipuum hic est Dominium, quanquam certis metis circumscriptum, alium quendam Planetam maligno aspectu sibi oppositum habeat, vel loco ominoso consistat. Quo enim à malignis aspectibus & configurationibus liberiores fuerint, eo fortius & efficacius radix, siue in morborum curationibus, siue alijs vsibus vim suam exeret atq; expromet.

Tempus radicis fodiendæ.

Nec dissimili attentione caulis, medullæ foliorumq; collectio institui desiderat: eligatur enim oportet Cancri cum vicesimo gradu ascensio, cum domicilium Lunæ existat: & destinetur mensis Octobris exordio, cum iam flores dissipati euanuere, Semenq; maturum decidit, Luna vero in Cancri gradu vicesimo, mansione octaua decurrit: nec Sol vicinitate sua Martem adurit, vel etiam ambo ab aliorum Planetarum aspectu malefico non impediuntur.

Tempus colligendi caulem medullā et folia.

Si quando vero Sol cum Marte radiatione triquetra vel hexagona iunctus fuerit: aut Mars in signo aliquo masculo terminum suum & quintum gradum Arietis, Sagitarij aut Leonis, sextum ve gradū Cancri vel Aquarij permeauerit, vel in primis decem gradibus configurabitur, tum floribus & seminibus (quæ caulis iuncta præbet) demetendis, tempus commodissimum statuetur, à 6. Augusti vsq; ad 10. Quo tempore sydus Reguli, quod cor Leonis appellatur, paulatim emergere incipit antequā Sol Virginis astrū attigerit. Nec incommodum etiam huic rei temp9 est, cum Luna in primo gradu Leonis, mansione octaua, vel etiam decimo gradu Cancri, mansione septima versatur, Sole mediū cœli obtinente.

Siccatio qualis.

Tempus demetendi semina.

Ætas radicis fodiendæ.

IVDICIVM DE QVALITATE.

QVIBVS modis, quo fundamento, quibúsue demonstrationibus veteres illam in plantis, mineralibus, metallis, lapidibus alijsq; rebus mixtionem qualitatum inæqualem inuestigauerint, probauerint atq; demonstrarint, multis quidem disputationum conflictibus disceptatum est, certi autem adhuc nihil proditum. Videntur autem pleriq; ex sensuum exteriorum, gustus videlicet atque saporis experientia & iudicio, cuilibet rei qualitatem certam statuisse, et ex ea temperamentum definijsse. Vt Galenus, cum inquit Piper esse calidum et siccum in quarto gradu, id est caliditate & siccitate excedere, deprehendit hoc ex feruenti & vrente eius in lingua mordacitate: de quo etiam prior ipso Dioscorides lib. 2. cap. 76. Theophrastus græcus lib. 9. cap. 21. & post hos Plin. lib. 12. cap. 17. retulere.

ἘΝΕΡΓΊΑ, SIVE VIRTVS ACTVOSA, ATQVE VSVS IMPERATORIÆ in corpore masculo, animalis, Substantialis atq; Elementalis iuxta Paracelsi partitionem.

QVI in Arabia thuri colligendo operam nauant, illi vt supra dictum est, vim venenatam Serpentum hac radice eludere atq; retundere solent. Hoc præsidium illis nec saporis nec odoris prætentatio, sed in omnibus rebus certissimus & infallibilis index, monstrauit experientia.

Nos vero cum illis affirmamus, hanc radicem non solum venenis Serpentum aut aliorum animalium ἰοβόλων, verum etiam metallorum, plantarum & cuiuscunq; deniq; generis sint, siue cibis siue illituris siue exhalationibus resistere efficacissime. Causa vero eiusmodi efficaciæ & facultatis inde est, quod radici non solum virtute constellationis siue influentiæ cœlestis impressione (quæ à Deo primo motore dependēt) sed etiam causarum naturalium concursu, nobilissima triū principiorū

Artis Paracelsicæ experientia verum argumētum & iudicium suppeditat.

Venena { Metal. Anima. Planta.

Qualitas constituta ex partibus. { Sul. 6 Salis 3 Mer. 3 }

Natura { Calefa. Robor. Confer. }

Membranæ.

mixtio contigit: ex Sulphure quidem partium sex, ex Sale vero trium, ex Mercurio totidē. Inde ergo ei in calefaciēdo, roborando & conseruando præcipua vis & facultas: inde viribus naturalibus morborum iniuria prostratis roborandis, humori radicali in musculis, neruis & membranis confortando, spiritibus vero cum vitalibus, ex frigore quasi stupentibus excitandis & reuocandis, tum animalibus sensuum acuendis & instaurandis, existit efficacissima & potentissima: ideoq; & partibus, quæ ex sanguine & carne concretæ sensus participes sunt, arterijs scilicet, vasis spermaticis venis et musculis essentia familiaris est et propria.

IVDICIVM DE EFFICACIA.



Quemadmadum ante in hac ipsa pagina, loco Stellula notato,* opinionem veterum de medicamentorum simplicium qualitatibus indicauimus: ita hic differitur, quali impreßione & influxu superiores Planetarum spiritus, in rebus dictis desideant, quotq; partibus eorum natura & inclinatio in dominium plantarum, siue aliarum rerum feratur, & propendeat. Vnde plantis in rebus naturalibus fortior operatio & virtus potentior accedit. Facimus autem de ea iudicium, non ex gustu, & odore, alijsq; externis qualitatibus, sed ex oculari & aperta demonstratione, quæ certa materiæ distillatione & separatione perficitur, opera organorum, quæ literis A.B. C-D. picta oculis subijci curauimus.

ESSENTIA RADICIS.

Essentia.

Apoplexiæ προφυλάκτικον.

Confortatio memoriæ.

Stupor.

Sedes animæ in Sanguine.

Noxa frigiditatis.

Materiæ purioris et subtilioris, quæ ex herba, caule, semine & radicibus comparari potest, partes precipué tres sunt, videlicet Essentia, Sal et Oleosa substantia: ex quibus Essentia, virtuti animali & partibus vitalibus, quæ sensus & rationis sunt organa, sanguiniq; in quo (veterum Ethnicorū opinione) Animæ sedes & habitaculū esse, creditū fuit, appropriatur & addicitur. Eius ergo guttulæ sex Luna decrescente, tempore matutino sumptæ, causas vertiginis, Apoplexiæ, & Lethargi tollunt. Sole in Ariete constituto (quod fit à die Martij decima vsq; ad Aprilis 12.) singulo vespere guttæ 12. haustæ, mirificè memoriā confortant. In aqua autem cinamomi sumpta, mēbris à stupore, dormitatione, affectibus sensu priuantibus, sanguiniq; noxam inferentibus, et spiritus elidentibus Symptomatis, vindicādis est vtilissima.

RATIO COMPARANDI essentiam.



Essentia optime ita paratur, si herba iusto tempore collecta in partes concisa, & in fictile bene vitratum optimeq; tectum iniecta, & in propriam aquam iam tertium a radice recenti separatam (est autem ea quæ per balneum Mariæ segregata fuit) ad trium latorum digitorum altitudinē mersa, viginti quatuor horis maceretur. Hoc peracto optime tecta coquatur, non tamen diutius, quam ad tertiam vel quintam ebullitionem. A coctione sinatur frigescere, & humor omnis exprimatur, donec nihil in radice reliquum sit. Post hæc liquor ille per organa D. E. F. percoletur, ne quid fæcium resideat: depuratus hoc modo in cucurbitam immitatur Alembico superimposito, & partium subtiliorum materia in Balneo Mariæ lento igne extrahatur, donec nihil virium prodat. Tum enim sufficit. Tandem tertium depuretur.

Sanat deniq; omnes morbos, à nimia frigiditate præternaturaliq; et abundāte humiditate orientes.

OLEVM RADICIS

Duritiem neruorum emollire.

Torturam oris emendare.

Neruorum tumores.

Contra humorum frigiditatem.

Partibus { Organicis, sanguinis carnisq; expertibus, vt neruis, ligamentis, tendonibus: & cognatis, vt cōdilis vertebrisq;, cartilaginibus, & Oßibus, } appropriatur.

Conuulsio.
Opisthothonos
Emprosthotonos
Tetanos.
Paralysis.

Pars ergo hæc subtilioris materiæ altera, Oleū, neruis ligamētis, tēdonibꝰ et omnibus partibꝰ exanguibꝰ, motus vero organis, & spirituum naturæ participantibꝰ, familiare remediū est. Efficientes conuulsionis in neruis et musculis, siue τέτανος, siue ἐμπροσθότονος, siue ὀπισθότονος & Paralysis sit, causas expugnant, olei grana nouem, ventre ieiuno atq; animo à curis vacuo in drachma semis essentiæ eiusdem, sumpta. Emollit duritiem neruorum & tendonum, eorumq; debilitati resistit: προφυλάκτικον est σπάσμου κυνικοῦ id est torturæ oris. Neruis luxatis & frigidorum humorum affluxu obseßis guttæ olei viginti, singulis diebus mane & vesperi, in aqua, ex semine plantæ huius producta, adhibitæ, sunt auxilio. Tartarum & viscosas iuncturarum & articulorum adcrescentias, resoluit & discutit: ideoq; contra podagram vsus efficacissimus habetur: Sanat Ischiam. Mixtum oleo oliuarum & laurino, inq; vnguenti formam redactum, vtile & salubre membris luxatis est inuentum.

OLEVM IMPERATORIÆ.



Ex radice Imperatoriæ oleum elicitur, idq; in parua quantitate, nec magni laboris & industriæ opera. Methodus vero seu ratio eliciendi commodißima hæc est. Radix vino sublimato, quam haberi potest fortißimo, molliter aspergatur & bene agitetur. Postea menstruo spacio ita quiescere sinatur, loco radijs Solaribus non exposito. Quo facto comparentur duæ ferreæ laminæ, craßitudine digitorum duorum, longitudine vero & latitudine pedis humani, æquoq; leuore in altera superficierum fabrefactæ: Hæ modico carbonum igne calefiant, donec digitorum tactum vix ferant, nec intensior eorum calor esto, qui agnoscitur ex strepitu atq; stridore, si aqua affusa fuerit. Inter has ergo laminas radix interposita, robusto torculo, littera G. notato quam fortißime constringatur & quassetur. Hinc oleū in vasculum I. effluet.

SAL RADICIS

Membranis { Sanguinis motꝰq; expertibus, carnosum autē quid possidentibus vt { ventriculo, omento, intestinis, Et id genꝰ alijs partibus vt, { Fibris medullæ { Ossiū et spin dorsi } appropriatur.

Tertia subtilioris materiæ pars est Sal, membranis motu carentibus earumq; fibris exanguibus & carnosis vt Stomacho, intestinis, tunicis & reliquis cognatis partibus destinatur. Vis est ei membra frigore intermortua calefacere, crassos & viscosos humores, lateribus et tunicis ventriculi impactos resoluere, aliaq; eiusdem nec non intestinorum & vesicæ vitia corrigere, vnde veterum quidam, eam inter species Saxifragiæ retulerunt: Semen virile insuper augere & coitum facilem præstare. Ex his tribus (vt ita dicam) subtilitatibus Drachmæ partes denæ, per duorum mensium spacium singulo vespere post cœnam, in cocleari cum aqua picarum, caponum, vel cuculi sumptæ, aperiunt & refocillant pulmones, maciem & extenuationem corporis, quæ Φθίσις dicitur, remouent. Quæ præterea occulta & arcana virtus huic oleo, essentiæ & sali insit, ad splenem emolliendum, omnes crassorum humorum superfluitates exonerandum, epatis obstructionem aperiendum, sanguinem et humores subtiliandum visum confortandū, facultatem degestiuam promouendum, corpus ab obstructionibus immune seruandum, in summa omnes Spiritus animales & vitales, vireq; & sensus roborandum agnoscent illi, qui duodecim guttulas ex aqua radicis, vel, si ea non placet, Tamarasci, siue Heleny, siue Saluiæ per nouem dies hauserint: & fatebantur hanc plantam non frustra σωτῆραν ἀνθρώπων fuisse cognominatam.

Pulmonum apertio. Phthisis remedium.

Emollitio splenis.


Sal ex radice.

Epatis obstructionem aperire

Membra frigore mortua.

Ab obstructionibus corpus præseruare. Vires vniuersas roborare.

SAL IMPERATORIAE.



Sal ex hac radice producitur, si ante exiccata vasi bene cooperto & lutato includitur, & in fornace lateritia tres noctes & dies optime vstulatur, donec in cineres albicantes redigatur. Quo facto denuo aqua illius vino albo super infuso distillatur, non quidem per balneum, sed instrumenta A. B. Aqua tertium a fæcibus depurata & postea pluribus vicibus exacte emundata, atq; in fictili vitro incrustato, donec spumæ albescant, excocta, inspissatur, & album cui, vt Sal depuretur, inijcitur, & denuo coquitur, donec Sal candens absq; omni humiditate granosum oculis appareat.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS IMPERATORIÆ DOctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, extra corpus masculum.

Sumantur pulueris tenuioris ex medulla caulis contusa, vnciæ tres, ex herba & caule vnciæ duæ, olei ex tota planta, vnciæ tres. His addantur Sacchari optimi et mundissimi vnciæ nouem. Inde Trochisci fiant, siue styrace & Balsamo adiecto, pomū odorum formetur, quod in pestis sæuitia, & quouis aëre venenato, vel etiam quibusuis morbis iam enumeratis, vsurpetur, adminiculis, quæ præterea requiruntur, prudenti ordine adhibitis: vel saltem odoretur: Vsus & efficacia eius periculum facientibus innotescet. Neruos tendones, & articulos stupore affectos, motu priuatos, & ex frigore contractos, decoctum foliorum & medullæ in integrum restituit: Si eo calente partes affectæ, Luna crescente, quotidie ter lauentur, vel quod magis confert, balneum paretur.

Similis horum vsus, animalium ἰοβόλων, vt poste araneorum, canū, rubetarū, vespertilionū, formicarumque ictibus, siue morsibus, atq; per vrinam infectionibus, magnificè opem præstat, præcipuè autem, si haustus guttarum olei ex integra planta nouem, singulis diebus ventre ieiuno accedat. Oleum ex floribus & semine artificiose extractum, omnes reliquarum partium virtutes enumeratas continet, sed dimidia tantum efficacia: Peculiarem tamen habet omnes partium vlcerationes & carnis putredines sanandi,

Puluis ex herba medulla, & caule.

Animalium venenatorū { morsus. ictus. asper.

Oleum ex { Flori. Semi.

Decoctum. Neruorum stupor, dormitatio.

Vlcerationes carnis putredines.

SVCCVS BONITATIS eximiæ.



Mense Augusto, cum Sol primos decem gradus Virginis emensus est, caulis (sicut & pediculi cum folijs) loco medullæ, crassum & viscosum humorem thurisq; odore præditum continet. Ideoque Doctorum plurimi, hanc plantam Panax Herculis, succum vero Alicusir (quanquam hac in parte decepti) esse, non temere arbitrati sunt. Huius itaq; herba ante ortum Solis si demetatur, & caule pediculisq; scissis, humor viscosus & pituitosus exemptus, in vitrum firmum litera A. hic annotatum, infundatur: vitrum vero inuersum supra receptaculum B. litera conspicuum, optime agglutinatum, statuatur ad intentissimum radiorum solarium æstum, Ibi tum exudat humor quidam tenuis, qui veneficijs & incantationibus infectis, siue hominibus siue bestijs salutem reddit, vesperi post occasum Solis in lacte exhibitus: modo æger post eius sumptionem etiam sudare iubeatur. Exhibitio vero illa, & sudoris prouocatio, tertio quoq; die nouies iterari debet.

Memoriæ, Cordis confortatiuum. Somniorum grauedo, incubus, syncope. Erysipelas. Soda.

nandi, si mollibus penicillis siue turundis illita, in cauitates sinuum immittatur, vel vnguentis & emplastris, aliarum pinguedinum oleorumue adhibeatur. Illitum vero temporum regioni dolorificam illam capitis, quæ Soda dicitur, affectionem sedat: Ceruici vero & posterioribus capitis ventriculis inunctum, memoriam tenacem in adolescentibus præstat. Arterijs eodem modo adhibitum, nec non venis temporum, et regioni circa os ventriculi, cor roborat, somniorum grauedines & inquietudines, vt incubū, ἐφιάλτην, aliosq; affectus syncopales tollit: Erysipelata, aliasq; hinc inde cutem depascentes scabies, oleum hoc sanat, cutem abstergit, mundamq; & læuem reddit.

ἐνεργία, EFFICACITAS ET VSVS IMPERATORIÆ, VETERI Philosophica doctrina, Animalis, Substantialis, & Elementalis, intra corpus.

Hæc herba veteribus quoq; nota. Vbi veteres habitarunt magna huius herbæ copia. Natura in hac vltima mundi senecta nihil noui generat. Apoplexia. Sideratio. Calculus renum. Morbi frigidi. Veneris iuuamentum.

Quanquam hac tempestate multi in ea opinione sint, quod veteribus hæc radix fuerit incognita, existimo tamen, cum eam in his ipsis locis vbi vixerunt, Ægypto nimirum, Syria, et Arabia, viderim, eos quoq; illius in suis scriptis mentionem fecisse, vel nomine nobis incognito, eius historiam descripsisse. Certum enim est, eam non nunc primum à parente natura in his locis productam. Verum vtcunq; se res habeat, quidam scriptorum recentium, qui huic radici caliditatem & siccitatem in tertium vsq; gradum tribuerunt, hoc literis prodidere: succum radicis, herbæ et seminis, intoxicatis, pestis contagijs, aërisq; halitibus venenatis quibuscunq;, apoplexiæ, vesicæ & renum calculo, omnibusq; morbis frigidis, optimum esse antidotum. Additum etiam est, eundem crassos & viscosos frigidarum fluxionum humores consumere, vrinam, sudores atq; aluum ciere & subducere, ideoq; hydropi, icteritiæ flauæ, vesicæ calculo, omnibusq; febrium speciebus præsentissimè mederi: Decoctum vero ex herba, radice, & caule potum, fœtum mortuum & secundinam expellere, sanguinem in grumos concretum, lacq; coagulatum resoluere & educere, matricem expurgare, in viris venerem stimulare, caputq; ab humoribus vitiosis exonerare.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS IMPERATORIÆ, doctrina Philosophiæ veteri, corporalis, materialis, & complexionalis; extra corpus.

Pulmonum læsio siue obstructio. Ischia. Putredo vlcerosa. Febris quartanæ remedium. Stomachi digestionem & excretionem iuuare. Ictus venenatos sanans, Cor confortans.

Pulmones ex contusione, iactu, plaga, casuue læsos, cumq; his Ischiam, podagram, & putredines vlcerosas, decoctum ex herba & radice fertur curare: Puluerem autem radicis contusæ, mensura cochlearis dimidij in vino albo calefacto hora ante paroxismum sumptum, febrem quartanam tollere & curare, fama est. Creditur & decoctum extra corpus stomacho adhibitum & applicatum, digestiuam eius & excretionem iuuare: omnes venenatos ictus & morsus animalium, atq; vlcerosas putredines sanare, odore cor confortare, & spiritibus refectis læticiam inducere.

NATVRALIS POTENTIA ET INCLINATIO, VSVSQVE Imperatoriæ, doctrina Magiæ, cum veteris tum recentis, spiritalis, cœlestis miraculosa, ex reliquis omnibus fluens atq; genita, tam intra quam extra corpus.

Veteres & recentes superstitiosi.

Varias & miraculosas facultates prisci Arabum, Chaldæorum, Iudæorum & Ethnicorum sapientes, immo quidam nostro sæculo, quorum adhuc pleriq; in viuis sunt, plantis, fructibus, & semini, præcipuè vero radici tribuerunt.


Gratiæ & amicitiæ conciliatiuum. Accidit hoc duobus proceribus, Anno 15. sed effectus pari temporis fuit.

Ex quibus præstantissimas & vtilissimas, nulloque modo explodendas omnino, notare nobis visum est. Radicem, ergo hanc iuxta primum modum effossam omnem iram atque odium, quod inter duos homines sexus masculi exarserit, mitigare, placabilitatemq; atque amicitiam reducere, si appendatur, quoties Iupiter à maligno aspectu liber, in domo vndecima inuentus fuerit, haud vulgari fide creditur. Idq; ipse euentus anno supra millesimum, quingentesimum, tricesimo octauo in trib[us] viris præpotētib[us] sub eleuatione poli graduum 42. minutorū quadraginta, comprobauit: quorū amicitia fœlici quidē exordio

redintegrata

redintegrata, sed paruo tempore sarta tectaq́; cruentum admodum finem sortita est.

Tempus autem radicis effossæ (quod obseruare decet, vel similis opportunitatis aliud captare) euentum dictum longè præcessit. Anno enim supra millesimum quingentesimum, vicesimo quarto, die mensis Iulij octaua, ea fossa est, à viris illis nec vitæ genere, nec natalibus, nec ingenio contemnendis, tumq́; cœlum, hunc ipsum, quem oculis subijci curauimus, Planetarum signorumque ad inuicem positum, ordinemq́; habuit. Ideoque plurimi Viri excellentes eruditione, & artis Astronomicæ peritia eximij, ex illo positu, vt Saturni in sexto, & domicilio Iouis, Martis cum Sole in decimo, atque amborum in cancro, alijsq́; σχηματισμοῖς seu configurationibus, quæ tum acciderūt, non temerè prædixerunt: fore, vt hominum istorum amicitia, fœlici quidem successu redintegraretur, sed paruo tempore constans, ingentis inuidiæ atque odij incendio terminaretur. At iuxta secundum modum si fodiatur radix, & in tenues orbiculos, sursum, ad formam nummi dissecetur, orbiculorū vero aliquis, Luna in gradu decimo sexto Scorpionis & mansione vicesima tertia constituta, bestiæ verminosæ, intra cutem & cranium, in summo frontis vertice, inseratur, superq́; eo fissuræ illius labra iterum consolidentur, vermes ex toto reliquo corpore expelli, fama est, nec fidem ego huic detraho. Nam et ipse aliquando alia quadā radice eius rei periculum feci, in tribus vel quatuor equis, ipsoq́; euentu, verum esse quod dicitur, deprehendi.



Multi præstātes viri, quę inti fœderis constantia futura esset, prædixêre. Nosterdamus. S. Munsterus. V. Coloniensis. P. P. Vergerius.

Animalium verminosorum curatio.

Iuxta tertium vero modū si euellatur (ferro non adhibito) inq́; fasciculos collecta supra mensam suspēdatur, dicitur vim omnē veneni in cibis recōditi lethiferā attrahere, atq́; ita ab eius periculo, & commestione hominē vindicare & asserere.

Miraculosum venenorum alexipharmacum.

NATVRA PLANTÆ.

PHILIPPVS PARACELSVS docuit, hac planta collo nudo gestata, vel saltem in odorem adhibita, irrepentem μαλακίαν, paralysin & hydropem, non solum expugnari, verum etiam ne oriantur, prohiberi: si fodiatur loco, Capricorni dominio subiecto, qualis Græcia, Saxonia, India, Albania & Muscouia est: tempore vero, quo Saturnus in eo signo, & (si fieri poterit) domo octaua, Luna autem in Leone constituta fuerit. Id quod in Saxonia, Anno supra millesimum, quingentesimum, quadragesimo quarto, decima sexta Augusti, a viro quodam excellenti, certo experimento exploratum & cognitum est: imo & præter dictam efficaciam aliæ quoque in eadem radice deprehensæ, inter quas præcipua hæc est, quod puluere inde cōfecto, paralyticus restitutus fuit.

Caput Tertium.

DE IMPERATORIA FOEMINA, ALIAS PANAX HERACLEONIS dicta.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

QVANTVM contentionum & dissidiorum quidam Eruditi de planta ista commouerint, vix credat quispiam audiens: multo minus hoc in loco, vbi prolixitas molesta futura erat, commemorando persequatur. Alij enim pro Cari, alij pro Ligustici specie agnouerūt, alij deniq; (vt in breuia rem conferam) eam ex herbarum numero exemerunt, sali tantum inde extrahendo vtilem rati.

Quidam tamen, haud vulgari variarum linguarum notitia instructi, quibuscum in regionibus longo ab hinc interuallo ea de re collocutus sum, illi (inquam) herbam istam à monte Ætoliæ altissimo, cui Panætolion nomen, cuiusque Plinius lib.4.cap.2. meminit, nominis originem trahere arbitrati sunt: Alij eam à regiuncula thurifera Arabiæ, & Virgilij carmine secundo Æneidos nota, Panchæa nimirum, deducunt: idq́; ideo, quod ea vicinia copioso huius radicis prouentu, æquè ac mons ille Ætoliæ, celebris sit & fructuosa. Tertia coniectura siue sententia est amplissimi Viri, Dn. Pauli Pfintzingeri, Regis Catholici Hispaniæ Cancellarij. Is aliquando hac de re mecum dissetens, aiebat, videri sibi nomen hoc ex duabus dictionibus, παν & Ἀκέσιας genitum: quarum prior

Panætolion. Plin. lib. 4. ca. 2.

Virg. Aeneid. 2. Panchæa.

D. Paulus Pfintzingerus.

Satyrum

Panágh. πάνακες. פנג
Pan Deus pastorum.
Deucalion.
Acesias medicus imperitus.

Satyrum illum, ab Ethnicis pro pastorum Deo cultum, posterior rudem et imperitum quendam Medicum, qui circa tempora Deucalionis regis Thessaliæ vixit, denotat. Is cum corporum malè affectorum dolores & ægritudines sua negligentia, & imperitia fortasse auxerit, easdem vero Pan huius herbæ beneficio sopiuerit, referebat, factum videri, vt ætas illa nomina medicorum conflata atq; simul iuncta, herbæ illi beneficæ tribuerit: indicatura scilicet Pana Acesiam medicando vicisse. Addebat autem idem Vir præstantissimus, Hemistichion illud,

Pan curat oues, ouiumq; Magistros.

Antiquiores Iudæi.
Vnde dicta: Centaurium. Quinquefolium Nepethæ & Mentha. Balsamitis.
Lucian. lib. 5. Lucretius.

Si ergo libera sit talis nominum origines inuestigandi ratio, hoc nostrum Panax, etiam ab illo Deo Pane, & dictione Aces (quæ linguis quarundam gentium corrupta, acerbum significat) Panaces quasi Panis acerbitas non incômodè denominabitur. Sed vtcunq; ista se habeant, in prisco quodā volumine Iudaico mētio fit radicis et herbæ cuiusdam, nomine צְּרִיעְשַׁב *Tsoriheseb, id est Balsaminæ, cuius historia, species, odor atq; virtus omnino huic nostræ congruit, nisi quod foliorum magnitudo nō est eadem: vnico tamen hoc, simplicium indagatores quod perturbētur, non habent. Nam non solum Paracelsus testatur, verum etiam ipse experientia deprehēdi, frequentissimè accidere, vt herbæ, læta & hilari omnium partium fertilitate, viriumq; copia proueniant, si cœlum propitium & benignum, ingenium vero soli & aquarum, quibus rigatur familiare & correspondens habuerint: sin minus serò, & tristi aspectu præditæ consurgant, & crescendi facultate adempta flaccescentes, à natiua forma & magnitudine degenerēt, sibiq; vix similes appareant.*

צריעשב: Tsoriheseb.

Porro (vt ad nominis explicationem redeamus) Balsami vocabulum idioma linguæ Hebraicæ, nomine פַּנַּג *Panágh exprimit: vnde fieri potest, vt nomē πάναξ vel πάνακες à Iudæis ad Græcos defluxerit. Nec malè congruit opinio ista, cum pleriq; à dictionibus πᾶν & ἀκὰν herbæ huic balsaminæ, et maximè salutiferæ, nomē contigisse censeant. Cū itaq; Balsamo tribuatur facultas omnis generis morbos curandi præsentissima, non absurdum est, antiquiorem Iudaicam gentem nomen illius, quod verum & genuinū tunc in Syria habuit, huic quoque plantæ accommodasse & communem fecisse: non quod cum Balsamo illo nobili esset eadem, sed virium similitudinem aliquam haberet: simili ferè ratione, qua nos Cētaurio à viribus, Quinquefolio à forma, Nepethis & menthis ab odore, atq; Balsamitis in Marchia nostra, germanicas appellationes tribuimus. Nec est cur de hoc quis amplius dubitet, præcipuè cum ipse Virgilius plantam istam ab odoris & saporis iucunditate summopere commendet, atque illud etiam reliquis coniecturis & argumentis accedat, quod ex huius radice incisa, non secus atq; ex balsami arbusculis vulneratis, succus saluberrimus exceptus, colligitur, & asseruatur.*

Ex ista ergo sufficienti signorū excussione atque δοκιμασία diligentiore, certum iam est & manifestū, hanc plantam pro altera specie Imperatoriæ, quam forma, habituq; (excepta foliorū & caulis quantitate, qua superat) æmulatur, recipiendam, atq; habendam. Solum natale ei non vnum est. Inuenitur enim in Asia in Parthorum Hircanorumq; regionibus, montanis ad Aces fluuium, qui teste Herodiano lib. 3. dictas terras perlabitur, sitis. Fertur & in Lybia & Macedonia non parua copia prouenire. In Affrica vero, inter montes & fluuios Adras & Pailgas, versus Orientem, vrbem Hipponam prope, quæ nunc Bona est, supra templum quoddam vetustum, in quo

Loca. Patria. Parthia. Hircania. Lybia. Macedonia. Affrica.
Adras Pailgas fluuij.
Hippona, hodie Bona.

CORPORIS FOEMINEI SIGNATVRA.



QVA ratione capite secundo generalior, crassiorum & magis terrestrium partium corporis totius masculi, signatura, integro plantæ (quæ radice, caule & semine exædificata est) habitu atq; imagine cognoscenda proponitur: Eadem etiam, hac nostra præsenti Panace partes corporis fœminei totius, vt carne, sensu, motuq; præditæ, ita & cartilagineæ motus siue expertes siue participes, & præter has motus organa musculi, siue exteriores siue interiores, atque fibræ per hos sparsæ designantur atq; notantur: Cum omnia corpora, & mascula, &, de quibus hic sermo fit, fœminea, illaq; semiperfecta sobolis, quæ nondum vel in marem vel fœminam transiere, non solum animis, moribus, atque ingenio: verum etiam qualitatibus, temperamentis, naturaq; ipsa longe a se inuicem distent atque discernantur: & quælibet peculiare quiddam, nec cum alijs commune, obtineant. Quæ signaturæ ratio ita accipienda est: Quod omnes partes materiæ ex planta hac depuratæ, vires atq; operationem suam in dicta corporis fœminei membra, familiarius, facilius, atq; salubrius exerceant atq; exerant, quam teneriores & subtiliores alterius. Quod a tribus illis æternis, atq; incorruptibilibus potentijs, nimirum sapientia diuinæ essentiæ, prima illa rerum materia physica, & deniq; cœlestium qualitatum in hæc inferiora influxu, partibus illis impertitum & inditum fuit: velut sequenti capite libri huius, de plantis totum corpus signantibus, prolixius & apertius iuuante Deo, commemorabitur.

RATIO SIMILITVDINIS.

Quod Balsamo, liquori omnium nobilissimo, succum hunc siue Opoponax confero, nemo mihi vitio verterit: cum verum Opobalsamum non eam, quam oleum, naturam, sed magis terrestrem, & aquosam obtineat. Quod inde probatur, quia nec lentorem habet, nec aquæ supernatat, sicut aliæ oleosæ pinguedines. Cum enim Sulphurea sit substantia, in aqua resoluitur. Quod vero resoluitur, supernatare non potest, sed fundū petit: quicquid autē fundū petit, oleosum non est. Ideoq; id, quod ex ramulis excoquitur, Xylobalsamum scilicet bonitate cedit, quia pinguius: posterius vero carpobalsamū minus crudum, lentius vero & odoratius, atq; efficacius, quam quod ex ramulis vulneratis stillauit, existit. Stillatiumtamē illud, ei, quod ex fructu productū, carpobalsamum dicitur, præstat. Causa est, quod prius, ex ligni Lachryma plus pinguedinis obtinet.

quo D. Augustinum olim docuisse prædicant, eadem, sed minuscula, & tristi marcore tenuis, atq; strigosa visitur. In Europa vero eam Tartaria circa mare Caspium & Carpathus mons gignit, nec non Apulia & Apenninus copiosè producit. Nullius tamen locorum enumeratorum, vel herba vel eius succus, talem efficaciam & vires prodit, qualem illa, quam Affrica & Ægyptus suppeditat, licet forma & habitu cum reliquis conueniat, sola corticis crassitie excepta.

Sacellum in quo D. Augustinus docuit. Europa. Tartaria. Mare Caspium. Carpathus. Apulia. Apenninus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS PANACIS HERACLII.



PLANTA hæc radicem habet mediocri longitudine, superiore parte rugosam, firmam, multis fibrarum adnatis dispersam, crassitudine digitali, odore vehementi, & fortiter nares feriente: ea, membrana primum tenui & ex albo nigricante, post hanc cortice duro, crasso & subluteo vestitur: caro interior candicat, succo plurimo perfusa, & per latum si findatur, stellarem quandam, velut raphanus, radiorum discursum ostendens: per medietatem, à summo vsque ad imum, candidus quidam neruulus ceu medulla, traycitur. Ex radice caulis lanuginosus, intus cõcauus, sed medulla plen⁹, emergit: ex cuius trunco, quà radici proximè adhæret, dẽsa foliorum congeries robustis pediculis pullulat: folia sunt, eleganti virore nitentia, crassa, mediocriter ampla, læuia, toto ambitu serrata, & quinque laciniolis, lupulorum instar, crenata:

GVMMI ARTIFICIALE.



SVB finem mensis Iulij, Imperotoria siue Panacis radix, tempore nocturno, ne radiorũ Solarium calor humiditatem eius hauriat, euellitur: & secundum longitudinem concisa, in fictile vitro incrustatum, A litera hic notatum, conijcitur: quod inuersum in fornacem descensoriam B immittitur, eiq; vitrum C humori stillanti excipiendo, subditur. Inde lento igne, qui in superna fornacis area B, circa vasculum A, accensus est, nobilis ille liquor elicitur, & postea aliorum organorum ope sublimati virtus nobilissima a crassa & terrestri materia, distillatione secernitur.

ex geniculis vero prodeuntia magnitudine reliquis cedunt, ijs autem, quæ mas gerere supra dictum est conueniunt, odore quoque ab ijsdem nihil discrepant: quemadmodum nec radicum sapores, alterius acerbus, alterius vero amarus, longè inter se distant. Flores anethi & fœniculi similes, nisi quod singuli quinis folijs, colore subluteo nitent. Semen quoq; fœniculi simile, angulis per longitudinem impressis striatum, melonum instar, planum tamen potius quam teres.

Flores.

Flores autem illos sub finem mensis Iulij, qui Ægyptijs est ἐπηφὶ, planta producit, specie cum anethi, fœniculi et cumini ferè eadem, nisi quod (vt antea dictum) eorum foliola sublutea & tenuia admodum proueniunt, odore acuto, vehementi & penetrante: quibus dissipatis, quædam quasi capitula in longum striata succedunt, quæ paulo post in summo dehiscentia, semen illud planum, bifidum, & vehementer odoratum, velut ex valuulis seu siliquis quibusdam, protrudunt: quod sub initium mensis Septembris perfectum, atque maturum, nisi ab hominibus legatur, mox decidere ac dispergi incipit.

ἐπηφὶ.

Semen.

Forma radicis.

Ad qualitatem radicis quod attinet, subiacet ea Soli partibus sex, Marti duabus, Lunæ quatuor. Vnde sequitur eam ex partibus Sulphuris sex, duabus Salis, quatuor Mercurij, naturæ operatione concretam atque compositam esse: Præclara sane, & nobilis mixturæ substantia.

Qualitas radicis et eius partium.
☉. 6. ♂. 2. ☽. 4. } partes.
Sulph. 6. Sal 2. Merc. 4. } partes.

Prima autem decade Iulij, cum Sol Leonem nondum assecutus, adhuc in cancro cursum suum peragit, Luna vero in primo, duodecimo, vel vicesimo sexto gradu Virginis, mansione vndecima, duodecima vel decimatertia, decurrit, fodi desiderat.

Prima Decas. ☉: ♋.
☽. in 1. 12. 26. ♍.
Caulis.
Qua ratione artificiale gummi siue liquor non solum ex Panace sed & Imperatoria produci queat.

Caulis cum agnatis, sex partibus Lunæ, & (quoniam hæ præter humiditatẽ, eximiam quoque acrimoniam possident) quatuor Marti, duabus Soli subditus est, & proprius. Ei demetendo,

Folia.
Qualitas caulis cum adnatis.
☽. 6. ♂. 4. ☉. 2. } partes

Tempus. 8.9.10. Maij. ☉ in ♉. ☽ in 10. ♍. ♀ in {8. ♉. 5. ♎. 7. ♏.}

Similitudo à partu mulieris prægnantis.

Secundina. ☽ 5.17.29. ♎ 13.14.15. mansio.

Prouida naturæ cura & solertia.

Qualitas florum & partium coniunctarum. ☉. 5. ♂. 4. ☽. 3. } partes.

Spica virginis, 24.26.28. Septembr.

do, octauam, nonam, decimámue diem, dum Sol adhuc in signo Tauri moratur, neq; foliorum aut caulis germinationi debitæ in locis æstiuis qd decessit, eligere conuenit: hac tamen cautione adhibita, vt Luna, in quinto, decimo septimo, vel vicesimo nono gradu Libræ, mansione decimatertia, quarta, vel quinta, decurrat.

Flores, & quæcunq; ad eos pertinent, vt foliola cum seminibus, quinq; partibus Solis: quatuor Martis, tribus Lunæ, imperium respiciunt. Colliguntur illi, cum Spica Virginis, vicesimaquarta, sexta, septimáue Septembris, tota emersit, Luna vero in tertia facie, id est decem gradibus posterioribus Virginis, cōstituta est: Venus denique terminum suum, id est octauum gradum Tauri, quintū Libræ, vel septimū Scorpionis, permeat.

Tota itaq; planta ratione mixtionis suæ facultatem obtinet calefaciendi, molliendi & aperiēdi, ex qua humana industria Oleū quoddam, & (quoniā humiditate abundat) alia præterea substantia, quæ chymico vocabulo Magisterium dicitur, atque tandem etiam Sal, segregatur & extrahitur.

COLLECTIO OPOPONACIS.



RVGÆ atque plicaturæ radicis huius, cum fine mensis Maij depereunt, & propter quotidiana succi incrementa explicatæ atq; diductæ, rimulas tandem agunt, atq; dehiscentes, instar probæ matris, partui futuro se accingunt: fitq; id tum fere, cum cauda Scorpionis (die vel duodecima, vel decimaquarta, vel decimasexta oriri solita) in conspectum nostrum prodit. Si itaq; interior illa radicis membranula, quæ per rimas emicat, & tenacissima existens, magnā cum secundina in vtero materno similitudinem habet, per certos homines incidatur, terra prius vndiq; remota: Ibi tum liquor ille nobilis & subluteus, in foliola, quæ ante substerni oportet, extillat atq; profluit. natura scilicet velut commiseratione quadam sæculi huius, afflictissimi, humano generi alexipharmacon contra venena præsentissimum monstrare, in hoc fœtu suo, annitente atq; cupiente. Qui ergo hoc modo, extillauit liquor, is postea, partim calore solari partim congenita sua proprietate, digeritur, lentescit, inspissatur, atq; tandem in massam duriusculam redigitur. Inde ars chymica nobilem quandam (vt chymico verbo vtar) oleitatem elicit, opera organorum, literis, A, B, C, D, notatorum, cuius temperamentum & natura, ex Sulphuris, Salis, Mercurij partibus quaternis concreta est, ideoq; facultatem calfacientem, mollientem & extenuantem, habet.

ἐνεργία, EFFICACIA ATQVE VSVS PANACIS HERACLII, doctrina Paracelsi, animalis, substantialis & elementalis, in partibus corporis fœminei interioribus.

SEMEN.

Memoria. Hemicranea. Melancholia. Phrenesis. Nota.

Partium glandulosarum putredo.

Lactis augmentum.

Magisterium. Cor. Splen. Renes. Epar. Pulmones. Cordis confortatiuum. Cardiaca.

Renum {vlceratio. frigo.}

Splenis purgatio.

Sal. Tendones. Ligamenta. Peritonæum. Vasa seminaria. Secundina. Meatus vrinarij. Nerui, humore calore mota destituti.

Obstrutionem aperire. Duritiem emollire.

Oleum. Cerebrum. Tendones.

Matricis purgatio. Glandulosa corpora. Venæ mamillares vteri.

QVÆ supra de mare, vel vires vel facultates, commemoratæ sunt; eas singulas quoque fœminæ hîc tribui atq; accommodari, lectores attenti cogitent: quantumuis in corpus fœmineum pari perfectione & potentia nequaquam agant, sed dimidia tantum efficacia in illud se exerant.

Viribus autem illis omnibus, hic præterea accedit Magisterium seminis, *quod partibus vitalibus ex sanguine & carne concretis, cordi scilicet, renibus, spleni, & cognatis, epati, atq; pulmonibus deputatur, ideoq́ eximiæ virtutis, cordi confortando, remedium suppeditat: præcipue autem per triginta dies tricenarum guttarum numero, nullis rebus alijs admixtis, sumptum, cardiacam sanat: renes ex frigore malè affectos atq; vlceratos restituit: splenem expurgat, guttarum sexaginta numero per nouem dies vesperi haustum, ita vt reliquo noctis tempore nihil potulenti præterea sumatur: non solum duritiam splenis, verum etiam obstructiones epatis & pulmonum, emollit atq; recludit, ideoq́ corpus ab hydrope, tussi, & respirationis difficultatibus protegit atq; tuetur.*

Magisterium sequitur Oleum seminis, *quod partibus organicis sanguine & carne destitutis, vt cerebro, fibris exanguib. glandulosis corporibus, et cognatis, venis mamillaribus atq; vteri, fœtui alimentū deferentibus, proprium constituitur. Ideoq́ mirificè cerebrum & memoriam confortat: Hemicraneam discutit, melancholicos affectus emendat. Paracelsus prædicat, se diuino auxilio, phreneticum, & ex toto surdum atq; attonitum, eo restituisse. Idem oleum partium glandulosarum putredines prohibet, eas expurgat, emollit, atq; calore imbuit: lac mulieribus auget: fœtui non solum nutrimentum commodum præstat, sed & eundem confortat, atque vapores quoslibet prauos & malitiosos, eius incremento infestos, profligat atq; expellit. Dosis autem huius olei sit, guttarum triginta, in muliere tricenaria, viginti in vicenaria, decem in iuuencula: vsus vero ex mulso optimo. Cum enim medicamentum sit admodum forte, non sine consilio doctorum Medicorum, & sobria præmeditatione, offerendum videtur.*

Vltimum ex semine productum, Sal *videlicet, membranis sanguinis & carnis, vsusq́ necessarij quid habentibus, tendonibus, ligamentis, peritoneo, vasibus seminarijs & cognatis, secundinæ, et meatibus vrinarijs, qui vrinam in vesicam deuehunt, destinatur & familiare tribuitur. Ideoq́ tendones, neruos & ligamenta obstructione aut frigore affecta, adhibitum restituit: locos muliebres, semini retinēdo, fœtuiq́ perficiendo præparat, expurgat, & familiari calore imbuit: fœtum mortuum eiusq́ inuolucrum, cum aceto sumptū, præsenti auxilio eijcit:*

eycit: matricem roborat: os eiusdem lubricum & læue reddit, viscoso quodam humoris genere ex vasis seminarijs & vreteribus educto, hocq; modo partum facilem præstat.

> Matricis lubricatiuum.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS PANACIS HERACLIJ, doctrina Paracelsica Corporalis, Materialis & Complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Oleum, quod ex liquore plantæ huius stillatitio artificiose elicitur, emplastris attrahentib⁹, contra vlcera venenata, carbunculos siue ἄνθρακας, aliasq; phlegmonas lethiferas adhibendis, opem excellentem addit. Linteolum illo humectatum, atq; pudendo muliebri immissũ, strangulationi & præfocationi matricis, q̃ quodãmodo epilepsiæ cognata est, præsentissimè auxiliatur. Ex eiusdẽ drachmis duab⁹, olei de cera, Therebinthini albi, ana drachma semis, fimo canino adiecto, vnguentũ conficitur, quod ictib⁹ atq; morsibus animalium ἰοβόλων, nec non plagis et vulneribus cuiuscunque armorum generis opitulatur, malitiamq́; veneni omnem, ex profundo in superficiem extrahit atq; euocat.

> Oleum miraculosum cuius beneficio, iuuante Deo, fistulæ, χαρκινώματα, phagedænæ aliaq; vlcera maligna trium mensium spacio possunt sanari.

OLEVM FISTVLARE.



OLEI ex Opopanace sumuntur vnciæ Sex. Huic miscentur Mercurius & Sulphur sublimatum, nec non Cerussa, singulorum vncia vna. Hæc post dies triginta in cucurbitam D. recondita, per Alẽbicum tricipitem leniter destillantur. Oleum ex Alembico A profluens, seorsim (sicut & ex B. & ex C.) excipitur. Quod ex C. exstillauit loco primo, quod ex B. medio, quod ex A. vltimo ad fistulas putrentes vsu efficaci admodum adhibetur, ita vt vel trium mensium spacio, sanationem earum perficiat.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA ATQVE VSVS PANACIS HERACLII, doctrina Philosophiæ veteris, Animalis, Substantialis & Elementaris, in partibus corporis humani interioribus.

Semen in puluerem redactum, & mulieri parturienti exhibitum, partum mirificè promouet: medulla caulis, lactis vbertatem præstat, corpus laxat & aperit: spiritus flatulentos, in membrorum cauitatibus conclusos, ex aceto & oleo communi sumpta propellit: ideoq; in spasmi affectionibus vsu non inefficaci adhibebitur. Lachryma vero huius, pondere drachmæ ex mulso pota, traditur febrem, eiusq; horrores profligare, rupturas et luxationes membrorum interiorum sanare, tussi mederi, στραγγουρίαν, pruritus atq; dolores vesicæ, ex scabie, vlceratione alijsq; affectibus ortos, sedare et pellere: ex ouo vero, aut cum pilulis sumpta, menstrua prouocare: suffitu vero per fauces recepto, columellam prolapsam leuare, anginam siue faucium inflammationem tumentem curare, si exteriora earundem (vt virtus vtraq; vniatur) vnguento Dialthæa simul inungantur.

> ὠκυτόκιον
> Lac generans.
> Febris.
> Rupturas sanãs.
> στραγγουρία, Pruritus, Scabies. } vesicæ.
> Corpus aperiens
> Spasmus.
> Menstrua prouocans.
> Fauces aperiens.
> Faucium tumor.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS PANACIS HERACLII doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis; in partibus corporis humani exterioribus.

Folia & caulis, in vino si decoquantur, & decocto illo calente adhuc, corpus sæpius lauetur, affectionem arthriticam ex causa frigida, per membra vagantem profligari, vetus quidem liber Hebraicus perhibet. Particula succi siue lachrimæ emplastri forma illita, vel etiam (quod magis commodum videtur) aqua calente dissoluta, & linteolis instillata, ventri inferiori si obuoluatur, vuluæ ascensionem prohibet: fæmoribus adhibita, Ischiam pellit: dolores podagræ, loco affecto inuncta mitigat: refrigerantib⁹ mixta phlegmonas omnis generis malignas, maximè autem carbunculum, emollit atq; attenuat: angulis oculorum illita, visum roborat: pici vero admixta, virulentos canum atq; aliorum animalium rabiosorum morsus, sine noxa & molestia, sanat.

> Affectio arthritica.
> Vuluæ ascensionem prohibens.
> Podagra.
> Phlegmone maligna, carbunculus.
> Visum confortans.
> Virulenti canũ & animalium rabiosorum morsus.

NATVRALIS INCLINATIO VSVSQVE PANACIS HERACLIJ, doctrina Magiæ, cum veteri tum recenti, spiritalis, cœlestis & miraculosa, ex præcedentibus effluens & genita, in partibus corporis humani, siue exterioribus, siue interioribus.

Qui maleficijs, hominum diabolicorum (quales venoficæ, striges, incantatores atq; λυκάνθρωποι habentur) fascinati, in coitu vel impotentes torpent, vel immensum dolorem percipiunt, Hi opopanacis

> Veneficæ striges Incantatores. λυκάνθρωποι.

panacis suffitu Luna crescente facto, liberantur: veruntamen & linteolis, quæ resina hac in aqua rutæ calente dissoluta fuerint, humectata, mēbrū genitale obuoluere atq; fouere oportet. Porrò, ipsa experientia probatū est, si intentis oculis lachrymam hanc aspexerint, qui singultu seu ventriculi conuulsione laborant, continuo malum sopiri: neq; pro uano ea res habenda. Nā, vt in sequentibus dicetur, et genus quoddam carduorum est, qui solo intuitu, ardores & regurgitationes ventriculi nidorulentas compescunt & comprimunt: quod remedium, pluribus viris Principibus, atq; alijs humilioris conditionis hominibus monstraui, effectumq; eius vbiq; similem deprehendi. Traditur à plerisq; hoc etiam: quemlibet conditionem morbi impendentis, exactè posse præcognoscere, si sanguini, qui ex vena mediana incisa profluxit, lacrhyma, in pollinem trita aspergatur. Tum enim sanguinem quaslibet affectiones suas, vt putredines, aquositates, & viscositates grossas et similes apertè prodere affirmant: vnde Medicus industrius & attentus, morbi instantis qualitatem æstimare, metiri, & præsagire facilè potest.

Morbi impendentis. προγνωστικόν. Singultus. Putredines, aquositates & viscositates grossæ se produnt. Ructus ventriculi nidorulenti.

Contra incantationum maleficia.



GVMMI Opopanacis diffractum, & a ligni corticisq; particulis, terra, atq; sordibus adhærentibus quibusuis segregatū, in aceto calente & iam ante destillato resoluitur. Quo facto acetum per filtrū depuratur, vsq; dum quo ad eius fieri potest, purissimum et nitidißimum appareat. Hinc in cucurbitam Alembico cæco tectam infusum, super cinere vel sabulo calidiore pedetentim digeri, & donec rursus coaguletur, quiescere sinatur. Coagulato farinæ triticeæ & salis ana drachma vna immisceatur & cum aqua rosacea, vbi sub dominio Saturni facies Aquarij tertia fuerit ascendens, vnguentum conficiatur. Hoc partibus genitalibus inunctum, incantationum maleficijs Veneri inutiles, restituere, ōnesq; dolores et impotentiā adimere tradiiur.

Caput Quartum.

DE TERTIA SPECIE IMPERATORIÆ, QVÆ PVERO COMPARATA SPHONDYLILION DICITVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,



TERTIA, & quidem viribus languidior Imperatoriæ species, est hæc, quam exhibemus, planta: quæ non sine errore, tot nominib° dotata est, dum præcipuè alijs Acanthus, alijs Melamphyllon, Pæderos, & (quia fortasse amplitudine sua vmbrosa est, & sicultura ducatur sepis vicem præstat) Topiaria appellatur: quibus et aliæ, vt Brancha Vrsina à forma, Olus atrum à virore nigricante, Pastinaca syluestris, Apium agreste, nec non Grielon, à radice candida, & quæ reliquæ sunt eius generis, denominationes, simili ratione accesserunt. Quidam autem propter florum candorem atq; in orbem confertorum seriem, qua verticilla siue vmbellas Sambuci æmulatur, σφονδύλιον, id est, verticillarem, à Dioscoride lib. 3. cap. 74. eam cognominatam fuisse existimant. Sed hæc opinio, sicut et sequentes, nullis rationum fundamentis solidis nititur. Nam hac ratione, etiam Fœniculo, Anetho, Dauco Cretico nec non Leuistico, & tandem omnibus herbis vmbelliferis, nomen hoc competeret. Sic quoq; illud à vero alienum est, quod Smyrnion Theophrasti veteris, lib. 9. capit. descriptum, vel etiam Acanthus esse putetur. Etsi enim Itali propter formæ similitudinem quandam ita appellent: tamen Acanthus non solum natura & proprietate, verum etiam forma ab hac nostra diuersus, alia quædā planta existit, cuius historiam in sequentibus haudquaquam prætenturi, sed diligentius persecuturi sumus. Neq; me fugit, quosdam Acanthum ab Acanthone monte Ætoliæ, cuius Plinius lib. 4. cap. 2. meminit, quod in eo copiosè proueniat, denominasse, non secus atq; alij (quæ sententia solidior) eandem ab Helicone monte Bæotiæ, Thebis vicino, et Musis atq; Apollini sacro, teste Strabone lib. 9. quod frequens in eo videretur, Helio siue Heligo appellare non dubitarunt. Sed nec posterior hæc, nec superior coniectatio, veram appellationis rationem suppeditat. Hoc enim modo vna & eadem planta, à locis natalibus plurima et quidem diuersa nomina acceptura erat, & futurum, vt (quod pròh dolor dudum nimis factum

Tertia species. Achantus. Melamphyllon. Pæderos. Topiaria. Smyrnion. Brancha Vrsina. Olusatrum. Pastinaca Syluestris. Apium agreste Grielon. Ἀκάνθων mons Aetholiæ. ἑλικών mons Bæotiæ. Thebæ. Musæ. Apollo. Heligo. Spondylion. Herbis tot nomi[na] indita, vt non amplius agno[s]cantur.

SIGNATVRA IN GENERE.



SICVT supra in secundo & tertio capite, partes corporis totius & masculi & fœmininei, crassiores & maximè terrestres, plantarum descriptarum forma atq; habitu in radice, caule, & folijs corpulentiore aliquanto, craßiore atq; robustiore signauimus. ita etiam hanc plantam, propter suam quandam imperfectionem, & caloris ab humiditate abundante superati inopiam, corpori puerili, nec virum nec fœminā integre exprimenti, & tamen ex ambobus his, licet imperfecte, concreto, omnibusq; membris eius, partibus & membranis aßignamus & conferimus.

factum, propter nominum diuersitatem, plantarū non tantum appellationes genuinæ, Sed & notitia & cognitio tota confunderetur atq; intercideret: Etsi non negem, illis in habitus sui qualitate, à diuersis cœli moribus, locorum situ, soli ingenio, et reliquorum elementorum impressione plurimum immutari solitis, etiam cognomina accedere, vel à patria patronymica simul apponi: sicut de vino fit, cum vel Athesinum, vel Vngaricum vel Hispanicum dicimus, sic tamen vt appellatio prima seu genuina præcedat, adiectitia sequatur. Ne autem cui de appellatione litem intendere videar (à quo animum alienum me habere principio testatus sum) mihi verisimile admodum videtur: Maiores nostros, qui contemplatione profunda, ingenio expedito, diligētiaq; pertinaci nihil prætermittentes, in plantarū natura et viribus inuestigādis versati sunt, plantæ huic à virtute sua et efficacia q illi primum à Deo, Natura, et cœlestium qualitatum influxu, contra virus lethiferū perniciosissimi Serpentis spondyles, cuius Aristoteles & Plini⁹ lib. 27. capit. 13. meminere, collata est, nomen Spondylium imposuisse. Etsi vero Plinius lib. 12. capit. 27. spondylij cuiusdā meminerit, tamē id nostrum esse nequit, quod Plinianum foliorum pinguedine & amplitudine longè superet. Dioscorides herbæ cuiusdā meminit, cui inter reliquas nomen serpentaria accomodat: quæ sententia ad nostram proprius accedit. In hoc tamen negotio scopum proximè tetigit Galenus lib. 8: præsertim cum eā vetustissimi à virtute sua חנחשקצ hanachasch kets, quod latine serpentum finis Germanicè Schlangenendt significat, & Chaldæi similiter חיויאמותא Chiueiamotha, quod græcis ἐφιθάνατος latinis mors Serpentum Germanis Schlangen todt est, cognominarint. Eadem planta quibusdam dicitur latino quidē nomine Brancha vrsina, Germanico vero Berenklaw: Vādalis Iadkurzin, id est venenorū radix, Bohemis Germanicæ linguæ nomē secutis Neduuendy Paznoth. Atq; ita appellationibus fingendis nec modus nec numerus statuitur: alijs insuper eam verum Achantum, alijs contra ἀκανθησοτίαν dicendam, & pro vero Pæderote habendam, aperte affirmantibus & docentibus.

Herbis tot nomina indita, vt non amplius agnoscantur.

Serpentaria.

Galenus dextrè iudicat.

Herbæ à patria dictæ.

הֲנַחַשְׁקֵצ: hanachaschkets

חִיוִיאָמוֹאַח Chiueiamotha.

ἐφιθανατος

Brancha vrsina.

Iadkurzin.

Radix venenaria.

Neduuendij Paznoth

Thurneisserus non de appellatione litigat, sed simpliciter suam Sententiam proponit.

Spondyle.

Aristoteles.

Plinius.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.



PLANTA hæc nostra, similitudine ad Imperatoriam proximè accedit: excepto odore qui iucundior, virtute quæ imbellicior, radice vero quæ candidior est et grandior: folijs deniq; quæ ex caule robustiore concauo, strijs rubentibus conspicuo, geniculato, inq; alas diffuso prodeuntia, magis ex viridi nigricant, & incisurarum habitu medium inter lupulorum & vitis siue fici obtinent. Radix humore quodam lento & tenaci perfusa, odoremq; iucundum spirans, robusta est, oblonga & ex tenui luteo albescens. Ineunte Aprile, cymas quasdam tenues, et purpurascentes, priorum specierum more, fundit: quæ successu temporis sese explicantes in caulem eiusdem coloris consurgūt, et folijs in viridi nigricantibus vestiuntur. Ex caulis illius geniculati & robusti fastigio, sub initium mensis Iunij, vmbella multis pediculis radiata, floribusq; versus extrema maioribus media minoribus stipata, sese promit. Floribus vero sub finem Augusti dissipatis, Semen latum, bifidum & conchyliorum effigiem referens, odore vehementi, sed tamen non ingrato, succedit. Ad qualitates quod attinet, vendicat sibi in radice dominium, partibus quatuor Sol, duabus Mars, sex vero Luna: Vnde sequitur, eius constitutionem siue temperamentum, ex partibus Sulphuris quatuor, duabus Salis, sex Mercurij naturæ operatione coijsse & confluxisse. Caulis, pediculi,

NATVRA.

LVNA crescente, diebus ante plenilunium plus minus tribus, tempore vespertino, Branchæ Vrsinæ radix euulsa pone Imperatoriæ si inseratur & plantetur, tum quanta συμπάθεια siue amicitia hæ duæ plantæ afficiantur inuicem, idq; radicum odore, habitu atq; viribus manifeste prodant, cognoscent ij, quos occultarum naturæ virium inuestigatio delectat: quod in alijs et similibus rebus naturalibus animaduertere, res est fructus & vtilitatis non paruæ.

☉ 4. ♂ 2. ☽ 6. } Partes.

Sul. 4. Sal. 2. Merc. 6. } Partes.

pediculi, folia, & quicquid his affine fuerit, maiori parte ex salsa & terrestri materia constant, ideoq; tres partibus Soli, quinq; Marti, quatuor vero Lunae familiaria sunt & propria. In floribus, capitulis, Semine et cohaerentibus, quoniam pinguiuscula existunt, Solaris naturae partes quinq;, Martiae quatuor, Lunaris, vero tres percipiuntur & sentiuntur. Quibus de causis plãta haec naturam obtinet cum tenui humectatione calefacientem, discutientẽ, nec non penetrantem atq; expellentem. Tempus radicis fodiendae, dies est mensis Maij duodecimus ferè: quo nimirum Sol gradum Geminorum, tertium, quartum vel quintum permeat: Luna vero per decimum octauum, vicesimum, & vicesimum secundum eiusdem signi gradum, in mansione quinta, contendit. Caulis, cum folijs, medulla, atq; cohaerentibus, Venere cum Ioue radiatione sextili in domo quinta iuncta, metitur. Semen vero colligitur mense Octobri, cum videlicet Mercurius in finibus, id est sua ipsi domo, in gradu Geminorum septimo constitutus fuerit. Quemadmodum itaq; ex specie plantae mascula ob nobiliorem temperamenti naturam caloris perfectionem, Essentia, Oleum atq; Sal elicitur, Ex faemella vero, quia plus humiditatis quam caloris, Salis vero materiam quandã crassiusculam & terrestrem continet, vnde & frigidior, horridior, effectuq; imbecillior deprehenditur, Magisterium, Oleum atq; Sal producitur: Ita etiam, ex hac tertia, quae Sobolis siue pueri locum obtinens, ab reliquorum perfectione longius abest, et superflua humoris indigesti aquositate referta, viribus languidissima est, Extractum liquoris siue aquae, Oleũ, atq; Sal producuntur & acquiruntur. Nam Extractum, neq; partium tenuitate neq; virium efficacia tantum pollet, quantum Magisteriũ: sicut nec Magisterium subtilitate, virtuositate (vt ita dicam) et facultate, Essentiae aequari, vsu experimur. Olea vero et Salis nomine appellatae Substantiae non eo modo se habent: Sed quoniam prius pinguiusculum Oleum dicitur, posterius vero, quoniam materia est, ex aquosa substantia coagulata & concreta, Sal: ideo amborum ea tantum est differentia, Quod quo corpora virtuosiora fuerint, eo Sal candidius atq; acrius redditur, Oleum vero pinguius & subtilius euadit: vtraq; vero tam Oleum quam Sal, virtute & ἐνεργία sunt potentiora atq; actuosiora. Essentiae vero Magisteria esse nequeunt, siue ea imbecillia siue fortia vel fortiora dicatur: sicut nec Extracta, vel Magisteria vel Essẽtiae esse queunt. Sed qlibet siue Essentia, siue Magisterium, siue Extractum, priuatam et propriam facultatis suae, tam possessionem quã appellationem retinet. Atq; hinc est, quod ex compositis imbecillioribus parum quidem Essentiae, parum Magisterij, parum deniq; Extracti producitur, Sed viribus et potentia nihilominus aequiualere sentitur.

☉ 3. ♂ 5. ☽ 4. Partes.

Extractum. Oleum. Sal.

☉ 5. ♂ 4. ☽ 3. Partes.

Differentia subtilitatis partium. Ex quacunq; re Essentia producitur, ex ea Magisterium extrahi nequit. Nam virtus quae Magisterium suppeditare debuerat, in Essentia remãsit: Idem fit de alijs subtilitatibus.

vis plãtae: Calef. Discut. Penet.

Radix.

☉ 3. 4. 5. ♊

☽ 18. 20. 22. ♊

Caulis.

♀ ⚹ cum ♃ 5. Dom.

Semen.

October. ☿. 7. ♊.

MODI DESTILLATIONVM.



Quemadmodum in homine, cuius anima a DEO condita, corpus vero ex carne & sanguine concretum est, dotes cum sensuum tum ingenij variant, anima & spiritibus exceptis, corpus siue ijs mancum quasi & brutum torpet: Ita quauis res naturales, essentia & subtilitatum suarum praesentia destituta, inefficaces & cassa deprehenduntur. Nam quid aurum, iucundum illud cordis humani θελκτήριον profuerit, si quintam suam essentiã, quam loco animae habet, amiserit? Quid porro Saphyrus, iucundo nitore oculos recreans, si Tinctura sua, quae illi loco spiritus est, artificiosa segregatione priuata fuerit? Quid deniq; plantarum nobilissima quaeq;, si tenerrimis & nobilissimis virium suarum partibus caruerint? An non, si viribus suis spiritalibus destituantur, etiamsi formae & materiae quid retineant: tamen prioris conditionis respectu, pro recrementis inanibus & faecibus inutilibus habenda erunt? Porro & animales, spiritales atq; ἐνεργητικαὶ plantarum vires variant: non secus atq; hominum & animalium (cuiusq; in suo sexu & specie) natura atq; affectus, indiuersa feruntur & propendent: pisces quidem pedibus destituti ad natandum, aues bipedes ad volandum, quadrupedes in campo degendum: vnde magna quoq; in temperamentis diuersitas sequitur & promanat. Quae cum ita sint, inuisibiles & interiores plantarum singularum vires, animalibus comparauimus, earumq; segregandarum genera siue modos statuimus duodecim. Quia itaq; trium praescriptarum subtilitates in copia exigua crassum & terrestre quid possident, Ideo primo ex loco A. descensorie (vt in imagine, Taurum recta deorsum spirare vides) a corpore suo segregantur: postea vero ex loco B. ascensorie in locum C. eleuata, subtiliantur.

Definitio Magisterij.

Magisteriorum, quorum hic mentio fit, compositio, pro partium ex tribus primis principijs, Sulphure, Sale & Mercurio, cuilibet speciei, vnde extractio fieri debet, collatarum quantitate, varia est & multiformis. Non aliter enim atq; radices, folia & semina, nec non flores, fructus & nuclei, non solum forma sed & qualitate, ideoq; virtutibus peculiaribus & operationibus inter se distant: Ita teneriores partium subtilitates ex ijsdem separata, non vnam & eandem inter se conditionem & qualitatem obtinent. Ex his enim quaedam, quia inter Essentiam & Tincturam, velut infans seu soboles inter marem & foeminam, medium quiddam tenent, Ideo Magisteria (id est, quae neq; Tinctura neq; Essentiae participes, sed diuersum quid ab his existentes, ex virtute corporis vnde prodierunt, summa & nobilissima constent) apellatae fuere. Horum alia constipant, alia laxant. Hac autem praesentia, quia plantarum spiritus crassiores & magis terrestres fluctuant, aluum inflant, flatusq; & ventos excitant.

ἘΝΕΡΓΙ'Α. EFFICACIA ATQVE VSVS BRANCHAE VRSINAE, tertiae Imperatoriae speciei, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis atq; elementaris, in partibus corporis puerilis interioribus.

Soboles natu minoribus competit.

Virtutis & efficaciae in planta hac proportio, ad commemoratarum est tripla: ideoq; natu minoribus, quibus non tam facultates naturales, quam corporis quantitas & ingenium numeris suis ab-

soluta

Soluta desunt, in casibus ante enumeratis ijsdem, comodissimè vsurpabitur. Præter facultates autem vulgares & quas hactenus recensuimus, reliquarum exemplo proprias et peculiares possidet, q̄ valetudini hominum curandæ, haud vulgari vtilitate & efficacia adhiberi comodè possunt. velut, Oleum Seminis atq; Radicis, *quod partibus ignobilioribus et imperfectioribus destinatur, quarū substantia humiditate copiosiore, quam sanguine coctione bene elaborato perfunditur, qualis est, cutis operimentū extremum,* ἐπιδερμὶς *siue cuticula vocitatum: cuti item ipsi, et post hanc panniculo carni proximo, q membrana carnosa Arabibus dicitur, & fibris per eū sparsis, nec non Diaphragmati siue septo transuerso, atq; id genus mēbris alijs.*



ELIXIER.

Radix exiccata, atq; Luna & Venere in Tauro constitutis, ad cicerum quantitatem concisa, in vasculum litera B. notatum injciatur, oleo eiusdem vsq; ad repletionem vasis super infuso. Hinc in tubum A. ignis exiguus immitatur, & spacio dierum viginti nouem, donec Luna per totum zodiacum circumacta, ad idem signiferi punctum, vnde exierat, redeat, quiescere sinatur. Hoc facto, reclusis epistomijs duobus Oleum emittatur, & igne minuto, vsq; dum radix marcescat, eliciatur. Radice illa remota, recentem injcito, interea Oleum ante exceptum super infundito, idq; nouem vicibus facito. Atq; hoc est Elixier, siue vita seruatrix, & menses prouocans.

Huic itaq oleo artificiose segregato, in cerebro verminoso ea inest facultas, vt si clauso ore in lingua foueatur, vsq dum vapor illius per sensus organa in cerebrum euolet, & vermes interficiat, & virus eorum saniei cuidam simile educat: quod in hoc malo affectus experiri, cuiq est liberum. In aqua ex radice destillata, numero guttarum viginti & ventre ieiuno haustum, vrinam retentam aut suppressam exigit. Puellulis vero, quibus post annos pubertatis, id est ætatis decimum quartum, menses nondū fluere incipiunt: illis antequam balneū ingrediantur olei guttæ sedecim, in aqua ex floribus destillata, cochlearis mensura, exhiberi debent: primo Lunæ diuiduæ & à coniūctione crescentis quadrante, qui fere in diem à nouilunio septimū incidit. Hoc enim pacto oscula illa venarū, q̄ acetabula latinis dicuntur, reclusa, venenatum et excrementitiū sanguinis mēstrui humorem exonerant atq effundunt. Quod ad præcauenda plurima eaq grauissima morborum symptomata momenti plurimū afferre solet.

Quælibet herba præter virtutes alteri sui sexus communes peculiares etiam possidet.

Extractum *plantæ totius destinatur partibus corporis, visui vel obuijs vel reconditis, tenui membrana obductis, tensibilibus atq mobilibus: vt genitalibus, intestino recto, labijs, palpebris, meningibus & similibus. Per quinq dies, tempore matutino cochlearis mensura haustum, 9. guttis olei vitrioli admixtis, epar splenem, atq pulmonis arterias reficit atq aperit.*

Epar, Splenem, Pulmones aperire.

Capitis purgationē si quis desideret, hanc aquā alijs medicamentis, quæ temperamento ipsius optime quadrent, admixtam adhibeat: ea enim vim purgatoriam ad cerebrum deducit, & operationem facilem præstat.

Capitis purgatio.

Vermes in capite interficiens.

Vitri Antimonij, hyacinthi citrini colorē referentis, grana quatuordecim in puluerem redacta, quatuor vncijs aquæ huius, per horas vigintiquatuor immergatur. Inde, clarum & sincerum quod est, leniter effundendo, ne quid pulueris humori effluenti adhæreat, desuper auferatur.

Vrinam suppressam expellens.



EXTRACTVM ET SAL.

Extractum, cuius modo facta est mentio, hoc fere modo producitur. Radicis in tenues particulas concisæ libris triginta, aqua ex tota planta separata superinfunditur, donec digitorum duorum latorū altitudine super eas excrescat. Hæc beneoperta, per tres horas decoquuntur simul: decocta mensem vnum putrescieri sinuntur. Post liquor omnis exprimitur, expressus per vasculum T. colatur quam purissime. Colatum vsq; ad sexagesimæ partis residentiam incoquitur. Inde humoris dimidium per balneum elicito, Illud est extractum admodum subtile. Reliquum quod est, vndiq; tectum optime digeratur, digestum aqua eius propria ter resolue, & digerendo rursus inspissa, tum demuq; Sal prodibit.

Eiusmodi aqua, diebus septenis tempore matutino, & ventre ieiuno sumpta, corpore à sumptione calidis tegumentis vndique tecto, purgationē affert omnium nobilissimam: quæ et phlegmatis humores glutinosos educat, totumq corpus à viscositatibus superfluis exoneret.

Vt puellulis menses fluant.

Humores phlegmaticos expurgans.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS BRANCHÆ VRSINÆ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis & complexionalis, in partibus corporis puerilis exterioribus.

Sal radicis atq; Herbæ *partibus destinatur, plus crassi humoris & substantiæ terrestris q̄ sanguinis possidentib⁹: quales sunt adeps, caro glandulosa, vesica, peritonæum, & harum similes.*

VITRVM ANTIMONII.

Vitrum Antimonij, cuius hoc tempore apud multos vsus habetur frequens, ex Antimonio sæpe calcinato & rursus in pulueres redacto (calcinatio autem nouem, vndecim vel interdum etiam quindecim vicibus, donec hinc inde agitatum fumare desinat, repetitur) in lebete bene contecto, Borace Venetiano optimo liquatur, & in tabellam marmoream funditur.

Aceto dissolutum contra tumores quosuis, verrucas, varices, & callos siue supercrescentias ossiū præcipuè, imponitur: tumoribus quidem adhibetur, quouis tempore et pro cuiuslibet indigentia, callis vero siue poris ossium, non nisi Luna decrescente, post Solis occasum, & quidem calens superligatur. Aqua vero propria, vel vitrioli (ea, quæ in destillatione ante Oleum effluxit) resolutum, animalium venenatorum

Tumores. Varices. Calli. Verrucæ. Animalium venenatorū ictus.

natorum ictus, præcipue autem κεραςῶν, serpentum corona & cornibus insignium, sanat. Quod non minus perficitur, si plaga phlegmate vitrioli primum elota, postea instillatione Salis resoluti irrigata & tandem molliter deligata fuerit.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ. EFFICACIA ATQVE VSVS BRANCHÆ VRSINÆ, doctrina Philosophiæ veteris animalis, substantialis, atq; elementalis, in membrrs corporis humani interioribus.

Menses retentos & vrinam prouocans. Ascensio matricis. Vrinæ difficultates. Humores pituitosos educens. Epatici. Icteritia. Asthma.

Semen ex vino haustum menses in mulieribus retentos, atq; vrinam prouocare dicitur. Idem effectus quoq; radici Sale maceratæ, præcipue vero in stranguriæ difficultatibus, tribuitur. Quidã affirmant, Semen cum radice, humores pituitosos per aluum eijcere: radicis vero cum herba ex vino, aqua, vel cereuisia, decoctum, epaticos iuuare, ictevritiã profligare atq; ex sanguine expurgare: asthmaticis, siue respirandi difficultate laborantib⁹ arteriam asperã contortam laxare, respiratione prorogare, à phtisi præseruare: matricẽ deniq; inquiete fluctuantem atq; ad superiora ascendentem compescere, suoq; loco sistere.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS BRANCHÆ VRsinæ, doctrina Philosophiæ veteris, Corporalis, Materialis, & Complexionalis in membris c orporis humani exterioribus.

Capillus vt crispus fiat. Vlcera vsq; ad ossa serpentia. Tumor scirrosus. Tumores { Epatis. Splenis. Vteri Pudendi muliebris } Apostema aurium soluens & saniem educens. Lethargus.

Succ⁹ vnguentis malacticis adhibitus, efficacia eximia deprehendi dicitur. Radix decocta et imposita õnib⁹ tumoribus scirrhosis, præcipue vero epatis, splenis, vteri, atq; pudendi muliebris, attenuandis commendatur: Succum ex floribus expressum atq; auribus infusum, affirmant earum apostemata soluere, saniẽq; educta sanare: capiti vero à lotione illitum capillitiũ crispum præstare. Semen cũ ruta ad Emplastri formam redactũ vlceribus cancrosis et ad ossa vsq; penetrãtib⁹, fistulisq; vtilis habetur. Carbonib⁹ vero viuis iniecti fum⁹ per nares recept⁹, lethargicos siue veternosos excitare traditur.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS BRANCHÆ Vrsinæ, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, spiritalis, cœlestis & miraculosa, ex prioribus exoriens atq; effluens: in membris humani corporis interioribus & exterioribus.

Liberis amorẽ erga parentes cõcilians. primus gradus ignis.

Quod si radix hæc liberis alligetur, Ioue in domo quinta, Luna vero in gradu Geminorum 12. 18. 22. mansione quinta, constitutis, neq; vel Soli vel alij Planetæ cuipiam maligno aspectu configuratis, tum animos eorũ ad beneuolentiam & obedientiam parentib⁹ debitam, flectere et incitare creditur. Herba cum radice, caule & floribus, Sole radiatione sextili Lunæ configurato, demessa & gestata animalibus venenatis fugandis commendatur.

Annulus mirificæ efficaciæ.



Cum Saturnus, in domo sua propria, Aquario nimirum, constiterit, Luna vero Capricorni gradũ quartũ quintũ sextumue peragrat, Radix hæc fodienda est, atq; antequam ascensio vltra tertium gradum excreuerit, annulus inde formandus, ita vt & concaua superficies & cortex integra seruentur: qui digito annulari (cui singularis cum corde est cognatio) e vestigio aptetur. Hoc facto, spiritus cordis serenati mentis tristiciam omnem excutient, lætitiamq; & hilaritatem inducent. Eodem modo traditur & phrenisin siue mentis alienationem, ex nimia ira, indignatione & solicitudine ortam, soluere, nec non ab ingenti pauore stupentes, restituere, & cardiacam siue cordis (vt recentiores vocarunt) tremorem compescere.

Animalia venenata fugans.

Experientia cognitum est hoc etiam, Radix plantæ huius in puncto plenilunij, Sole in Leone, decade tertia (tum enim maximæ eius virt⁹ viget) cõstituto, in vas bene tectum atq; vitro incrustatũ si condatur, vasculoq; in sabulũ primo ignei caloris gradu imbutũ collocato, vstulari tam diu sinatur, donec humore consumpto marcescat, quod spacio dierum 30. fieri solet: Hoc facto, aceto mũdo elota, denuo in vasculũ per dies triginta suspẽsa seruetur, ita vt tota operatio sexaginta dierum numero finiatur, Hinc illi ea vis & facultas accedit, vt ex quolibet cibo, cui interposita fuerit venenum in eo reconditum extrahat: neq; minus id præstet in plagis aut vulneribus, venenata qualitate imbutis, quæ inde ad sanitatem facile reducuntur.

CAVTELA.

Mirabilis extrahendi veneni ratio.

Cum in radicis huius fossione, tum herbæ & Seminis trium plantarum, quas hactenus descripsimus, collectione, diligenter cauendum est: ne positus aut aspectus Planetarum aduersi & maligni adsint. Si enim hora collectionis herbarum istarum alterius, vel Saturnum & Venerem in Sagitario, domoq; quarta morari, vel Solem & Martem in Scorpione; domo secunda, Iouem vero & Lunam in domo quinta & in Piscibus versari, vel deniq; Mercurium in Libra decurrere contingeret, & dictorum signorum aliquod tum foret ascendens: tum futurũm erat, vt qui istam herbam

intra

intra corp⁹ adhibuerint, ij tabi obnoxij reddantur. Vnde non mirum est, herbas officinarum, à Medicis tempus collectionis ignorantibus, interdum non sine ægrotantium periculis, vsurpari.

Caput Quintum.

DE ANGELICA MARE MINORE, QVÆ GERMANIS Brustwurtzel dicitur.

GENVS, PATRIA, NOMEN,

Plantæ præsentis βοτανόγραφοι recentiores (quia antiquitus ignota fuisse quibusdam visa est) tria genera describunt, idq́ verè: primo quidem domesticum siue satiuum, secundo vero agreste, quod nos hîc primum statuimus, tertio & vltimo, locis humidis & palustribus proueniens. Sed tamen in eo errarunt, quod plantam primũ generis (quæ reuera fœmina est) fortasse, quia satiua est & notior reliquis, viribus præstare iudicarunt, agresti secundo virtutis & efficaciæ loco relicto: quæ sententia non leuiter impingit, sed fe rè toto (quod dicitur) cœlo aberrat. Nomen vero Angelica, quod huic plantæ tribuitur, à dictione Chaldaica אַנְגְלָא Angelach, quod græcè est ἄγγελος, latinis Angelus, germanicè Engel, fluxisse videri potest. Physici enim Hebræorum libri herbæ cuiusdam mentionem faciunt, cui nomen אַבִירְגְרַע Abirgerah, quod græcis est ἀγγέλκ ῥίζωμα, latinis Angeli radix, germanis Engelwurtz, tributum fuit. Vnde vero sint nomina Germanica pluribus frequentata, Brustwurtzel, id est pectoris radix, Heiliggeist wurtzel id est Spiritus sancti radix, hactenus docuit nemo. Veruntamen quoniam spiritus non solum Genium siue Dæmona significat, sed & halitum, Ideo corruptis tantum literis aliquot, inde deduci potuerunt. Cum enim (vt apertius loquamur) respiratio, siue etiã spiritus vitalis, cordi in pectore sito insideat, non absurdum est, cum nomen Geistwurtz, tum alterũ Brustwurtz à spirando, Angelica vero ab Angelis, q quoq. in spirituum numero sunt, originẽ suam accepisse. Paracelsus à nomine cubicularis, quod græcis est θαλαμικὸς id est ad lectũ con iugalem spectans, hanc plantam Cubiculã appellauit: quod scilicet coeun di potentiam & libidinem in Viro, quemadmodum sequens in muliere, extimulet atq. roboret. Itali & Bohemi latinum Angelica retinent: quos Galli paruo discrimine sequẽtes Angeliq. dicunt, Poloni et cum his Sclaui Dziegil appellant, Britannis non incõmodè Halygaostaroote exprimeretur. Hæc itaq. nostra Angelica, non secus atq. altera mitior siue domestica in plurimarũ regionum hortis colitur, sed tamẽ locis quam maximè syluestribus nasci gaudet. Suppeditant eam montana Seir in Asia supra Carmelum magna copia, huic accedit Atlas minor mons Affricæ, qua fõtes fluuioli Duus in regno Fess emergũt. In Europa vero vbere eius prouentu fœcundi habentur, mons Aquilinus supra Landecum, montana itẽ Schirgantina oppido Imbstensi imminentia, nec non tract⁹ Grimslensis, et deniq. montes Bohemiæ.

Veteribus hanc herbam incognitam fuisse.
Tres Angelicæ species.
Spiritus. Vita } in corde
Magna infirmior minore.
Angeli spiritus sunt.
Paracelsus.
Cubicula.
θαλαμικὸς

SIGNATVR GENERALIS.



Sicut partium crassiorum, & magis terrestrium, carnis sc. cartilaginum musculorum & similium signatura, tum quæ in corpore masculo est, capite secundo, tum quæ in fœmineo capite tertio supra proposita fuit: ita hoc loco sequentes tres Angelicæ species, quia virtute & efficacia nobiliores, odore iucundiores, folijs teneriores existunt, & in summa omnibus suis subtilitatibus á terrestri substantia longius recedentes, operationem siue ἐνέργιαν subtiliorem atq. ita animalem obtinent, Ideo & partibus vitalibus, neruis, cerebro, meningibus, medullæ, earumq. cognatis & organis, aßignantur & destinantur.

אַנְגְלָא
Angelach.
Angelique.
Dziegil.
Halygarostaroote.
Patria.
Ἄγγελος.
אַבִירְגְרַע
Abirgerah.
Engelwurtz.
BrustWurtz.
Heiligeistwurtz.
Asia.
Seir montana prope vrbẽ carmelum.
Affrica.
Atlas.
Duus riuus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS ANGELICÆ MINORIS.

Radix plantæ huic est robusta, crassa et longi⁹cula: non tenuib⁹ fibrarum capillamentis, Sed grãdioribus adnatis, q et odore et sapore vrente, parẽtẽ non solũ æmulantur, verũ etiã superant, diffusa. Circa Maij mensis medium humorẽ concipit sublu teum, lentum, & gustu feruentem, qui & in caule dissecto, veruntamen tenuior inuenitur: Quæ res Eruditorũ plerosq́ (inter quos Serapion est capit. 252.) commouit, vt nomẽ Panax huic Plantæ accomodarent, succũ vero Alsosir nominarent. Vere autẽ appetente, cymas ex purpura rubentes emittit, ex quarũ medio caulis robustus, geniculatus et sub rubens exurgit. Is tandẽ ex singulis articulis, quos instar arũdinis distinctos gerit, concauos alarum sinus promit, vnde noua coliculorum proles egreditur, q folijs Branchæ Vrsinæ et mollioribus et tenerioribus, paulo post vestiuntur: q folia ficulneis nõ dissimilia sunt, nisi quod ãplitudine & crassitie minore virore & incisuris altioribus præstant. Caulis vero ille, crassus, procerus et concauus euadit, neq. primo statim anno (quod pleræq. plãtæ faciunt) semina parit. Sed vires primum suas colligit radix, sibiq́ fundamenta quam optima præstruit: postea, si soli ingenium cœliq. mores naturæ suæ congru-

Forma radicis.
Radix calida & admodum feruens.
Forma foliorum
Succus radicis.
Alsosir.
Forma caulis.
Angelica tardiuscule semina parit.

Sul 9. Sal. 1 Me. 2 } Partes.
☉ 7. ☿ 3. ☽ 2. } Partes.
☉ 6. ☿ 4. ☽ 2. } Partes.
☉ in 28. gr. ♌ ☽ in ♌ ☿ in ♍
Calfacit. Discutit. Expellit.



☽ ♌ 11. Mans. ☿ in domo 11. Semen.

congruentes senserit, tandem etiam Semina per caulem effundit: idq; anno tertio, raro secundo, nunquam primo. Ea in summo caulis fastigio, velut Anethi, Leuistici, vel etiam Panacis, vmbella, scilicet eleganti ampla & sublutea, ex qua iucundum & aromaticum fragantia & Branchæ Vrsinæ effigiem exprimentia generantur, consistunt. Dominium in radice sibi vendicat Sol partibus octo, Mercurius duabus, Luna totidem. Exquo sequitur, cum Mercurius Planeta ἀμφίβολος *seu* πολύτροπος *id est varius & versatilis, ex parte altera Soli, altera Lunæ operam comodet, ideo eam ex partibus Sulphuris nouem, vna Salis, duabus vero Mercurij cõcretam & mixtã. Caulis & membrorum cohærentium virtus imbecillior est: ideoq; Soli acceptas refert, partes septem, Mercurio tres, Lunæ duas. Semen vero Soli proprias gerit sex, Mercurio quatuor, duas Lunæ. Quibus de causis plantæ totius in corpore humano facultas, calfaciens, discutiens, & expellens esse deprehenditur. Radici fodiendæ eligendus est mensis Maius, cum videlicet Luna in Leone et mansione vndecima, Mercurius vero in Domo vndecima constiterit. Herbæ vero demetendæ Iulius, cum Sol in 28. gradu Leonis, Luna in eodem signo, & Mercurius in Virgine situm habuerint: Semini deniq; carpendo mensis Septembris dies, 10. 11. 12. quibus Luna in Leone mansione nona moratur. Quæ ars Chymica ex planta producit, ea sunt (vt vocabula* τέχνικα *retineamus) Arcanum, Oleitas & Sal in quantitate quidem parua, sed tamen acre & mordax.*

Septembris dies, 10. 11. 12. ☽ in ♌ 9. mans.

☉ 8. ☿ 2. ☽ 2. } Partes.

PRAEPARATIO Arcani.



EX prima florum sobole, antequam ea ex caliculis suis prodeat, præstantissimum contra paralysin Arcanum conficitur. Quod si enim caliculi siue capitula illa, Saturno in gradu Capricorni siue Aquarij sexto ascendente, diluculo ante ortum Solis, dum adhuc roscido humore rigua sunt, forpice præcisa, nec manibus attrectata, vasculo vitrato C. excipiatur: & evestigio, ne quis vapor, inde exhalet, Alembico cæco A. cum cooperculo B. superagglutinato, per dies triginta in Balneo seruentur, Ibi tum melligo quædam siue liquor melli similis se prodit, qui postea cum decima parte Caphuræ reconditus, & per Alembicum destillatus, humorem perelegantem & colore aureo fundit, cuius guttæ duodecim, tempore matutino, ore prius eloto, in linguã recipi debent.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MINORIS doctrina Paracelsica, Animalis, Substantialis atq; Elementalis, in membris corporis masculi interioribus.

Angelica Idiotis optimè nota. Paracelsus. Lepra curata. Alopecia Elephantiasis.

Hominibus plebeijs, vt rusticis & nautis, radicis huius vis atq; efficacia quam in corpora ægra exercet, notior ferè est, quam ijs ipsis, qui eruditione & variarum rerum scientia alijs præcellere videntur. Vnde magnificis laudem encomijs à plurimis non temere celebrata, immo & pro theriaca habita fuit. Arcanum eius *ob facultatem incidentem & digerentem, Epati præcipue, Spleni, venisq; corporis totius deputatur. Etsi enim medicamenta reliqua omnia nos fugiant vel deficiant, hîc tamen remedium siue alexipharmacon probatissimum sese offert, si ex vnica hac radice et lacte Virginis, ana guttæ decẽ vicibus singulis, nouem dies totidemq; noctes exhibeantur: corpus vero ab exhibitione sudando optimè expurgetur, atq; inde abstergatur & desiccetur. In curanda Lepra quantum valeat, specimen dedi (Paracelsus inquit) non in vno tantum homine, nec in vna saltem dicti morbi specie, Sed & in Alopecia & Elephantiasi: idq; admiratione Medicorum, laude vero artis & professionis meæ non minori, quam salute (quod multi homines testabuntur) ægrotantium. Quid vero (idem refert) Mediolani anno 1510. cum post bellum & famem diuturnam sæuissima pestis contagio incideret, herbæ hui⁹ subtilitatib⁹ medendo præstiterim, de eo in medio sunt hominũ multorum et honestorũ testimonia.* Oleum radicis *ob calorẽ exacte et optimè tẽperatũ, humiditatẽ vero optima proportione ad æquatam, cerebro et stomacho, omnib⁹q; neruis, q; partib⁹ his*

Lac Virginis dicitur certarum aliquot specierũ subtilitas.

duabus

duabus seruiunt, proprium dicatur. Cum Oleo Vitrioli ex Vino haustum, affectionem κωλικὴν siue intestinorum tormina sanat: Stomachum & intestina expurgat: flatus ibidem conclusos expellit. Duodecim vero guttarum numero vna vice vesperi adhibitum, cerebrum vaporibus repletum euacuat, visum clarificat, aurium tinnitus comprimit, & deniq; vertiginem in anterioribus capitis infestantem, abigit. Sal radicis *propter naturā expellentem, & acrimoniam mordentem pulmoni et renibus, cunctisq; qui per eos feruntur, meatib°, familiare habetur. In Essentia ex sulphure producta resolutū, et tempore vespertino numero guttarum nouem ex vino potum, pulmones atq; latera ab omni inflammationum & apostematū incidentium iniuria, libera & secura præstat. Idem à Paracelso Anthron, id est peculiaris Salis species siue ex herbis et plātis, siue mineris prouenerit, dicitur: Sanguinem mirificè expurgat, precipue vero cerebrum, Si in Oleo fœniculi dissolutum guttarum viginti numero, vesperi & Luna decrescente sumatur, vsu per interualla sæpe repetito.*

Pulmonū, laterum apostemata.
Intestinorum tormina,
Stomachum, intestina expurgans.
Flatus expellēs.
Vapores cerebri resoluens, visum confortans, Aurium sibilus.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS ANGELICÆ MINORIS, doctrina Paracelsica, Corporalis, Materialis, & Complexionalis in membris corporis virilis exterioribus.

Radicis minutim concisæ libræ decem vino generoso & forti, donec visci modo lentescat, decoquantur: decoctum per saccum colatorium exprimatur: liquori expresso, saponis optimi sextarijs vini sublimati quatuor resoluti, misceantur libræ duæ, totidem Olei communis, & recentis adiectis. Ex hoc Contracti siue conuulsi, & manibus pedibusq; capti, post balneum sudoriferum, toto corpore optimè si inungantur, balneum vero cum inunctione illa tertio quoq; die repetatur, Tum deniq; nerui obstructione affecti restituuntur, atq; æger ad pristinam virium sanitatem reducitur. Quod non in vno solum homine, sed pluribus ad lacū Acronium siue Constantiense, nec non in comitatu Tyrolensi, westphalia, & deniq; in hac ipsa vrbe Berlino, insigni fructu à me sæpius exploratum est & cognitum: Quin tamen ægro & particula Olei ex radice simul sorbenda exhibeatur, nō omittendum. Porrò, in illa ueἀνευρόσπαστος arteriarum intercipienda & compescenda, q̄ plantæ hui° sit præstantia, Chirurgos solertes nequaquam fugit: Sicut neq; illud, quodinter herbas vulnerarias precipue eminet, dū potionibus vulnerarijs, vnguentis et præsertim oleo ad ēplastra vulnerū, sarcotica, colletica, malactica, et epulotica accomodatissima reperitur.

VNGVENTVM.

Saponem, de quo hic dicitur, parare qui volunt, eum cultello assulatim secent, vel (quod melius,) ad tenuissimæ scobis lignariæ similitudinem radant. Hinc vinum sublimatum, pondere supra Saponis quintuplo in fictili vitrato optime calefiat, donec quodammodo (non tamen integre) efferuere incipiat: tum ramenta Saponaria iniecta, atq; hinc inde vsq; dum liquefacta diffluxerint, agitata, liquori de radice expresso, misceantur. Quibus peractis, omnia simul ad consumptionem partis mediæ coquantur. cocta denuo cum oleo oliuarum bulliant, donec vnguentum in vsum adhibendum fiat. Diligenter autem hoc loco attendendum est, Si fœminæ hæc medicina applicanda fuerit, vt in vini sublimati, antequam Sapo inijciatur, libras ternas, drachmæ Caphuræ tres resolutæ fuerint.

Lacus constantiensis.
Tyrolis.
Vuestphalia.
Berlinum.
ἀνευρόσπασμα.
Neruorum contractio.
Potiones vulnerariæ.
Emplastra. Sarcotic. Colletic. Malacti. Epuloti.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MINORIS doctrina Philosophiæ veteris, Animalis, Substantialis & Elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Medici hanc radicem, quam calidam & siccam in tertio gradu statuunt, in venenorum antidotis maximopere commendant. Traditur ab ijsdem, aceto macerata, & in offactum adhibita, pestis populatim grassantis contagia arcere: succus vero dentium cauitatibus immissus, omnes eorum affectiones dolorificas sedare: auribus instillatus, earū parotidas profligare & discutere: contra πτερύγια id est vngues et neruosas oculorum circa corneam exuperantias, magnis laudibus vehitur. Radicis decoctum mane potum, pulmones laxat, & tusses veteres emendat. Contra pestem, si ea cum frigore inuadat, in vino dari iubetur, sin cum æstu, in aceto vel imponi, vel intra corpus sumi.

πτερύγια. Oculorum vnguis.
Pulmones aperiens.
Pestis.
Dentium dolor. Aurium ventositas abcessus.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS ANGELICÆ MINORIS, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis; in partibus corporis humani exterioribus.

Vulneribus, vlceribus putridis, morsibus, ictibus, & aspersionibus animalium venenatis, succus plantæ totius vel instillatus, vel vnguentis & emplastris adhibendis immixtus, ἀλεξητήριον salubre habetur. In membris frigore emortuis, vnitatis solutio si adsit, eam sanare traditur: Sin minus, carnem tamen & neruos recreare, atq; tumores ex frigore profectos discutere.

animalium venenatorū ictus, morsus, aspersi.
Membra frigore emortua.

NATV-

NATVRALIS POTENTIA, INCLINATIO ET VSVS ANgelicæ minoris, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus exoriens atq; effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

דמיון. Dimión. ♄ in ♋ ♋ Ascendens. Cancrum sanãs.

Ex radice modo fossa & viridi ad huc, דמיון *Dimion, id est* ἀπεικόνισμα *siue imaguncula ad cancri effigiem sculpta, Saturno in signo eiusdem nominis tum ascendente posito, Vlceribus corrosiuis, quæ chirurgis ob similitudinem* καρκινώματα *dicuntur, si solummodo imponatur, ea absq; omni oleorum & emplastorum auxilio sanat. Veruntamen locus affectus, singulo die bis, diluculo nimirum et vespere, ægri ipsius vrina mundiusculè elui, et à sorditie expurgari, tandem q; imaguncula imposita obligari debet. Quæ*

♄ in ♄ ♈ Ascendens.

vero Saturno domum suam, quæ in Capricorno est, tenente atq; Ariete ascendente, fossa fuerit, Ex ea è vestigio in particulas tenues concisa, succus exprimitur, & quam optime tectus ad partis decimæ consumptionem digeritur: digestus, Arsenico sublimato subtilissimo miscetur, & in massas redigitur. Hæ in orbiculos siue trochiscos taleri amplitudine formatæ, & Ambra aspersa, lana xylina linteisq; zendelinis, siue tenui quodam serico obductæ, ex collo si gestentur, præsentaneum non solum contagijs pestilentibus, sed & omnis generis exhalationibus venenatis, ἀλεξιφάρμακον *siue Amuletum habentur.*

Contra pestem et aerem venenatum.

Quod ratione virium naturæ occultarum fidem meretur, cum Arsenicum virulenta sua qualitate, venenorum reliquorum vires obtundere & elidere constet.

Arsenicum alia vena obtundit.

Sic de eodem succo compertum est, eum cum Mercurio coagulato & in tenuem pollinem trito (velut de Arsenico antea factum) præparatum & appensum, simili efficacia morbo Gallico (qui ferè nil aliud quam virulenta ex halitu infectio est, et quemadmodum pestis ex imaginatione & odore attrahitur, ita hic contactu ab alijs ad alios transit) omnes aditus atq; occasiones in corpore humano, præcidere atq; præcludere.

Mercurius coagulatus.

Contra morbum Gallicum.

♂ in ♈ ♑ Ascendens.

Veruntamen hoc discrimen constituatur: vt, quemadmodum in præparatione περιάπτου *prioris Saturnus, ita in posterioris Mars in Ariete, & cum eo Capricornus oriatur siue ascendat. Ipsa deniq; radix, si fodiatur hora virtuti suæ fauente et congrua, facultates et operationes raræ atq; eximiæ bonitatis plurimas, vel in partibus corporis externis gestata, præstat. Notũ enim est, cuiuscunq; mẽbri signum* δεσποτικὸν *in fossione eius fuerit Ascendens, hui⁹ ægritudinum et iniuriarũ, diuino permittente auxilio, illa est* προφυλακτικὸν *proximũ & optimũ. Etenim q gravibus fortunæ aduersæ calamitatib⁹ anxij, animo franguntur, & tristicia mœroreq; extabescunt, his in momento Leonis ascẽdentis fossa appenditur. At quibus multũ phlegmatis frigidi in pulmones decũbit, his cũ ascensione Arietis adhibetur. Coitus vero potentia siue successus quos deficit, illis Tauri ascendentis tempus eligitur. Qui effectus omnes, sine dubio ab actionibus naturæ per odorem receptum (quem, vtpote sibi beneficum, morbus occulta propensione amplectitur) vim suam exercentis, proficiscitur & dimanat. Massa itaq; ex hac radice gestata, caput & omnes partes eius, siue motus participes siue expertes, confortat: meatus atq; vias per quas superfluitates eius excernuntur, aperit. Odorata vero abundatiam humiditatum in ventriculis cerebri maleficam, ex euaporationibus Stomachi crudis enatam, exiccat: vermes non solum in concauitate cerebri, sed et aurium et dentium, ac quod magis admirationem parit, fœda illa capitis et vestium animalia pediculos, interficit atq; enecat: halitum oris cõmendat: sanguinem non solum calore familiari imbuit et recreat, sed etiã expurgat atq; subtiliat: memoriã vero in tantũ acuit et roborat, vt plurimi eius vsu et experiẽtia edocti, memoriã senio vel alijs iniurijs deperditã, inde reuocatam, plurimaq; iã obliuione obliterata, fortuito et spõte ceu monẽte aliquo in mẽtẽ rediysse, aperte testati fuerint. humores acres* συγλου *certi oculorũ morbi, calore suo corrigit, et ophthalmiã sãat: meat⁹ pulmonis obstructos aperit, ideoq; à tussi, spirãdi difficultate, pectorisq; ãgustia, q̃ ἄσθμα dicitur, liberat et præseruat:*

MERCVRIVS VITAE.



Quomodo de ἐνεργία, *quæ naturæ impreßione & cælestium qualitatum influxu in hanc plantam insita est, paulo ante dictum fuit: eo præter subtilitates enumeratas quoq; Mercurius vitæ aperta qualitate corpus humanum instaurans & roborans proponitur, hac quæ sequitur via parandus. Radix fodiatur Sole, Luna & Venere in prima domo cæli, quamuis non in eodem signo, iunctis. Sole vero Ioue & Mercurio dictũ positum obtinentibus Semen legatur. Herba metatur, Sole cum Venere, & Mercurio in domo prima, quæ vitæ est, signo autem siue eodem siue diuerso, versante: quouis tamen tempore præstat, Planetas illos, siue domum Solis, Leonem videlicet, siue solium & exaltationem Mercurij, quæ in Virgine est, siue deniq; domos Iouis in Sagitario aut Piscibus obsidere atq; occupare. Radix ista itaq; cum herba et seminibus, in quorũ locum & flores adsciscι possunt, non minutim sed grandiuscule et tesseratim concisa, in aquali leniter maceratur, & oneribus impositis degrauata seponitur. Mense vero vno cum dimidio elapso, primo ad instar vini ardentis materia tota destillatur, postea in vas appictum iniecta, ex loco A, per meatum C. in aluum B. & vice versa, ex B. per C in A, circulando agitur, vsq; dum ex centum, decem tantum partes resideant. Residuum est ille Mercurius vitæ, confortatiuum languentium, & vitæ φυλακτικόν.*

calculos renũ & vesicæ frangit: vreteras tumoribus præpeditos & obstructos recludit & laxat.

Caput Sextum.

DE ANGELICA MAGNA FÆMINA, QVÆ ALIAS SILPHIVM DICITVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,


ERBAM istam Eruditorum pleriq; Angelicam Maiorem siue mitiorem cognominarunt, ratione fortasse quantitatis, quam possidet, ampliore moti. Nam inter omnes ferè plantas, quæ in herbarum numero censentur, hæc magnitudine non solum eminet, verum etiam caule in tantum crassescit, & roboratur, vt crassitie & proceritate, multos etiam frutices arborescentes euincat & superet. Etenim aliquando ipse, in Cœnobio hoc nostro Berlinensi, ex radice huius generis tenella, Praga Bohemiæ allata, sex annorum cultura caulem eduxi, qui altitudine supra hominis esset dimidia, crassitudinem vero pollicum duorum æquaret. Vnde cognomen magnitudinis huic plantæ non temerè tributum fuisse, intelligi potest. Hanc veterum quidam, καυλὸν siue caulem appellarũt, fortasse à caulis concaui magnitudine, vel ad differentiam succi ex eadem producti: fuere enim qui succum seorsim describerent, & lacteum siue Laserpitium nominarent: vt Hipocrates, qui solummodo radicẽ σέλφιον nominat. Alij ῥίζιαν, alij σίλφιον nuncuparunt: Sicut videre est apud Plinium lib. 19. cap. 3. Item lib. 22. cap. 23. Vnde vero sit illa appellationum varietas, vt in alijs herbis, ita & hîc incertum est & incognitũ: nisi nomen Silphium, ab insula eius nominis, quæ Syrtibus & sinui maris Affrici vadosi & reciproci, cuiusq; Herodotus lib. 4. meminit, tractum videatur. Vel etiam, quoniam caulis, folia & semina, formam Apij excepto colore luteo repræsentantia, ex grandioribus siliquarum siue folliculorum (qui græcis λόβοι ἢ κεράτια, Hebræis מ״ע Mots dicuntur) vtriculis prodeunt: ideo à siliquis, Silphion, vt sit q. siliquarum germen, originem suam acceperit. Maspeton vero dictum fuerit à dictionibus mas & peto, q. maris petitio: quia radix ista venerem in mulieribus efficacissimè stimulat, & coitus appetentiam vehementer irritat: cuius reipsa periculum facere, quos hæc delectant, poterunt. Quanquam autem nomen Maspetum à Plinio relatum, non latina sed græca esse origine sciam: tamen vtcunq; etiam se res habeat, planta hæc virtutis nomine & differentiæ gratia, à nobis Maspeton, Hebræis vero גברשאל gebarschaal, id est viri postulatio seu prouocatio vocabitur. Quibus de causis præter appellationes dictas, succus ille, qui ab Hipocrate (vt antea dictũ) colore lacteo, quem etiam reuera obtinet describitur, fortasse ab augendo semine, insuper quoq; Sperma appellatus fuit. Prouent⁹ plantæ huius omnibus ferè locis communis est. Quantitate tamen & vbertate minorem producit Æthiopia, quam Armenia, licet robore & efficacia nequaquam cedat. In Europa vero ita innotuit, vt etiam ab Agricolis in hortis feratur.

CORPORIS FOEMINEI SIGNATVRA.



IN capite secundo, & superiore trium præcedentium plantarum historia, de corporis humani partibus crassioribus, exterioribus & magis terrestribus, deq; earum cum plantarum virtutibus & subtilitatibus cognatione & similitudine dictum est. Nunc vero ad aliam trium Angelicæ specierum, quarum substantia spiritu et anima plus vegetatur, descriptionem digressi, vt de partibus & membris corporis humani masculi tenerioribus et subtilioribus capite quinto disseruimus: Ita hoc sequenti docemus, partes corporis fœminei tenuiores, ceu sũt nerui, cerebrum atq; vterus cum sibi agnatis, venis scilicet nutrimentum fœtui deferentibus, lac generantibus, Sanguinemq; menstruum excernentibus & similibus, plantæ huius subtilitatibus, in quas singulari συμπαθείᾳ propendent, signari.

Angelica planta grandiuscula.

λόβοι. κεράτια. מ ע Mots.

Maspeton. Mans beger. Venerem stimulat.

καύλος.

גברשאל ghebarschaal.

Sperma.

Aethiopia. Armenia.

FORMA, CONSTELLATIO ET QVALITAS ANGELICÆ MAGNÆ.

RADIX plantæ huius, ob corporis reliqui grauitatem & magnitudinem, quæ apud me in Cœnobij Berlinensis aditu ad vndecim palmorum altitudinem excreuisse dicta est, priore est robustior, et ne ventorum impetu euelli possit, multis adnatorum appendicibus, quæ externi corticis nigredine & carnis internæ candore, parentis faciem exprimunt, per terram diffunditur. Caulem producit exemplo Angelicæ, anno à satione tertio, lignosum, robustum, instar arundinis geniculatum,

NOTA.
Quicquid energiæ animalis & substantialis mari antea tributũ fuit, illud (quãtũ ad qualitates occultas attinet) & hoc loco sub intelligendum et ad corpus fœmineum accommodandum.



Nobile extractum ad Epilepsiam.

tum, intus inanem & lanuginosum: qui mense Octobri paulatim flaccescens, tandē Nouembri plerunq; tot⁹ contabescit et interit. Vestigia eius noua foliolorum purpurascentiū Soboles excipit, atq; ex radicis capite protuberat: vt scilicet homo de fida naturæ parentis prouidentia hoc modo edoctus, perpetuam huius herbæ fore copiam, ne dubitet. Folia maiora, serrata sunt, formamq; lupulorum, mollitiem Achanti & subluteum Chelidoniæ Maioris referunt: superiorū incisuræ, quam inferiorū perpetuo profundiores, atq; amplitudo minor existit. Sub finem mensis Maij, ex caulis iam enati geniculis singulis, sinuosa quædam vtriculorum inuolucra siue folliculi striati protuberant: in quibus nouella alarum, pediculorum & foliorum germina sensim nascūtur, & assiduis incrementis aucta, tandem extra tunicas inuolucri sui (non secus atq; fœtus per os vteri) erumpunt atq; in lucem emergunt. Semen Anethi similitudinem præfert, veruntamen florum, ex quibus prodit, foliola sublutea sunt, quæ diffluentia, Semen Leuistici non dissimile, ex singulis vmbellæ pediculis dependens relinquūt. In radicē imperium suum exercent, Sol partibus septem, Mercurius tribus, duabus Luna: vnde mixtio eius ex partibus Sulphuris septem, et quoniam Luna et Mercuri⁹ humidum et frigidum suū coniungunt, Mercurij quatuor, Salis vero vna constabit. Caulis cū adnatis & sibi affinibus, quinque partibus Soli, quatuor Mercurio, tribus Lunæ subiacet. Semen deniq; Soli familiare est partibus sex, Mercurio tribus, Lunæ totidem. Ex qua

☉.7. ☿.3. ☽.2. Partes.

Sul.7. Mer 4. Sal. 1. Partes.

☉.5. ☿.4. ☽.3. Partes.


☉.6. ☿.3. ☽.3. Partes.

temperamenti constitutione apparet, his partibus vim aperiendi, attenuandi & consumendi, accessisse. Ideoq; quæ inde separantur substantiæ, eæ sunt, Oleum, Anthos siue virtus extracta, & Salis quantitas minuscula. Flores secunda die Augusti nec non quarta & octaua carpuntur, dum videlicet Sol & Luna in signo Leonis versantur, Mercuri⁹ vero in quinto gradu Libræ consistit. Herba & caulis, antequam efflorescant colliguntur, die mensis Iunij secunda, quarta, sextaue: quibus Sol in facie vltima, nēpe gradu Geminorum, vel 6. vel 8. vel 9. et 20. Mercurius in Tauro, Luna deniq; in Cancro, cursum suū peragunt. Radix vero fodienda est, cum iam herba mediocriter excreuit, nec dum seminum principia emergūt, quod plerisq; in locis circa quartum, sextum, et octauum diem Maij fieri solet: Sole sc: in Tauro, Mercurio vero in sua ipsius domo, prima Geminorum facie, constitutis. Eiusmodi fossionem Anno supra millesimum quingentesimum, vicesimo nono, octauo Iduum Maij, Hora vndecima, minuto tricesimo quarto, cum Vir quidam diuini ingenij instituisset, potestates & effectus in ea mirificos deprehendit. Cuius momenti thema (vt qui tū Planetarum & Signorū positus in cœlo fuerint appareat) velut supra in Imperatoria mare: ita hic in Angelica fœmina, euidentioris doctrinæ gratia proponere volui⁹, similiter et in tertia sexus specie, quæ Infantis seu sobolis est, paulopost facturi.

Contra Epilepsiam.



Tempore modo commemorato, quo radici vires Seminaria decessere, atq; vt Seminis procreationem moliantur, natura ductu in caulem euehuntur, Tum (inquam) Herba colligenda est, & minutim concisa optimeq; tecta, in aqua propria per dies duodecim maceranda. Quo peracto vasi vulgari, ne quid spirituum euaporet, destilletur: destillatum in organo apposito A. B. vsq; ad diminutionem humoris euanescentiā, circuletur, atq; inde Epilepticis in paroxysmo exhibeatur.



ΕΝΕΡΓΊΑ.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MAGNÆ doctrina Paracelsica, Animalis, Substantialis atq; Elementalis, in membris corporis fœminei interioribus.

Quam in margine ad plantæ præsentis imaginem admonitionem adiecimus, Angelicam scilicet hanc satiuam siue magnam, quam nos fœminā statuimus, virtutem & efficaciam præcedentis, id est maris, in corpore humano exæquare partibus nouem, Eam hic denuo repetimus: veruntamen vt prior species viris, ita hæc fœminis familiaris esse & benefica subintelligatur. Virtutibus autem illis commemoratis Extractum *etiam quoddam ex radice, quod Anthos siue vis animalis dicitur accedit, & cordi atq; arterijs omnibusq; earum partibus appropriatur. Hoc in sæuitia pestis populatim grassantis cum aceto Sambucino, siue corallorum tinctura, quotidie tribus vicibus, mane scilicet, meridie, & vesperi, decem guttarum numero & quidem ore optime eloto, sumptum, hominem ab infectionis contagio, & veneni inflammatione tuetur. & qui venena frigida, vt cicutam, cerussam & Mercurium sublimatum biberint, ijs simili modo, sed tamen cum oleo Sulphuris correcto, exhibitum, subuenit & medetur.* Hinc Oleum radicis, *Stomacho, intestinis, & cognatis horum partibus, vt vesicæ & intestino recto proprium destinatur. Cum aqua mulsa propinatum, omnes humorum visciditates putrentes & membris impactas educit: nec non pituitam vitream extergit & eijcit, decem guttarum numero, in oleo vitrioli exhibitum: calculos renum & vesicæ frangit: verum frigidis affectionibus languentem & fœda illuuie obsessum, excalefacit, expurgat & fœcunditatem fœminæ confert.* Sal ex radice & tota planta productum, *cerebro, membranis eius & partibus cognatis tribuitur. Oleo Solis dissolutū, si quatuordecim guttarum numero hauriat, quem pestis, vel ex aëre corrupto, vel formidine concepta, inuasit, is exitum ægritudinis ipse sibi prædicet. Si enim sudauerit, conualescet, sin minus, eum liberari raro contingit. In aceto autem rosaceo dissolutum, & vesperi, Luna decrescente, viginti granorum pondere potum, epatis inflammationem restinguit: obstructiones in olfactus & auditus organis remouet, visumq; roborat.*

Viscositates putridæ membris adnatæ Pituita vitrea.
Calculus { renum, vesicæ.
Pestis { infectio, inflammatio.
Mortis siue vitæ προγνώστικον.
venena { Cerussa, Cicuta, Mersub
Epatis inflammatio.
obstructio organorum auditus & olfactus.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS ANGELICÆ MAGNÆ doctrina Paracelsica, Corporalis, Materialis, & Complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Oleago ex tota hac planta destillata, siue sola, siue (quod melius) oleo Caphuræ mixta, omnibus ferè vlceribus antiquis & rheumaticis, non sine magna admiratione præsenter adhibetur. Succus ex Semine, herba & radice expressus, atq; aq ex glacie longis frigoribus inueteratæ mixtus, intolerabiles podagræ dolores mitigat. Radix in puluerem redacta, & per nouem dies vino Cretico optimo nec adulterato macerata, tandemq; membris, vtpote brachijs, pedibus, coxendicibus, in quæ frigidæ fluxiones desidentes, ingentes dolores inferunt, calidè applicata, non solum dolores sedat, sed & sanguini, neruis & venis calorem restituit genuinum, & malum omnino profligat. Quemadmodum ignis naturalis membrorum ambustorum feruorem extrahit: ita aqua ex planta hac destillata, omnes adustiones ab igne, oleo & aqua feruente factas, si continuo imponatur, suppurari prohibet: ideoq; ambustis et inflammatis infrigidātia non semper vtiliter adhiberi demonstrat. Planta ipsa, aqua destillata propria decocta, et epithematis modo pectori admota, mirificè cor roborat: tussi atq; alijs oppilationibus, ex fluxionibus frigidis ortis, medetur.

CONTRA PODAGRAM.



Planta hæc, ex loco suo natali, Anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo nono. quarto Iduum septembris, hora pomeridiana integre excisa est: quo tempore Saturnus in domo decima, Libræ gradu duodecimo, minuto tricesimo primo, Mars vero in gradu Cancri vicesimo octauo, minuto quadragesimo, in opposito Iouis (qui in domo prima, Capricorni gradu tertio, minuto quinto, cursum suum peregit) positum habuere: & Sagittarij deniq; gradus octauus, minutum vero vicesimū ascendit. Postea adhuc virens minutim concisa, succus inde expressus & sepositus fuit. Residuum vasi optime obstructo inclusum, & in cineres exustum, quibus succus ante expressus, & duarum librarum pondere inuentus, est superinfusus: huic addita sunt aluminis vsti, vitri ex Antimonio sufficienter calcinato & Smaragdi virore fuso, Sulphuris sublimati, ana vnciæ duodecim. Hæc omnia per organum A. B. quod fornacis alueolus in hoc factus C. sustinuit, destillata, & in vasculm D. tertium excepta, Domino cuidam Præpotenti, qui in vicesimum sextum annum vsq; cum podagra continenter conflictatus fuerat, pannis calidis imposita, præsenti fuere remedio.

Vlcera antiqua & rheumatica.
Ol cū caphuræ.
Sanguinē, Neruos, Venas } calfaciens
Calor non semper frigore restinguitur. Quod si enim hoc se ita haberet, in regionibus frigidissimis ignis nullus arsurus erat. Sed ignis igni extingui potest Quod ex calore radiorum solarium patet.
Frigidæ membrorum affectiones.
Cordis confortatiuum.
Tussis.
oppilationes.

ἘΝΕΡΓΕΙΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MAGNÆ doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atq; elementalis, in partibus corporis humani interioribus.

Venena. Regurgitatio Stomachi ardorifera. Cor confortans. Qualitas. Dolores pectoris. Pleumonia. Pleurisis. Stranguria. Disuria.

Multæ et variæ huic plantæ virtutes tribuuntur. In hoc autem præcipue artis medicæ gnari conueniunt, quod eam aduersus venena vno ore omnes vnicè commendant. Tribuunt vero ei caliditatem & siccitatem in tertio gradu, atq; inde Cerebro humano, quod qualitatem frigidam & humidam obtinet, comodissimam esse statuunt: Hinc & omnibus morbis frigidis interioribus, vt doloribus pectoris, pleumoniæ, pleurisi, stranguriæ, disuriæ & intestinorum torminibus, decoctum eius ex vino potum, salutiferum habent: nec minus ad regurgitationes Stomachi ardoriferas compescendas, et cor confortandum, valere putatur: Acetum vero, in quo radix macerata fuerit, tempore pestilenti odoratum, atq; simul partibus verendis, alis, vel alijs partibus illitum, ab aëre contagioso vindicare, sanguinemq; ab infectione asserere, traditur.

CONTRA TORMINA.

D. Balthasar Conradinus, haud vulgaris solertiæ Medicus, atq; exactæ Medicinæ, tam Galenicæ, quam Paracelsicæ cognitione instructus, Puluerem ex radice & Damulis immaturis, ex aluo materna excisis atq; a torrefactione tritis, Colica atq; ileo affectis, ex aqua florũ Angelicæ propinauit, neq; paruã hinc laudem retulit.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS ANGELICÆ magnæ, doctrina Philosophica, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Morsus } animalium venenatorum. Ictus } Vlcera rheumatica.

Morsibus, ictibus & quibuscunq; animalium venenatorum iniurijs, nec non vulneribus & vlceribus antiquis sanandis, Radix ista, resinis, pici, ceræ, oleo, adipi, pinguedini et similib⁹, pro conditione & qualitate mali affligentis mixta, adhibetur. Membra ex frigore & doloribus podagricis, siue alijs affectionibus motu priuata, & torpentia, decoctum plantæ huius pannis calidis applicatum restituit. Vlceribus cuniculosis, rheumaticis, & quibuscunq; vnitatis in corpore solutionibus manantib⁹, eiusdem decocti applicatio vehementer vtilis habetur.

Oleum ad vulnera venenata.

Flores Angelicæ, in oleo communi (magis vero conferret proprium) donec vstionem sapiant frixi, percolentur. Colatura olei, vetustate colorem eleganter luteum contrahit, & venenis ictuum, morsuum, & vulnerum quibuscunq; auxiliatur, solummodo vel superillita, vel linamentis instillata & imposita.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS ANGELICÆ magnæ, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, spiritalis, cœlestis, miraculosa, ex reliquis prioribus effluens atq; exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Læticiæ conciliatiuum. Gemini. Vel Sagitarius ascendens. Incantatorum per se nulla potentia. Quicquid homo in medendo tentauerit, id ita tentet, vt simul statuat, Deũ facultatẽ & potestatem medicis indulsisse: nec vlli rei, sine numine diuino, efficaciam tribuat.

Sole in decimo quinto gradu Virginis, id est tertiæ faciei extremitatibus constituto, quod circa vicesimum sextum Augusti in anno communi fieri consueuit, Caulis geniculum à radice tertium, præcidatur: Post, reliqua duo ferro longiusculo terebrentur, donec totus caulis arundinis cauitatem accipiat. Per hunc canalem arundineum, potu frequenter recepto, omnes colli tumores, Angina, raucedines, & columellæ prolapsiones, sanantur. Mercurio vero in gradu Geminorũ septimo decurrente, atq; ab aliorum Planetarũ aspectu maligno libero, Radix si fodiatur, contra omnes cerebri morbos, præcipuè vero morbum caducũ, collo appensa gestatur.

Oleum ex semine, simili tempore collecto, venis temporum, arterijs & naribus illitum, lethargos reuocat & restituit.

POMVM ODORVM.

Sole primum Leonis punctum ingrediente, herba collecta torretur, atq; in puluerem teritur. Inde cum aqua mulsa massulæ formantur, quæ appensæ cor recreant, & mærorem tristiciamq; ex humore melancholico discutiunt. Quod si tempore dicto, Gemini siue Sagittarius ascenderet, tum massulæ illæ, si absq; superstitione vt medium a Deo ordinatum, vsurpatæ fuerint, omnis generis veneficiorum, incantationum, & fascinorum conatibus & molitionibus in homines vel bestias, eludendis, & voto suo priuandis, amuletum efficax præstabunt.

Caput septimum,

DE ANGELICA MAIORE, QVÆ SOBOLI COMPARATA ALIAS LATINE LEVISTICVM, GERMANICE Laubstückel DICITVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,

HERBA



HERba hæc vulgaris & Germaniæ optime nota, quã aliqui Smyrnion aliqui Thalaspinum, aliqui λιγυσικὸν, πανακέιαν Dioscoridis lib. 3. cap. 64. alij vero Libysticum, alij Hipposelinum Gal. lib. 8. esse censent, vbiq; ferè Laubstückel / Libstückel / Leuttstückel / & in officinis Leuisticum appellatur. Vnde vero apellationes hæ Germanicæ extiterint, nihil certi quod affirmetur, succurrit. Quod si hæc (vt aliqui opinantur) Libysticum fuerit tum fortè à Libone rege ingeniosissimo & Physices peritissimo, q cam in perpetuã sui memoriam (sicut regionem ipsam quam bello perdomuit) à nomine suo denominarit, appellationem accepisse videri potest. Nam cum Lybia siue לובים Lubim vocabulum sit Hebraicũ, & idem quod pluuiarũ expers significet, à regione Libya nomen hausisse nequaquam potest. Imo cum hæc ipsa planta non nisi humidis gaudeat, Ægyptus vero et Libya pluuiis destituantur, ideo in regionibus his (Nili littoralibus & sinu Persico exceptis) nisi ex quisita diligentia educetur, rarissima est inuentu. Nomen autem Laubstückel Germanis illis priscis forte Liebstifftell/ siue Liebreitzel vel etiam Leibstercker aut Leibsterckel fuisse videtur, et longa vetustate corruptũ (quod de nominibus pluribus alijs factũ) in hanc appellationem tandem transijsse. Herbam enim quæ Liebstifftel siue Liebreitzel dicta fuerit, extitisse, à Iudæo Caramanico accepi. Ea vero an hoc nostrum Leuisticum sit, est incertum. Veruntamen cum natura nomini respondeat, nobis sane Reitz zur lieb, Hebræis צרהאלאחב Garaheloheb, græcis πρὸς ἔρασιν ἐπαγαγὼν, Latinis Amorem prouocans dicatur: præsertim cum & nomen Leuisticũ aliqua ex parte tale quid promittat. Leui enim Hebræis adiunctũ significat: vt Leuiatha, rei alicui plus satis addictus, quales sunt qui amore furioso capti tenentur. Quanq; per dictionem Leuiathan etiã Draco, Sathanas item nec non Balenæ ingẽtes alicubi notentur. Posset etiam germanis Leibstercker siue Leibsterckel, Græcis σωματίχυρον appellari. Nam adhuc quibusdam in locis Brabantini Lauctse, quod ego recreamentum interpretor, dictitant: Bohemi Libzeck appellãt, Poloni Lubezeck, Vãdali et Sclaui Liebstock, Arabes Salis, Itali Leuistico, Galli Leuesche, Liuesche, et Achelarge. Post hos vero eã Paracelsus ob facultatem in operibus ligneis preciosis à carie vindicandis, à dictionibus μάραθον ϗ θρὶψ (quarum prior, teste Plinio lib. 20. cap. 10. fœniculum, posterior eodem referente lib. 16. cap. 41. vermiculum lignarium, qui ligna erodit significat) Marathripsa id est Wurmfenchel denominauit.

SIGNATVRA GENERALIS.



Sicut in præcedentibus, secundo & quinto capite, de signatura partiũ crassiorum corporis masculi, postea de similium corporis fæminei in tertio & sexto, commemoratum, atq; itidem & in quarto ob plantarum conformitatem qualitatis cognationem, & habitus ad corpus infantile & semiperfectum similitudinem, factitatum fuit: Ita & in præsenti de signatura partium magis spiritalium, vtpote neruorum, tendonum, arteriarum, & venarum a nobis disseritur: idq; ideo, quod hæ subtiliores, teneriores atq; magis mobiles existentes, corpori infantili semiperfecto siue (vt ita dicam) nondum nec viro nec fæminæ maturo, sunt agnatæ, & perfectioni acquirendæ a natura collatæ: ab omnibus vero lacertis, omento & musculis, nec non a cute segregatæ, ossibus tamen obtenduntur atq; obducuntur.

Smyrnium. Thalaspinum. λιγυσικὸν. πανάκεια. Libysticum. Hipposelinum. Laubstickel. Liebstickel. Leuttstickel. Leuisticum. Reitz zur liebe. צרהאלאחב: Garaheloheb. πρὸς ἔρασιν ἐπαγαγὼν. Libo Rex. Leui. Leuiathan. σωματίχυρον. לובים Lubim. Lauctse. Libzeck. Lubezeck. Liebstock. Salis. Leuistico. Leuesche. Achelarge. Paracelsus. Marathripsa.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS,

Quamprimum vere appetente dies crescere, & niuibus calore Solari liquatis, terra à frigore solui & aperiri incipit: ibi tum radix ista acris, succosa subrobusta, candida, et iniuriarum cæli quarumuis patientissima, nec non restibili fœcunditate viuax, folia eleganter purpurascentia fundit: q primo folijs Angelicæ nõ dissimilia, post vbi adoleuerint viridiora et longiora, sed tamẽ angustiora, pinnatiora (vt ita dicam) et incisuris profundius diuisa euadunt. Inter teneram illam foliorum segetem, sub finem mensis Aprilis, caulis robustus, arundineus, geniculatus, & concauus exurgit: qui vt continuo & in altitudinẽ & crassitudinem, cũ adnascentijs & folijs eorundem, more suo diffunditur, tum & folia, velut ille proceritate et crassitudine, ita hæc colore subluteo, donec ex viridi manifestè flauescant, magis magisq; augentur. Mense Iulio, ex summo caulis fastigio, vmbellæ elegantes & in orbem confertæ emergunt, q postea (pro conditione loci cuiusq;) foliolis exilibus atq; è tenui candore luteis efflorescunt. His dissipatis capitula oblõga atq; striata succedunt, vnde semẽ gignitur graueolens & acre, Seminiq; Angelicæ magnæ tã simile, vt parum admodum discriminis (nisi quod modicè grandius apparet) visus humanus percipere possit. Radix ergo subacris, & gustu adstringens, cætera vero viribus languidior cum sit, ideo qualitatẽ ei⁹ suo regit Imperio, Sol partibus sex, Mercuri⁹ quatuor, Luna duabus. Caulis, et herba cum sibi adnatis Soli acceptas referunt partes quinq;, Mercurio sex, Lunæ vnam: quapropter, quoniam Mercurius Soli trib⁹ partibus coniungitur, ideo herbæ q radici plus viriũ accessit. Semen, quippe quod virtutis copia præualet, qualitatis Solaris obtinet partes octo, Mercurialis tres, Lunaris vnam: vnde compositionẽ eius partibus Sulphuris octo, et quoniam Soli præter calorem tot partibus etiã siccitatem, inducenti, Mercurius dimidia naturæ suæ parte operam

Radix Leuistici iniuriarum cœli admodum patiens & viuax. Flores. Foliorum habitus. Semen graueolens & acre. Conformitas seminum Leuistici & Angelicæ. Caulis origo. Caulis celer prouentus. Foliorum color ex flauo viridis. Radix Leuistici gustu adstringit.

☉ 6, ☿ 4, ☽ 2 } Partes

☉ 5, ☿ 6, ☽ 1 } Partes

Herbæ plus virium quam radici inest.

Semen. ☉ 8, ☿ 3, ☽ 1 } Partes

Sulp. 8, Sal. 2, Mer. 2 } Partes

Mercurius occidentalis siccitatem confert.



☿ {3, 6, 9} ♍ Gra. Frigidum & siccum infert.

☽ in {24, 26, 28} Gra. ♓ 27. Mansio.

peram locat) Salis duabus, Mercurij totidem constare apparet. Quæ cũ ita sint, plãtæ totiꝰ facultas in corpore humano, aperiens, expellens et instaurãs statuetur. Tempus carpendi seminis in 6. et 8. Septembris ferè incidit, cum eo tempore Sol adhuc in Virgine commoretur, & omnium maximè in eo signo facultate cale- faciente & siccante plantas imbuat. In herbæ & caulis collectione Mercurius occidentalis si fuerit, tum quia in eiusmodi positu plusculum siccitatis plantis cõmunicat, hæ partes Sal maiore copia fundunt: Illud si ad morbos calidos et simul fluxuosos siue intra siue extra corpus expetatur, Mercurio gradũ Virginis 3.6.9. peragrante, quoniã is tum frigiditatẽ et siccitatẽ impertit, præcisio earum est instituenda. Radix cum vnica ferè succi bonitate commendetur, Luna in gr. ♓ 24. 26. vel 28. in mansione 27. existente, quia eo tempore frigidi et humidi in plantis autor est, fodi desiderat. Si vero vel Sal aut puluis ex ea quæritur, siue morbis calidis et rheumaticis deposcitur, tum Luna in ☍ vel □. & in mansione 9. siue 25. locata, fodi iubeatur. Producta ex integra hac planta sunt, oleũ Sal atq; liquor.

Natura Lunæ varia. Facultas plantæ totius. Aperiens. Expellens. Instaurans.

☽ in {□ ☍}

☉ in ♍ caliditatem & siccitatem impertit. Oleum. Sal. Liquor.

Modus destillationum.



In præcedente Sphõdylij siue Brancha vrsinæ historia, capite huius libri quarto descripta, indicatum est: destillationes non arbitrarias, nec cuilibet rei communes aut vbiq; esse easdem: sed pro conditione virium spiritalium, siue mixtione elementorũ, & qualitatum dominio, quo temperamenti sui potestate, in rebus, ex quibus nobilioris materiæ aliquid extrahendum est, prædita sunt, earum in corpore quolibet modos esse peculiares & methodos distinctas. Vt ergo lectorem de vulgaribus illis destillationum vijs duodecim, comodius edocere possemus, Ideo eas ad similitudinẽ spiritus vitalis in totidem animalibus optime notis, distinguere et conferre libuit. Quapropter quemadmodum Taurus, de quo antea dictum, animal est rude, terrestre & iners, halitumq; suum recta deorsum emittit: Ita a crassis & terrestribus plantarum corporbus, materia subtilior, primo deorsum educta segregatur: postea seorsim siue per descensum vel ascensum (pro vt res tulerit) subtiliatur & defæcatur. Vt vero Equus membrorum gracilitate, robore, & spiritu animoso Taurum superat, atq; tota natura sua homini magis familiarior, gestibusq; gratior existit: Ita hæ tres plantæ partium suarum subtilitatibus efficaciores, nobiliores et tenuiores, quã illæ quas ante descripsimus, deprehenduntur. Quæ cum ita sint, illæ in modo præsenti primum nec sursum nec deorsum linea perpendiculari, sed decliui & leniter depressa, quali equus spiritum emittere consueuit, nimirum ex loco A in B. & ex loco B in C. eliciuntur: & consequenter ex C per alia organa, pars illa quam tenuiorem euadere volumus sursum, quam vero crassiorem, deorsum leuatur, atq; ita attenuata ad subtilitatem expetitam redigitur.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MAIORIS, doctrina Paracelsica, Animalis, Substantialis & Elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Simplicia imbecilliora corporibus imbecillibus idonea & maximè vtilia. Ictericia. Lactis vbertate nutricibus creatus.

Proportionem habet hæc planta ad vires duarum priorũ, Angelicæ nimirum Minoris & Magnæ, fere subquintuplã: ideoq; & robore spirituũ infirmioribus, virtute naturali imperfectioribus, & corpore augmentum capessentibus adhuc, atq; etiam omnibus, qui eiusmodi naturam aliquam obtinent (licet ætate grandiores fuerint) plus quam robustis competere iudicatur. Oleum seminis, vesicæ fellis, arterijs epatis & splenis, vtpote indigesta amaritie et viscoso humido perfusis, nec non pupillæ in oculis, & testiculis cerebri destinatur: Ideoq; per dies triginta quolibet die ter, diluculo, meridie & vesperi, singula vero vice decem guttarum numero, cum tribus guttis olei de cera, in haustu aquæ ex floribꝰ destillatæ sumptũ, Ictericiã profligat. In lacte autẽ Caprino calido nouẽ guttarũ numero vesperi haustũ, nutricibꝰ lac copiosũ, mundũ, et sanũ præstat. Vnguentũ ex seminis raphani cõtusi partib. tribꝰ, olei Sulphuris parte vna, olei præsẽtis tribꝰ Luna decrescẽte maxillis si inungatur, et corpore inde in balneũ sudoriferũ immisso, vapor excitatꝰ ore aperto donec optimè incalescat, recipiatur: Scorbutum, siue (vt Plin. appellasse videtur) Schelotyrben curat, q; morbꝰ nautis occidentalibus in Noruegiam, Sueciã et Islandiam nauigantibꝰ familiaris, in Frãcia et Italia ferè est incognitꝰ, sed ijs quos occupauerit, molestus admodũ et noxius. Oleum ipsum ex cereuisia calente potum, sanguini coagulato, rup-

EXTRACTIO OLEI



Olei ex semine plãtæ huius eliciendi, a natura eius modus & ratio est peculiaris. Nam pulueris ex semine minutim trito & molito libris singulis, vini albi tertiarij duo in vasculum quoddam affunduntur. Hinc Alembico vitreo, & vesica bubula quã aqua frigidissima explet, obductos (quo inter Alembicum A & vesicam B continuum sit frigus) superimposito, & oleum & aqua continua coctione in receptaculum simul eliciuntur: quo peracto, oleum per fundibulum ab aquã segregatur, atq; lento ignis calore, tribus vicibus in balneo Mariæ rectificatur.

Scorbutus. Scharbock. Sanguis coagulatus. Rupturæ interiores.

Oleum de cera.

turis

turis interioribus, à casu, contusione aut percussione factis, remedio præsentaneo auxiliatur: collectiones in carne nodosas, siue à sanguine grumoso siue pure, vlcerum, strumarum, glandularum & apostematũ profectas, emendat & sanat.

Liquor siue Succus plantæ totius, *venis, neruis, tendonibus, & ligamentis omnibus addicitur: Vnde mane & vesperi si sumatur, affectionib⁹ spasmicis et intestinorum torminibus medetur: Aquæ florum tiliæ permixtus, & infantib⁹ exhibitus, contra conuulsionem eorundem, quæ species epilepsiæ est, & in locis quibusdã Germaniæ Kinderwehe dicitur, optimum est remediũ. Calens haustus, lumbricos teretes alui interficit, & educit: ligna quibus fuerit illitus à vermibus vitiari prohibet, id quod & oleum præstat, si cum Sandaracæ Arabum, siue vt officinæ vocant, vernice coctũ fuerit.* Sal plantæ huius, *vesicæ, renibus, Stomacho & intestinis appropriatur: Ideoq; sabulum siue arenulas ex calculo vesicæ & renũ collectas, resoluit & eycit: in vesicæ quidem calculo si vmbilici, in renum vero lumborum, quæ supra os sacrum est, regio, oleo inungatur, & sal deniq; ipsum aceto rosaceo dissolutũ hauriatur, corpore de hinc ad sudorem prouocandum, calidis tegumentis optimè tecto.*

Lignorum à carie præseruatio.
Sanguis grumosus.
Vlcera.
Strumæ.
Glandulæ.
Apostemata.

Affectiones spasmicæ, intestinorum tormina.

Conuulsio infantum siue mater puerorum, Kinderwehe.
Lumbrici teretes.



Liquor siue succus.

Herba, radix, & flores, dum adhuc virent, concisa, & in fictili optime contecto ad ignem (ita tamen ne efferueant) leuiter lixata, in saccum solidum & firmum R conduntur. Hoc assidua duorum pistillorum ligneorum retorsione vtrinq; versato, succus ex materia iniecta exprimitur, postea vel melius digerendus, vel ita expressus (pro vt vsus postulauerit) reponendus.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS ANGELICÆ maioris, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Plantæ totius ex aqua decoctum, per filtrum defæcatũ, et cum melle in succum siue liquamen redactum, membris frigore læsis & spasmicis affectionibus obsessis, vtile remedium est: si horarum duarum spacio ante, in balneo aquæ ex planta ipsa ablutis, calidum inungatur. Aqua ex floribus destillata, cum albumine oui & modico Caphuræ mixta, & denuo destillata, omnes næuos & maculas cutis præcipuè vero faciei detergit, si vesperi per triginta dies illinendo adhibeatur: Lichenas & Herpetas miliares decoctum aquæ, Luna decrescente adhibitum, tollit. Vnguentum è floribus, antequam è capitulis suis emerserint, cum Oleo Therebinthino in marmore tritis, in sanandis vulneribus & ictibus virulentis, mirifica est efficacia: priuatim autem feruorem vulnerum à globulis tormentarijs incussorum, si Halinitrum additũ fuerit, mitigat & sedat. Acetũ quod horis vigintiquatuor in arũdine è caule Leuistici, seruatũ fuerit, si bibatur, angina laborantib⁹ subuenit.

Membra { Frigore affecta / spasmo obsessa.

Ictus iaculorũ virulenti.
Feruoris in vulneribus tormentarijs sedatiuum.
Maculæ cutis & faciei.
Lichenes.
Herpetes miliares.
Angina.

ἘΝΕΡΓΙ'Α, EFFICACIA ATQVE VSVS ANGELICÆ MAIORIS doctrina Philosophiæ veteri animalis, substantialis, & elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veteres herbæ isti caliditatem et siccitatem in tertium ferè gradum pertingentem tribuerunt, ideoq; radicem eius in cibos receptam, puerperam à partu optimè expurgare, & nouo conceptui habilem reddere, tradidêre. Eadem cum semine in puluerem trita & pota, melancholiæ euacuandæ commendatur. Aqua ex herba destillata mane & vesperi hausta, laterum doloribus & apostematis vtilis habetur. Nec minus ad faucium inflammationem, quam Anginam appellant, raucedines, dolores capitis, & Hemicraneam conducere putatur.

Laterum { Dolores, Apostemata.

Puerperarum purgatiuum.
Sanguinem melancholicum vitiosum educens.
Angina.
Raucedo
Cephlagia.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS ANGELICÆ MAIORIS doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis in membris corporis humani exterioribus.

Aqua pannis imbuta et imposita, carbunculum, Erisipelata siue ignem sacrum, atq; similes inflammationes in pedibus, restinguere traditur. Succus ex radice & semine pari modo adhibitus, morsibus animaliũ venenatis subuenit: Fistulas oris et verẽdorũ, præcipuè vero oppido humidas & fluxuosas, & has quoq; q̃ ab insigni siccitate fissuras agunt, sanat. Vnde duplici qualitate eius natura constare discitur: quæ res à sola fossione & repositione, de qua Veteres nihil literis prodidere, pendere videtur. Præter vsus autem commemoratos, herba hæc & in vulnerarijs locũ sibi vendicauit, atq; ad ictus, plagas et similes casus, emplastris et vnguentis vtiliter additur, siue sola illigatura adhibetur:

Carbunculus.
Erisypelas siue ignis sacer, Pedum inflãmatio.
Morsus animalium venenati.
Fistulæ oris & verendorum.
Herba Chirurgica ad ictus & plagas ex percussione sanandos.

NATVRALIS INCLINATIO, ET VSVS ANGELICÆ maioris, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, spiritalis, cœlestis & miraculosa, ex prioribus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

E. K. Z. H.

Partum difficilem expediens.

Tot hoc loco artium (si Dijs placet) bonarum, immo præstigiosarum potius antiquæ superstitionis vanitatum ferè dixerim, incertum quo autore, prostant: Vt eas peculari libro quis perseq; atq; ex his solis nomen Germanicum Liebstickel *deducere possit. Sed harum tres quatuorue solummodo, quæ nullam cuiquam peccandi ansam præbeant, excerpturi, & suis de causis (quas hic commemorari minimè necessarium videtur) ea de re pluribus verba facturi nequaq; sumus. Anno supra millesimū quadringentesimum, tertio & octuagesimo, qui mihi (Paracelsus ait) natalis fuit, die ab meo in hanc lucem ortu fere quinquagesimo*

♄ ☋ in ♏

In domo prima.
Paracelsus.
Cordis palmus.
Stomachi siue oris ventriculi inflatio & conuulsio in infantibus Herzgesper

G. F. H. Z. M.
Pertinax animorum in viro & muliere dissensio atq; odium.

♀ 10, ☿ 21, ♂ 28 ♍
In 12. dom.
♌ 10, ☉ 1, ♃ 1 dom.
♎ 7. grad.
Ascendens.

nono Calendarum Octobris, Hora diei sexta, radicem hanc cum ipsa planta, in cuius muscarij pediculis non solum semen maturum, verum etiam pars florum restiterat, Vir quidam & ingenio & eruditione excellenti effodit, eaq; in casibus haud paucis, præcipue vero in reducendis animis melancholia affectis, siue implacabili odio inuicem exacerbatis virorum & mulierum, miracula plurima designauit. Cuius rei causa fuit, quod eo tempore in gradu Virginis decimo Venus, primo & vicesimo Mercurius, vicesimo octauo Mars, in domo duodecima situm habuere. Porro à Fœmina quadam Illustri (idem Theophrastus refert) haudquaquam superstitiosa, sed multorum inuentorum artificiosorum gnara, audiui: quoties mulieribus in partu hæsitantibus, partem ex puluere plantæ huius integrè commolitæ, in haustu vini Maluatici propinasset, continuo eas liberatas fuisse: veruntamen infantū hoc auxilio in lucem editorum (quorum plus minus nouendecim enumerabat) tres menses superuixisse nullum. Quæ res inde fortasse profecta est, quod Saturnus eo tempore in Scorpione prope caudā Draconis in domo prima extitit. Mihi autē (idem autor refert) anno supra millesimum quingentesimum, duodecimo, particula radicis illius, tempore modo nominato fossæ, dono data cum esset, eadem multos haud vulgaris sortis homines, qui cordis palmo, & infantes aliquot, qui Stomachi inflatione laborarent, parte superiore in potum recipi iussa, inferiore vero in περίαπτον *exhibita, liberaui. Cuius rei causa est, quod Leo in domo decima, Sol autem & Iuppiter (vtpote Domini dictarum ægritudinum) in domo prima, in Libra (domo Veneris) cuius tū gradus septimus ascendit, constituti fuere.*

EXPLICATIO VSVS.

Quemadmodum capite sexto, Virum specie herbæ fœminea adiutum diximus, & vice versa, mulieri specie mascula opem latam paulo post commemorabitur: Ita hac planta præsenti, licet puero deputata sit, Virum tamen & Fœminam, homines authoritatis in his regionibus præcipuæ, anno supra millesimum, quingentesimum, septuagesimo tertio, quo operis huius editionem meditabar, non ex parua animi, varijs tentationum fluctibus agitati, angustia vindicatos esse docemus. Non ergo antea professis contraria a nobis proponi, quis suspicetur. Nam an virum ex huius, fœminam ex istius, sobolem ex alterius specierum auxilio solummodo pendere oporteat, de eo regula nulla stabilis aut perpetua constituitur, & seruatur. Quod si enim hominis temperamentum qualitati plantæ, natura vero Symptomatis conditioni & naturæ temporis, membri deniq; affecti cognatio astrorum dominio respondeat, tum sexum permutare (ita vt viro fœmina, Fœminæ mas, puero vero priorum species ambæ, vel prioribus pueri cedant) haudquaquam est vetitum. Tum etenim Viro qui frigidior, vires speciei Fœmineæ, Mulieri quæ plus iusto calidior masculæ (pro rei tamen natura, spiritus vitalis, humidi radicalis, sanguinis, & in summa totius corporis substantiæ, imbecillitate vel robore, excessu vel defectu) per Arcana intendere vel remittere, atq; augere vel minuere licet.

CAVTELA.

Mira huius herbæ proprietas.
♐ Ascendens.
☉ ☿ in 6. dom.
☽ in 7.
♂ ♄ 11. dom.

Cauendum est studiosè ne herbæ tres præscriptæ cum suis radicibus, floribus & Semine, colligantur, decerpantur, aut effodiantur, Sagittario ascendente, vel etiam Sole & Mercurio in sexta, Luna in septima, Leue in nona, præcipue vero Saturno & Marte in vndecima domorum cœlestium positis. Quod si enim hoc fiat, futurū est vt ijs vtentes, spasmo, arthritide & epilepsia correpti, ad annum aliquem Climactericum vsq; valetudine aduersa tententur.

Caput octauum.

DE SVBFRVCTICE, FERVLA MARE, QVÆ ALIAS LIBANOTIS, GERMANICE Weyrauchswurtz & Frembder Rosmarinn appellatur.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



QVO Ordine de prioribus duobus plantarum generibus, Imperatoria nimirum & Angelica disseruimus, eo etiam nunc ad tertiũ, quod Ferulæ est, accedimus, et speciem eius cui Dioscorides lib. 3. cap. 29. nomen Libanotis tribuit, ob naturam calidiusculam & qualitatem optimè temperatam mari præferentes, quamuis quantitate (sicut et in præcedentib⁹ factũ) inter reliquas minima sit, tamen cum herbas proportione nõ magnitudinis sed efficaciæ æstimemus, priore loco constituimus. Dicta autem est quibusdam & Rosmarinus, ab odore fortaßis potius, quam virtute & efficacia. Nam nec facultate nec habitu, & multo minus odore (quibus Rosmarinus & thuris lachryma non parum dißident) similitudinem aliquam cum Rosmarino habet: vnde hoc solum relinquitur, eam non à similitudine sed bonitate tantum odoris (quemadmodum alijs plantis contigit) ita denominatam fuisse. Verè autem Libanotin hanc cognominari, odor ipse tam radicis quam seminis maturi, non minore fide, q̃ Plinius lib. 19. cap. 12. testatur, manifestè demonstrat.

Sed nomen ipsum an à monte Syriæ לְבָנוֹן Lebanón, qui centum quinquaginta stadiorum longitudine inter Sidona & Symiram situs, amæna Cedrorum feracitate aliquando celebris habitus fuit profectum, & à Iudæis ad Dioscoriden deuolutum sit, siue à לְבֹנָה Lebonáh id est thure, odoris ratione, descenderit, haud multum refert. Eandem vero cũ illa q̃ Germani Hirschwurtz nuncupant statuere, quod pleriq; ex Theophrasto asserere conantur, à vero lõgè recedit. Veruntamen, cum hæc planta non solum forma & habitu, sed & virtute atq; efficacia ferulam veterum æmuletur, Ideo, vt tandem opinionibus & erroribus in constituendis speciebus & appellationibus herbarum finis aliquis imponatur, eam in Ferularum genere reponere placuit: nomine eius Germanico Weyrauchswurtz nihilominus retento, quamuis aliqui latinum à Vento Libonoto, quem Sudwest zu Sud Germani nominant, descendere, affirmare non dubitarint. Herba ista nõ vbiq; locorum prouenit: in Lusitania tamen circa Toletum, in Syria vero circa Seleuciã, et deniq; in Montanis Armeniæ minoris vltra vrbẽ Samosatã reperitur.

Ferula.

לְבָנוֹן Lebanon Libanus mons 150. stadiorum longitudine ex Phœnicia in Syriam vsq; porrigitur.

לְבֹנָה Lebonah. Libanotis Dioscoridis primo loco statuitur.

Herbæ à nobis non proportione et habitu sed virtute æstimantur.

Odorum Thuris & Rosmarini magna differentia.

Weirauchswurtz Libonotus. Sudwest zu Sud

Patria. Lusitania. Toletum. Syria. Seleucia. Armenia. Samosata.

SIGNATVRA GENERALIS.



Qua ratione secundo huius primi libri capite dictum est: tres illas Imperatoriæ species, carnem, musculos et cartilagines corporis humani signare: in quinto vero sexus Angelicæ totidem, quia subtiliores existant, ad neruos, tendones, membranas & partes motus participes, non solum cerebri & medullæ, sed etiam corporis totius cum agnatis spectare, Ea & in hoc præsenti, tres species Ferulæ sequentes, quia partium tenuitate præcedentibus præstant, partibus corporis totius, vt robustißimis ita quoq; iniuriarum patientißimis, nimirum oßibus, dentibus, vnguibus item digitorum in manibus pedibusq; cornea quadam substantia præditis, nec non iuncturis & geniculis singulorum membrorũ, et harũ similibus, solidiore scilicet structura exædificatis, signatura sua respondere, atq; cognatione quadã cũ ijs teneri, docemus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS.

RADIX herbæ huius æqualis est, oblonga, parte sui exteriore ex cinericeo nigricans, interiore vero carnem thus redolentem poßidens, palmi longitudine, & raphani instar, fibrarum adnatis destituta. Ex hac principio folia emergunt capillacea, siue graminis effigie oblonga & angusta: quæ Stellæ in modum è capite radicis per humum expansa, tandem in plures processus abeunt. Quo facto caulis æqualiter procerus, angulosus siue striatus, medulla copiosa refertus, & in stolones siue ramulos multos diffusus, medius inter hæc consurgit. Ex hoc vero, herba quædam tenera & eleganter viridis, fœniculiq; (nisi quod robustior, latior & crassior est) æmula, & quoniam in regionibus calidis viuit, eiusdem in crescendo celeritatem affectans, iucunda fruticatione plerunq; sub finẽ Aprilis in conspectum hominũ emergit, menseq; Maio trium pedum altitudine ferè, & latitudine satis ampla effertur. Mense Iunio, vmbellæ candicantes, & varijs capitulis (quorum quædam

Celer huius herbæ prouentus.

Natura Tincturarum.



Tincturæ, quarum hic fit mentio, sunt pars materiæ purioris efficacior, ex metallis, lapidibus, mineris, radicibus, herbis, floribus, semine & fructibus, maiori solertia quam labore, artificiose extracta. Est autem earum natura & proprietas quæ Chamæleontis. Nam quemadmodum hoc animal, incessu ingreditur tardo & lento: ita guttæ huius materiæ, præterquam quod paruæ existunt, pigra quoq; stillatione se inuicem sequuntur: atq; id quod ex destillatione est exceptum, omnis pinguedinis expers, colorem solummodo gemmæ cuiusdam mentitur, siue liquoris pellucidi faciem exprimit, non secus atq; animal hoc corpore macro, attenuato, & flaccido spectatur. Præterea vt Chamæleon, in quæ naturæ & ingenij sui ductu impellitur, ea spiritu admodum pertinaci, infracto, & constanti gerit, vt vel, quin voti compos fiat, a re incepta non desistat, vel certe mortem in molitione eius obeat: ita natura Tincturarum stabilis est atq; penetrans, imo morbi qualitatem inimicam non solum in carne, sanguine & neruis, sed & in oßibus indagat & persequitur. Quo modo deniq; Chamæleon solo aëre alitur, & rerum variarum colores quoscunq; induit, Eo & Tincturæ ab aliorum elementorum mixtione liberæ, aërem puritate, subtilitate & perspicuitate æmulantur, ac rerum, ex quibus extrahuntur, colorem & splendorem nobilißimum, absq; vlla materiæ impurioris accesione, sed substantia tenuißima & purißima adsciscunt, ita vt multorum annorum spacio nihil fæcium in fundum receptaculi sui deponant, sed perpetua & æquali claritate, perspicuitate, puritate, & subtilitate consistant, atq; si recte conditæ fuerint, perenni virtute vigeant.

Sapor gummosus siue resinosus.
לְבוֹנָחֲשֵׁרֶשׁ:
Lebanascho-resth.
Λιβανοϊζωμα.
☉ 9, ♀ 2, ☽ 1 } Partes
☉ 5, ♀ 6, ☽ 1 } Partes
☉ 7, ♀ 3, ☽ 2 } Partes
Sul. vij. Mer. iiij. Sal. ij. } Par.



Virtus plantæ Calefaciens. Siccans. Conseruans. Tinctura. Oleago. Sal. Tempus collectionis. ☉ ♀ ☽ } in ♉ Iulius. ☉ in ♌ ☽ in ♉ Augustus. ♀ ☽ } in ♎ Semen biforme

quædam aperta, quædam conniuentia, quædam flore liberata existunt) conserta, sese proferunt: & non solum in caule grandiore, sed & adnatis, racematim conglobotæ visuntur. Floribus horum sub finem mensis Iulij depereuntibus, semen succedit, densa congerie confertum, & altera parte angulosa, altera vero rotunda quasi biforme, linguamq; si mandatur, gustu quidem aspero aut horrido, sed tamen resinoso afficiens: vnde fere, vt mihi quidem videtur, nomen λιβανοϊζωμα *originem traxisse possit. Qualitatem radicis dominio suo obtinet Sol partibus nouem, Venus duabus, Luna vna. In caulem vero imperio suo agit partibus quinq; Sol, sex Venus, Luna vna. In semine qualitatis Solaris septem, Venereæ tres, Lunaris duæ consistunt: ideoq; cum Venꝰ & Luna frigido & humido multo ipsam plantam imbuant, atq; ita vis Solaris in calore naturali diminuatur, semen hoc (quod partium plantæ omnium nobilissima est) ex partibus Sulphuris sex cum dimidia, Mercurij sesquiquatuor, Salis duabus, compositionem accepit. Hinc itaq; plantæ totius virtus & facultas naturalis est, cum mediocri siccitate calefacere, & cum frigidi & humidi aliquid accedat (quæ duo cor æstuans & epar inflammatum restinguunt, & spiritus præterea omnes roborant) simul seruare. Producuntur autem inde, Tinctura, Oleago, & Sal. Radix mense Aprili fodienda est, cum ex frigoris iniuria nullam corruptionem sentiat: Sole nimirum, Venere & Luna in Tauro versantibus. Herba & caulis medio mense Iulio metuntur, cum videlicet Sol in Leone, Luna vero in Tauro positū habuerit. Flori carpendo tempus mensis Augusti, quo Venus cum Luna in Libra decurrit, deligitur.*

ἐνεργία, EFFICACIA, ATQVE VSVS LIBANOTIDIS doctrina Paracelsica, Animalis, Substantialis & Elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

Hæmorrhoidū fluxus nimius. Gracilia intestina. Duodenum. Voluulum. Ieiunum. Iliaca passio.

Tinctura ex tota Planta producta, *post ossa, omnium maximè partibus intestinorum superioribus, vt gracilibus, duodeno, ieiuno & voluulo, propria habetur: Ideoq; Iliaca passione siue conuoluulo ex intestinorū obstructione, phlegmone, et inflatione affectis, remedio præsentaneo succurrit, si tempore paroxysmi, numero guttarum duodecim, & qdem sine aliarum rerū additamento, adhibeatur. Totidem guttulis sumpta, nimio hæmorrhoidum fluxu debilitatis, sanguinē profluentē supprimit, sede atq; vmbilico oleo simul inunctis. Cum oleo vero per dies triginta, quotidie ana parte drachmæ decima ex sua ipsius aqua sumpta, apostemata pulmonum, laterum & intestinorū quælibet, emollit atq; aperit.*

DEFINITIO TINCTVRÆ.

Tinctura, quarum præparatio in operis huius recessu varia & diuersa proponitur, essentiarum modo, virtutes sunt compositorum suorum prima & nobilissima, in hoc solo ab essentijs dissidentes, quod materiam, ex quibus extrahuntur, colores adsciscunt, atq; inde nomen accipiunt.

Pulmo. Later. Intesti. } abcessus.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS LIBANOTIDIS doctrina Paracelsica, Corporalis, Materialis, & Complexionalis, in membris corporis masculi exterioribus.

Intestinum cœcum. Colon siue crassum. Rectum siue lōgalon. Colica passio siue ventris inferioris tormina. Concoctionem Stomachi & retentricem Stomachi iuuans. Cephalalgia ex vaporibus malignis.

Oleum seminis & plantæ totius, *parti intestinorum inferiori, nimirum, intestino cœco, colo siue crasso, nec non recto siue longalo, appropriatur: Ideoq; ventri, intestino recto, et spinæ dorsi, ad ignem inunctum, dolores passionis Colicæ, siue ventris intimi tormina, à suppressione excrementorum ventriculi orta, mitigat & tollit. A cibo regioni ventriculi illitum, motu ambulationis siue laboris vehementiori sequente concoctionem adiuuat, orificium item ventriculi constringit, & deniq; dolores capitis, qui ex malignitate vaporum ascendentium excitantur, prohibet. Salutare*

præterea

præterea omnibus animalium morsibus venenatis est remedium: Sed cum celerius iusto vulnera ad cicatricem perducat, profunda parte semisana manente, rebus sanationis celeritatem inhibentibus, prius misceri, & tū primum adhiberi atq; applicari debet. Sal plantæ huius, ossibus solida duritie carentibus, vt cranio, costis, vertebris, spinæ dorsi, patellæ genuum et similibus destinatur: Ideoq; vlceribus phagedænicis, quæ acredine corrosiua ossa quoq; inuadunt, in Tinctura resolutum, atq; aperturam siue os eorum aliquamdiu conseruantibus cum oleo mixtū, imponi iubetur. In phialam vero vitream optimè reconditum, & trium mensium spacio, in fimo equino hebdomodatim eundem redintegrādo, in humorem aqueum trānsmutari si sinatur, visum clarificat, guttæ vnius numero Luna crescente in singulos oculorum angulos instillatum, loco nec absterso nec perfricato (cum mordacitas salsedinis paulo post euanescat) sed sponte dedolere misso.

Antidotum ad morsus Serpentum.
Prudentia in vulneribus sanandis adhibenda.
Visum acuens.
Vlcera ad ossa vsq; corrosione serpentia.

Ἐνεργία. EFFICACIA, ATQVE VSVS LIBANOTIDIS doctrina Philosophiæ veteris animalis, substantialis, & elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veteres (inter quos præcipue Dioscorides) Libanotidi huic plurimū caloris, & siccitatis longè plus quā reuera possidet, attribuentes, literis prodidere: Radicem aridam cum vino sumptam, venenatis serpentū morsibus opitulari: contra tormina (q̃ torminū species omissum) vtiliter adhiberi, & modo dicto si vsurpetur, vrinā quoq; et menses ducere. Semen vero crebro vsu haustum, morbum Comitialem & antiqua pectoris vitia sanare, atq; Auriginem siue Icteritiam flauam, cum pipere si adhibeatur, discutere tradunt.

Menses & vrinam ducens.
Veterum error de qualitate Libanotidis.
Ad morbum Comitialem & vitia pectoris antiqua.
Contra morsus serpentum.
Ad tormina.
Icteritia flaua.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS LIBANOTIDIS doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Radix exiccata, in puluere trita & melle admixto vlceribus imposita, ea emollire atq; expurgare perhibetur: id quod etiā farina olyræ & glandes tritæ præstare consueuerūt. Succus ex herba et radice expressus, atq; oculis cū melle illitus, visum acuere docetur. Puluis radicis ad hæmorrhoidas supprimendas sedi applicatur: eodē modo et inflamationi intestini rectir estinguendæ, et mariscis in eodē sanādis, vtilis habetur. Schirrosas quoq; strumarū collectiones ad suppuratione hoc auxilio deduci, et apertas purgari tradūt. Succus deniq; calens (ego oleū potius calidū probauerim) mēbris illitus, omnes morbos à causa frigida ortos profligare, neruosq; obstructiōe affectos in integrū restituere putatur.

Inflāmationem intestini recti extinguens.
Mariscæ.
Vlcera maturās & purgans.
Strumarum collectiones suppurans et euacuans.
Visum acuens.
Hæmorrhoidas sistens.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS LIBANOTIDIS doctrina Magiæ cum veteri tum recenti, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus effluens & exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Planta hæc tempore nouiluny (vt vulgo constat) tota est flaccida, herbaq; languente, quasi emoritura, in terrā recurua spectat. Eius rei causa est, quod humor in ea contentus, omnis in radicem decumbit, vnde ea tū succosa admodum et in tumorem quendā turgescens spectatur. Hoc itaq; tempore radix si fodiatur, & herba primum à capite recisa, vestigio vero recisuræ aluta inde obligato, ad flatus vel Africi ab occasu brumali, vel Zephyri ab occasu æquinoctiali spirantis, atq; vbi rady solares nō accedant, desiccetur, Tum vbi regioni inter pudenda atq; vmbilicum illigata fuerit, omnes humorum phlegmaticorum superfluitates ex ventre attrahit: vnde de Leucophlegmatia, q morbus inter species Hydropis censetur, ea curari posse videtur: si præter illigaturam dictam & puluis radicis alio tempore (quoniam vehementer diuretica est) fossæ, simul exhibeatur. Porro q̃ modo dicto & fossa & excitata fuerit, ea si solummodo in ore foueatur, omnes humiditates noxias à cerebro ad se allicit, ita vt trium horarum spacio hoc modo retenta, humiditatibus viscosis tota intumescat:

Emplastrum ad Venena.



Radicis tempore nouiluny (vt coram dicitur) fossa, postea arefactæ, & per radulam foraminulentam A molitæ, libræ tres, aquæ quæ in destillatione Therebinthinæ albicans secernitur tertiarys sex, per horas viginti quatuor, vase optime tecto, decoquātur. Decoctum, vt crassum quicquid inest exeat, percoletur, & donec liquoris mellei similitudinem recipiat digeratur. Digesto adijciantur resinæ clarificatæ, Masticis eodem modo præparatæ, & Camphoræ dissolutæ, ana vnciæ duæ, seui ceruini vnciæ decem, adipis Melini siue Daxi sex, ceræ quatuordecim. Hæc omnia in vase orichalcino exquisita coctione in vnguentum redigantur. Illud omnem virulentam malignitatem non solum ex vulneribus & vlceribus, sed & corporis cauitatibus interioribus, si calidum imponatur, prolectat atq; educit.

Nerui obstructione affecti.
Mirifica huius Plantæ natura.
Humores attrahens.
Leucophlegmatiæ curandæ ratio.
Apophlegmatismus.
Facultas ac… nascentia.

Apoplexiæ προφυλάκτικον. Tristitiam discuticas.

tumescat: ideoq; inter προφυλάκτικα apoplexiæ vsus eius minime est negligendus. Si vero in pectore & circa os Stomachi, diebus ante et post plenilunium tribus gestata fuerit, mentis grauitatẽ, inquietudine, & mæsticiã, quæ cum ex abundanti maligno sanguine, tũ frigore oriri solet, discutit atq; emendat.

Caput nonum.

DE SVBFRVTICE, FERVLA FOEMINA, QVÆ ALIAS THASPIA ET HYPOPION APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,

Tesific. Veterum de appellatione herbæ huius testimonia. Tapsus Insula. Mare mediterraneum siue Siculum. Scammonea succus siue liquor purgationibus seruiens. תָאַבְשִׁיבָה תָאָב Thaab. μνάομαι. Hypopion. שִׁיבָה Sibah. γῆρας. Cornea membrana. Thapsia â Thaabsibah. Fides in opinionibus est libera. Alterobeger. Γηρομνώμενος. Paracelsus. Pancranon. Altera species Ferula foemina.

PLANTA hæc præsens (vt non solum Dioscorides lib. 4. cap. 151. sed et Plinius lib. 13. cap. 22. testatur) à Thapso Insula maris Sicilici et decem stadijs à Syracusis distante, quod in ea primum animaduersa sit, nomen accepisse putatur. Quod vero Scãmonion quoq; dicitur, forte à Scammonia ob facultatem penetrantẽ atq; expurgantẽ, fuerit pfectũ. Sed appellatio Hypopiõ vnde sit, affirmare difficile est, nisi à dictionib° græcis ὑπόπιον siue ὑπώπιον (quarũ penultima an per υ vel ι scribi debeat nihil moror, ingenijs sagaciorib° hoc relinquẽs) qbus affect° siue vitiũ oculorũ, corneæ et humori eorum accidere solitũ significatur, eũ deducere qs velit: qua ratione & Parac. hanc plantã visui, et organis neruisq; ei inter alias partes dedicasse videtur. Tertium vero ab his nomẽ frustra Tesific appellauit. Porro habit° atq; descriptionis ratione nobilis hæc plãta Hebr. תָאַבְשִׁיבָה Taabsibah, id est Altersbeger vocata fuerit, nomine sc. ex duabus dictionibus coacto: nã תָאָב cũ græco μνάομαι idẽ est, et significat solicite aliquid ãbire, altera vero שִׁיבָה idẽ est quod γῆρας, latinis senectus. Ab hoc itaq; cõposito an vulgatũ Thapsia descenderit, et aliorũ nominũ exemplo ab Hebræis vtpote gente omniũ antiquissima, ad alios populos trãsierit, de eo (cũ in eiusmodi reb° fides libera sit) cuilibet integrũ est iudicare. Veruntamẽ, vel antiquo nomine Thapsia, quod ab alijs acceptum possidet retento, nobis differentiæ causa in posterũ, Germãicè Altersbeger, græcè vero γηρομνώμενος dicetur. Est ergo hæc species Ferulæ altera, quæ manifesta odoris, caloris, atq; saporis qualitate imbecillior, sed tẽperamẽti sui nobilitate in actu longè efficacior deprehensa, Fœmellæ locũ occupat, magni in re medica vs°, atq; bonitatis excellẽtis. Præter appellationes enumeratas qbusdã Trinacria dicitur, Ital. et Gal. latinũ Thapsia in vsu est, Hispan. Otõ yerua.

SIGNATVRA GENERALIS.



Quo modo præcedenti capite octauo, de signatura partium corporis masculi solidiorum & duriorum quibus reliqua corporis moles sustinetur & fulcitur, ossium nimirum, costarum, dentium, cranij, Vertebrarum & articulorum commemoratum est, illo quoq; hic easdem partes signamus. Sed tamen hæc signatura ad corpus fœmineum acomodanda esse vt cogitetur, lectorem attentum monere voluimus.

πάγχρηστος. Trinacria. Otum yerua. Laudanus Paracelli. Thapsus. Sicilia. Apulia. Garganus mons. Zeila Insula. Thermopylarũ angustiæ. L. Metellus Medicus. Montana Carinthiæ. Clagefurtũ vrbs. Geldria regio. Piperium. D. Ioan. Comes Houensis. Nouiomagum. Auicenna. Distel dorpium ad Rhenum

Pancranõ, à dictione πάγχρηστος, quo medicamentũ quoddã nobile, vsusq; contra varios affectus probatissimi significatur, & quali Paracelsus in Laudano suo (de quo plurimi plurimum falso se iactitarunt) vsus est, idq; non inter extrema medicamẽti huius ingrediẽtia habuit, originem traxisse potest. Neq; vero multũ à vero recesserim°, si plantã hanc nostram (quantũcunq; etiam hactenus neglecta sit) eiusmodi loco habeamus: cum et Cicero, L. Metellum Prætorẽ simile Panchrestũ habuisse, eoq; multos familiarium ex morbis grauissimis seruasse testetur. Piperiũ sane ab acrimõia et caliditate radicis extiterit, quanq̃ in effectu et virtute, quã sensu odoris atq; gustus, robustior existat: quod cũ Auicẽna sine dubio cognouerit, eã lib. 2. cap. 710. haud Patria autẽ plantæ hui° fructicosæ, nõ angustis solũ Thapsi Insulæ Siciliæue limitib° cõcluditur, Sed (vt plurimi viri eruditione excellentes scriptũ reliquere) et in Apuliã, montes Gargani, nec nõ Britanniã extenditur: imo et in Insula zeila atq; Thermopylarũ angustijs puenit. Insuper, quod magis mi retur aliquis, in montibus Carinthiæ supra Clagefurtũ, et anno 70. in regione Geldrẽsi, quo cũ Ioãne Epis. Monasteriense Cæs. Maximiliani Filiã Nouiomagũ deducente, concesserã, prope oppidum et arcem ducalem Disteldorpium crescentẽ inueni.

FORMA, CONSTELLATIO ET QVALITAS THAPSIÆ.

Forma. Dioscorides lib. 4. cap. 151. Theophr. lib. 9. cap. 22. Gal. lib. 6. Nero Imp. pigmentis muliebribus vsus. Habitus radicis.

QVEM habitum, quamq; formam hæc planta gerat, Dioscorides lib. 4. cap. 151, Quam autem vim & efficaciam obtineat, prior Dioscoride Theophrastus lib. 9. cap. 22. & Galenus libro 6, Quomodo deniq; in Italia per Neronem innotuerit, Plin. lib. 13. cap. 22. scriptis suis explicarunt. Principio ad formam eius quod attinet, Radix cortice duriusculo, crasso & subnigro vestitur, nec frequentibus venis diffusa, sed tribus ferè tantum fibris per interualla capillata, crassiuscula, & longitudine ad proportionem caulis, (qui grandis admodum euadit) non contemnenda spectatur: à

quo



quo habitu suo Nicadro Trinacria, quasi trifibris, appellata videtur: nisi à Sicilia, q̄ ob formam triquetram ita nominata fuit, nomen sit mutuata. Carne constat molli, fungosa, rara, candida, & sapore acri linguā vellicante. Caulem ex se promit non vnum, sed sæpius tres, sæpiusquinq; interdum etiam sex siue octo, exili foliorum coma intenso virore fœniculi æmula atq; ex adnatis suis emergente, stipatos atq; elaganter consertos. Flores summo cauliū grandiorum fastigio, effigie Anethi sed colore luteo, & conferto agmine conglobati insidentes, alibi locorum mense Maio, alibi Iunio, alibi (vbi scilicet maior est frigiditas) sub exitum Iulij emergunt, atq; vbi effloruerint, paulo post dissipantur. Horum in locum semen latum & cimicum effigiem referens succedit: quod postea dum tardiusculè maturescit, plerunq; vel tempestatum iniuria decutitur, vel in pediculis, antequam maturitatem integre assequatur, putrescit: quod Veteres, quo minus de virtutibus eius commemorationem aliquam instituerint, proculdubio mouisse videtur. Dominium radicis, q̄ reliquis plantæ huius partibus præstat, Sol partibus octo sibi vendicat, Venus duabus, Luna totidem: ideoq; qualitas eius, ratione mixtionis et concursus elementorum, Sulphuris partibus octo, Salis vna, Mercurij tribus constabit. Caulis, folia, flores & quicquid his affine fuerit, naturæ Solaris partes septē possident, Venereæ duas, Lunaris tres. In semen ad iustam maturitatem perductum, et in loco à natura sibi constituto educatum, imperium exercet Sol partibus quatuor, tribus Venus, Luna veroquinq;. Ex qua temperamenti constitutione, tota hæc planta naturam discutientem, extrahētem atq; euacuantē accepisse apparet. Quæ inde arte producuntur, ea sūt, liquor siue succus Hazar dictus, Sal & Thurbith. Ad tempus plantæ colligēdæ quod attinet, cū non vbiq; locorum (vt dictum est) eodem tempore absoluatur, ideo diligenter hoc loco obseruandum est: Si subtilitates eius tumoribus, oedematis & vitijs horū similibus extrahendo, educēdo atq; exonerando debellandis, adhibendæ fuerint, tum Luna à coitu cornibus ad ortū versis crescente, colligenda: Sin vice versa tumoribus de industria excitādis, humoribus flatuosis colligendis, attrahēdis et suppurādis, vsus eius desideretur, tū Luna ab oppositione cornibus occasū spectantibus decrescente demetendam. Quā naturæ in planta hac varietatē, singulari diligentia animaduerti, sūmopere est necessariū. Quod si vero in vsus viriles expetatur, tū (velut in historia Angelicæ, cap.6. in tabella de podagra dictū) quoniam natu-

Qualitas radicis
☉ 8, ♀ 2, ☽ 2 Partes

Sulp. 8, Sal. 1, Mer. 3 Partes

☉ 7, ♀ 2, ☽ 3 Partes

Trinacria vnde.
☉ 4, ♀ 3, ☽ 5 Partes

Virtus plantæ. Calfaciens. Extrahens. Purgans.

Caulis.

Plantæ producta. Hazar, Thurbith. Sal.

עָזוּר :

Herba

Tempus plantæ colligendæ diuersum.

Flores.

Luna crescens.

Plantæ diuersorum locorum diuersis temporibus florent

Luna decrescēs.

Semen.

Tarda seminis maturitas.

Planetarum positus in fossione diligenter obseruentur.

Modus Destillandi.



Proposuimus hactenus quarto & septimo capite, modos distillationum duos, alterum quidem recta deorsum tendētem, alterum vero in decline vergentem secundum lineam leniter depressam. Nunc tertiū, directe in latus seu transuersum procedentem, quo videlicet piscis in aqua natans spiritum euentilat, commemoramus. Hoc ergo modo trium præscriptarum herbarum subtilitates primo ex loco A in B, & ex loco B in C rudiusculè educta, postea vel per ascensū vel descensum, pro vt res tulerit, vel destillantur, vel alio modo subtilantur, rectificantur, atq; vsui aptæ redduntur.

Explicatio vocabuli Hazar.

De nomine Arcani Hazar, cuius hic mentio fit, quodq; quia nec Tinctura cui efficatia cedit, nec Magisterium cui præstat, sed media inter hæc natura existit, appellationem inde accepit, hoc teneatur: עזר vocabulum esse origine Hebraicum, atq; idem quod Germanicum Hilff beweysung & Latinum opitulatio, vt puto, a dictione Opitulus (quo nomine aliquando apud Ethnicos summus Deorum Iuppiter, vt verus auxiliator & ἀλεξίκακος cultus fuit) ortum deducens. Qua vero ratione succus iste & nomen Iudaicum Opsdulckni (quod etiamnum hodie Æthiopes retinent) receperit, vix dici posse videtur: nisi illud forte a dictionibus ὀπὸς καὶ θυλάκιον (quarum prior succum, altera quiddam instar pilæ siue vesicæ grandiuscula, siue tympanitici humore flatulento turgentis prætumidum significat) extitisse putemus. Ex qua coniectura, Germanis hunc succum Geschwulstsafft recte dici, opinor: idq; eo magis, Quod in plerisq; Indiæ regionibus, Mulieres prodigiosa quadam salacitate & insatiabili coeundi libidine, genitalia virorum succo quodam opodylo in immensam molem (absq; dolore tamen) adaugere, & supra quantitatem solitam longe extendere, atq; turgida reddere constat: vnde nomen opodylus, a dictionibus sane ὀπὸς & θῆλυς forte compositum quasi ὀποθῆλυς, latinis Succus fœminæ, Germanis Frawensafft fuerit nuncupatum. An vero herba hæc nostra præsens pro opodylo Indorum habenda sit, certo affirmari nequit. Sed tamen constat, succum illum ex radice herbæ cuiusdam, quæ fœniculi similitudinem referat, parari. Neq; ex testimonijs antiquitatis ignotum est hoc etiam: Thapsiam impositam, summitatem virgæ virilis, quæ glans dicitur, ex tumore siue inflammatione præputio nudatam, restituere & curare.

naturā et Viro et fœminæ familiarem possidet, pro situ Planetæ eidem dominātis, proq; sexus & partis affectæ conditione, certo modo atq; ordine, & colligatur & applicetur oportet. Vt, contra tympanitidem Viro carpitur, Sole in Capricorno constituto, Mulieri Venere in Libra commorante, vtrisq; vero simul, Luna Sagittarium peragrante. Quod si partibus genitalibus adhibenda fuerit, Viro quidem Sole in Ariete sito, Mulieri Venere in Scorpione collocata, vtrisq; vero Luna Aquarium obtinente, legetur. Causa huius diuersitatis est, quod Planetæ in eiusmodi signis constituti, vetustissimorum Artificum testimonio, dictorum membrorum dominium tenent. Quod itaq; hoc loco in hac planta obseruari iussum, illud quoq; de morbis omnibus alijs, Planetarum locis, & partibus affectis, diligenti cautione teneatur.

☉ in ♑ ♀ in ♎ ☽ in ♐ — ☉ in ♈ ♀ in ♏ ☽ in ♒

ἘΝΕΡΓΊΑ. EFFICACIA ATQVE VSVS THAPSIÆ, DOCTRINA Paracelsica animalis, substantialis, atq; elementalis, in membris corporis fœminei interioribus.

Arcanum Hazar membris plus quidem spiritali quam corporali naturæ participantibus, sed ex parte comprehensibilibus, ex parte non comprehensibilib⁹, vtpote potentiæ vegetatiuæ, sanguini, & humido radicali proprium habetur. Ideoq; per dies sexaginta, quolibet vespere à Cœna, triginta guttarum numero & ore optimè eloto, ex aqua quæ oleum in destillatione Sulphuris colore albo præcedit, si bibatur, pulmones & asperam arteriam à viscositatibus & phlegmate partibus his impacto (quod malum peripneumonia dicitur) exoluit, ea efficacia, vt etiam phthisicos inde conualuisse sæpe contigerit. Triginta vero guttarum numero, guttis quindecim Olei vitrioli dextrè & sincerè præparati mixtum, & per dies tredecim dū Luna decrescit, mane ex haustu lactis Caprini & ventre ieiuno sumptum, Epilepsia siue morbo comitiali laborantibus subuenit. Partu instante si fœtum in exitu moram longiorem trahere, aut inuolucrum eius (quod latini secundinam vocant) retineri contingat, numero guttarum duodecim, cum oleo communi mensura cholearis exhibitum, parienti non solum vires suppeditat, sed & labore redintegrato fœtum expellit: vel, si is iam exierit, secundinam resolutam extrudit.

Arcanum Hazar. Thurbith. Contra aurigi nem, Melancholicas ponticitates. Pulmones & arteriam asperam euacuans. Sal. Ad calculum vesicæ et renum. Vrinam. Tartarum. Lumbricos. Sanguinem impurum. Matricem. Sudorem. Epilepsiæ remedium. Partum promouens.

Thurbith, quod ex planta hac duplici via, nimirum & pulueris & massæ forma produci potest, ventriculo, intestinis, vesiculæ fellis, & partibus harum cognatis dicatur. Ideoq; species vtraq; aurigini et alijs biliosis infectionibus, atq; melancholicis (vt ita dicam) ponticitatibus, per superiora quidem euacuandis in aceto simplici calido, per inferiora vero in cereuisia recenti siue lacte caprino gelido, vtiliter exhibetur. Sal plantæ totius, epati, spleni, renibus & membris horum affinibus tribuitur: Inde calculos renum & vesicæ pellit: vrinam promouet, & tartarum siue viscositates induratas resoluit: lumbricos interficit, educit, & sanguinem expurgat: matricem calefacit, euacuat & loco priore sistit: vsu crebro sumptum sudorem prouocat, vnde in curatione morbi Gallici minimè negligendum videtur.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVÆ VSVS THAPSIÆ, doctrina Paracelsica corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Tumores excitans & profligans. Vesicatiuum. Ad sanguinem grumosum. Cicatrices, maculas cutis & faciei delens. Oleum ex { Floribus & Semine. Ad diuertionē atq; reuulsionē tumorum. Olei virtus.

Succus Hazar, pro vt radix fossa fuerit, ita tumores vel profligat vel excitat, & cantharidibus tritis mixtus cutem potenter vesicat, & loco cauterij vsurpari potest. In aqua siue phlegmate vitrioli viginti guttarum numero per tres dies haustus, sanguinem concretum in corpore siue externo vel interno resoluit: si regio in q̄ sanguis grumosus subsedit, decocto herbæ, florum & seminis lauetur, vel pannis decocto imbutis & impositis foueatur. Tumoribus ex loco incomodiore ad tutiorem (vt ex facie in dorsum aut brachia, ex genibus in suras) diuertendis atq; reuellendis, facilem et aptum se præstat: quod in administrationibus Chirurgicis vsum habet non contemnendum. Cicatrices ex vulneribus, ictibus, & plagis indecoras, maculas item faciei siue etiam cutis in reliquo corpore, decoctum aquæ tollit: longè vero efficacius id præstat succus plantæ totius, qui, pinguedine excepta, olei cuiusdam non absimilis spectatur. Flores oleum fundunt in parua quantitate turbidum & crassiusculum: semen copiosius & nitidius, reliqua plantæ portio, nullum. Ex florib⁹ & semine paratum quod est, facultatibus commemoratis omnibus pollet, in partibus corporis humani tam externis quam internis: florum quidem parte efficaciæ tertia, seminis vero dimidia.

ἈΝΕΡΓΊΑ.

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS THAPSIÆ, DOCTRINA Philoſophiæ veteris animalis, ſubſtantialis, & elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Radix hæc cum cortice pondere obolorum quatuor ex vino, ſuccus duorum aut trium ex aqua mulſa, cum ſemine Anethi pondere duplicato ſumpta, phlegma viſcoſum in ſuſpirioſis & bilem, tam per ſuperiora quam inferiora eijcere atque expurgare traduntur: Succus vero & decoctum radicis omnes oppilationes & obſtructiones membrorum interiorum, vt pulmonum, epatis, ſplenis & inteſtinorum remouere.

Potio aſthmaticorum & bilioſorum.
Contra obſtructiones { epatis. pulmonis. ſplenis.

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS THAPSIÆ, doctrina Philoſophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus in partes depiles illitus, crines elicere traditur. Idem cum thure & cera ana pondere drachmæ inunctus, ad maculas liuentes & lentigines, cum in facie tum reliquo corpore, vtilis habetur: veruntamen ne locus inunctus lædatur, illitura tempeſtiuè eſt remouenda. Melli mixtus idem præſtat. Cum ſulphure vero furfures, lepram, & pſoram ſanare, nec non callos ſiue ſtrumas cuiuſcunq; generis diſcutere perhibetur. Contra impetigines, herpetas miliares, & ſcabiem cum melle illinitur. In vnguentum redactus, membrum non ſolum virile, ſed & partes corporis quaſuis alias ad tumorem perducit.

Crines producens.
Maculæ lentigines cutis & faciei.
Contra Furfures. Lepram. Pſoram. Strumas. Callos. Herpetas miliares.
Cauterium.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS THAPSIÆ, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, ſpiritalis, cœleſtis, & miraculoſa, ex prioribus omnibus effluens & exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Succus plantæ totius cum albumine oui & vino albo mixtus, ſi puellulæ recens natæ priuſquam ea aquam cōtigerit, per totum corpus illinatur, atque per horam ita relictus, poſt mundiuſculè abluatur, Traditur næuos, quos ex vtero materno infans detulit, abſtergere: membra autem eius inde quidem in tumorem quendā turgeſcere & quodammodo inflari, ſed per totam reliquam vitam nullis abſceſsibus aut tumoribus tentari, quin & cute euadere vſq; adeo tenui & candida, vt etiam fibras & venulas ſubiectas manifeſtè ſpectandas præbeant. Radix, gradu Sagittarij quarto, ſexto, octauoue & decimo aſcendente, Luna vero in Ariete & domo quarta, Ioue in tertia, Sole in quinta conſtitutis, homini atra bile diuexato ſupra os ſtomachi ſi appendatur, melancholia diſcuſſa lætitiam inducet. Quæ vero Saturno cum Ioue in domo prima poſito, & Luna in oppoſitione domum occupante ſeptimam, Cancro vero aſcendente foſſa & appenſa fuerit, contra tumores & oedemata amuletum habetur ſalubre. Quod ſi tempore foſsionis Luna domum primam obtinuerit, Scorpio vero aſcenderit, tum in locos muliebres immiſſa, fluxum menſtruum continuo prouocabit.

☽ in ♈ et 4. d.
☉ in 5 } dom.
♃ in 3 }
Næui ſiue ἐλαιοφυτικαὶ.
Medicamen mirabile cuius vis in multos annos perdurat.
Cutis qui fiat Candida mollis & tenuis.
Ad melancholiā
14 } grad. ♐
16 } Aſc.
18 }
Ad { tumores Oedemata.
♄ } 1. dom.
♃ }
☽ 7. dom.
♋. Aſcend.
Ad prouocanda menſtrua.
☽ 1. dom.
♏ Aſcend.

Caput decimum.

DE SVBFRVCTICE FERVLA, QVÆ SOBOLI COMPARATA ALIAS NARTHEX DICITVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,



ÆC eſt illa (vt potiſsima Eruditorum turba exiſtimat) Ferula frutex, quam Hebræi מַקְלְעֵשֶׁב: *Makkelheſchéb, Chaldæi* פַּרְקְדַל: *Parekdal, Græci* νάρθηκα *appellauere, poſt hos vero quidam (fortaſſe quia folia obtinet æqualiter erecta & porri ſimiliora quam fruticis) appellatione* ἀσφόδελος*, quæ tamen diuerſi generis herba eſt, celebrarunt. In Hiſpania Canabria dicitur, in Italia Ferola, in Gallia nomen latinum vſitatum retinetur. Frutex hic (vt Theophraſtus lib. 6. cap. 2. commemorat) extra*

Nomen Ferula.
מַקְלְעֵשֶׁב:
פַּרְקְדַל:
Νάρθηξ.
Ἀσφόδελος.
Canabria.
Ferola.

Patria. Giangargara villa. Monasterium Vision Christi præter hominē nulli animalium fas ingredi.

locos natales difficulter prouenit, & licet diligenti cura in locis frigidioribus & à radijs solaribus remotioribus colatur, non tamē eam quam in regionibus calidis habitus et qualitatis perfectionē sortitur, sed humilis vt plurimum & strigosus persistit. Quanquam vero plures Viri eruditione insignes, eum in Insula Morion (quæ vna est ex Fortunatis) ad arboris altitudinē adolescere tradiderint: in Æthiopia tamen circa monasterium Vision Christi proceritate atq; vbertate præcellit, & quidem statura humana duplo celsior exurgit: ibique loci mulorum gregibus (qui in regione ista, præcipuè vero in villa dicti Cœnobij quingentis ab eodem stadijs nomine Giangangara, frequentes aluntur) in pabula miscetur. Nam nec Asinis nec vlli animalium viuentium, Cœnobiū illud ingredi vel propius accedere cum liceat, Ideo quicquid pecorū ad Cœnobiū spectat, illud omne dicto loco nutritur, et præcipuè Asini hac herba pascuntur: vt hoc modo Plinius lib. 24. cap. 1. non frustra scripserit, Ferulas Asinis in pabulo gratissimas, cæteris vero iumentis præsentaneo veneno. Reperitur in Affrica in Garamantarum vicinia, frequentius vero & vulgarius in Apulia: in Germania Hominum saltem rei Herbariæ studiosorum diligentia plerisq; in hortis plantatur.

Morion. Aethiopia. Vision Christi monasterium. Affrica. Garamantarum regio. Apulia.

SIGNATVRA GENERALIS.



QVAM capite octauo & nono ossium corporis masculi & fœminei mentionem fecimus, eam quoque earundem partium hoc loco repetimus: ita tamen, vt signaturam istam ad corpus puerile (cum nec membrorum eius eadem sit durities nec planta robur simile) accommodatam & relatam velimus.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.



Caulis. Genicula vaginulis obducta. Herba. Flores. Semen. Qualitas Radicis. ☉ viij. ♀ iij. } part. ☽ ij. Germen radicis spongiæ teretis similitudine.

RADIX ex qua planta hæc fruticosa progreditur, crassa est, oblonga, recta, & ferè grandioribus Fœniculi siue Pastinacæ similis, colore inter luteum & candidum media, graue olens quodammodo, acris, & raro fibrarum exilium capillamento hirsuta: intus succo abundat, reliqua solidiuscula existit: cortex durus & tenuis in rugas tenues contractus spectatur. Ex hac itaque mense Aprili ferè, primo oblongum cymatum in conum fastigiatorum germen, quale videlicet apud nos ex caulib⁹ brassicæ frigore hyemali defunctis prodire visitur, emergit: in vetustiore quidem quantitate maiore, iuuencula vero minore, & quidem præter magnitudinem, spongiæ siue fungi Cerui ni, quem Germani Hirschbrunst nominant, similitudine, tactuque inter durum & molle medium obtinente: id deniq; antequam caulis altior exurgat resecatur. Caulis geniculatus, siue nodis quibusdam per interualla interstinctus, durus, lignosus, concauus, & medulla candicante infarctus spectatur: genicula vero eius singula tenui quodam reticulo seu vaginula arundinum exemplo obducūtur, equè sui & corticis lignosi sinu interiore, folijs cum mollitie insigniori eleganter virentibus, & fœniculi (nisi quod latiora & crassiora sunt) similibus, circumquaque conseruntur. Vmbellas verticillo densiore radiatas & floribus subluteis (excepta eorundem cum capitulis quantitate maiore) ad Anethi propius aspirantes, non solum ipse medius & grandior, sed etiam stolonum aliqui producunt: idq; in locis quibusdam calidioribus & humidioribus ineunte Maio, in frigidioribus vero & siccioribus sub exitum Iunij. Flores defluentes semen fuscum & latum, Fœniculiq; aut Anethi magnitudinem excedens comitatur. Plantæ integræ ex cælesti trium Planetarum, Solis nimirum, Lunæ & Veneris in hæc inferiora impressione atque influxu, media quædam virium inter duas priores efficacia collata esse deprehenditur. Radix enim imperium Solis sustinet partibus septem cum dimidia, Veneris tribus, Lunæ sesqui-

sesquiduabus: vnde ex partibus sulphuris sesquioĉto, salis duabus, Mercurij sesquitribus compositam et coagmentatam pronunciamus. Herba vero & caulis Soli acceptas referunt partes sesquisex, Veneri quatuor, Lunæ duas cum dimidia. Floribus et seminí à Sole accesserũt partes sesquiseptem, à Venere sesquiquatuor, à Luna duæ. His ergo de causis plantæ huius totius qualitas et natura est, calefacere, penetrare, & euacuare. Radix si affeĉtionibus à causa humida adhibenda fuerit, Venere in occasu Libram occupante, Luna vero in gradu Cancri secundo, sexto, oĉtauoue & vicesimo, in mansione oĉtaua situm obtinente, euellatur oportet. Herba, ad affeĉtus corporis calidos & humidos si desideretur, Venere in ortu gradum Arietis nonum, tertium, septimumue et decimum peragrante, Luna vero eiusdem signi gradus in mansione vicesima oĉtaua obeunte, colligi conueniet. Flores & semina Sole & Luna in Libra versantibus carpantur. Produĉta ex planta integra sunt, Oleum, Succus & Sal.

VIRTVTIS NATVRALIS CONFORTATIVVM.



SPONGIA ista antequam caulis altior iusto exurgat, vel vires eius in folia diffluant, tempore matutino ante ortum Solis demessa, minutim concisa, & in vasculo striĉto collo optimeq; obturato triduum seruata, substantiam quandam humidam & aqueam fundit. Hinc vasculo, Alembicus A æreum epistomion sustinens optime superlutatur, rostro vero Alembici vitrum minusculum, quod capacitate & magnitudine ipsi Alembico respondeat, committitur, osculo vero epistomij receptorium grandius agglutinatur. His factis contenta lento igne destillantur. Quotiescunq; autem guttæ decem in receptorium minusculum extillauerint, toties epistomio laxato spiritus siue vapores in receptorium grandiusculum emitti, atq; os epistomij e vestigio occludi debet. Spiritus emissi in humorem quendam tenuem soluuntur, qui triginta guttarum numero sumptus, & viros & fœminas ad coitum tam efficaciter incitat, vt reliqua in hoc genere medicamẽta potẽtia longe vincat, neq; ei æquale aliud reperiatur.

Sulp. 7. et semis. Sal 2. Merc. 2. et semi.
♀ in {9, 13, 17} ♈ gr. ori.
Herbæ et caulis. ☉ 5 & semis. ☽ 2 & semis. ♀ 4. partes.
☽ {9, 13, 17} 28. mansio.
Florum & seminis. ☉ 6 & semis. ♀ 3 & semis. ☽ 2. partes.
Qualitas radicis. Calfaciens, penetrans, euacuans.
♀ occident. ♎
☽ {22, 26, 28} gr. 69 oĉtaua mansio.
☉ in ♎ ☽
Produĉta Oleum. Succus. Sal.

ἘΝΕΡΓΊΑ EFFICACIA, ATQVE VSVS NARTHICIS, DOCTRINA Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Olea ex floribus & semine, si modò qua decet solertia subtiliata & reĉtificata fuerint, viribus & efficacia inuicem ferè æquantur: nisi quod seminis (cum maturitate perfeĉtius sit) decima parte plus sulphuris, è diuerso autem florum (quia immaturius è materia crudiuscula & multo humore abundante proficiscitur) plus Mercurij possidet: Ideoq; florum quod est, oleo seminis paruo frigoris & humiditatis momento concedit. Primum itaq; seminis videlicet, stomacho, cerebro & pulmonibus destinatur: Alterum, florum nimirum, neruulis, tendonibus, & cartilaginibus proprium habetur. Vtrumq;, quoad eius fieri potest purissimè subtiliatum & defecatum, ac cum oleo vitrioli tenuissimo æquali pondere, & tinĉtura corallorum rubeorum iusta proportione his duobus superadæquata, diluculo meridie & vesperi, qualibet vice triginta guttarum numero, in aqua ex vngula Alcis destillata exhibitum, adolescentulos annum decimum oĉtauum nondum egressos, à morbo caduco sæpius vindicauit. Sal plantæ totius, cordi, epati, atque omni humori sanguineo dicatur. In aqua Sambuci siue Acetosæ resolutum, omnes defeĉtiones animæ syncopticas, & quosuis æstus cordis malignos curat: sanguinem mirificè expurgat, atq; epar induratum emollit, si in essentia Thymi dissolutum bibatur. In aqua vero ex herba ipsa destillata cum olei ex semine guttis tribus exhibitum, calculos frangit & educit.

Oleum ex {Floribus. Semine.}
Aqua ex vngula Alcis.
Morbus comitialis puerorum.
Aqua {Sambuci. Acetosæ.}
Deliquium animæ Syncope.
Aestus cordis.
Ad sanguinem impurum, et epatis duritiem.
Cõtra calculos.
Oleum vitrioli.
Tinĉtura corallorum.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS NARTHICIS, DOĈtrina Paracelsica corporalis, materialis & complexionalis, in membris, corporis infantilis exterioribus.

Succus sincerus nec alijs rebus mixtus, cuti, musculis & alijs partibus carnosis appropriatur. Vsus ei frequentior est, in malis putridis, sed frigidis & manantibus: phagedænis item, fistulis, & omnibus alijs exulcerationibus patentibus, nec non glandis ex lue Venerea inflammationibus: priuatim vero ad pustulas digitorum intercapedines infestantes, quas Germani Griepeln appellant, pterygia et reduuias siue paronychia, tam manuum quam pedum, ad bubones quoque pestilentiales patentes & sanationem ægrè admittentes, sinusque vlcerosos venenata qualitate imbutos vel tetra illuuie inquinatos, efficacissimus habetur. Gangrænas cohibet, si pannus eo imbutus & amplitudine loco affeĉto respondens imponatur: ita, vt pars eius siccior vlcus, succida vero carnem circumiacentem,

Mala {putrida. frigida. manantia.}
Ad {Phagedænas. Fistulas. Glãdis inflam. Pterygia. Reduuias Paronychia. Bubones pestil. Sinus. Gangrænas.}

centem, quatenus inflammatione affecta est, contingat. Succus radicis & herbæ cum micis panis olyracei optimè subactus atq; in emplastrũ adhibitus, vulnera antiqua fœtida ad sanationem perducit. Pueris quos vehementior convulsio vel resolutos vel contractos reddidit, ubi primum decocto herbæ florum & radicis abluti fuerint, oleum circa nervos & tendones si inungatur, eos sanitati restituit: idẽ cum succo emplastris & unguentis mixtum, morsus & ictus animalium venenatos, vulnera item telorum intoxicatorũ punctim vel cæsim facta, sanat. Sal in lixivio ex sarmentis vitium resolutum, & dorso puerorum à balneo affricatum, cutem formicantem (quod malum Germani Geißwürmlein sive Mitesser vocitant) curat.

Ad { Ictus ani. Vulnera venenata. — Vlcera fœtida. — Mater puerorum. — Convulsio. — Cutis formicans Geitwurm.

SAGAPENVS.

PARS caulis huius interior, modo quo radix Panacis Heraclij, certo anni tempore vulnerata, vasculo subiecto, liquorem stillat glutinosum, graveolentem & amarum: qui ubi defecatus fuerit, primum candicat, postea colore subrubeo assumpto instar gummi induratur, & pro Sagapeno (quod tamen diversum ab illo ex Media & Armenia importatur) in usum medicum adhibetur.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS NARTHICIS, DOctrina Philosophiæ veteri, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Semen granorum decem numero (ego vero olei ex semine guttas sex probaverim) & cum hoc medulla caulis, hæmorragiam & fluxum dysentericum sistere perhibetur: ex vino vero, torminibus præsentaneo esse auxilio. In eodem medulla caulis, quæ Sambuci non dissimilis est, si sumatur, sputo sanguinis, strangulationi et diarrhoeæ utilis habetur. Umbellulas & caulem, antequam adulta consenescant, Spinachiæ modo si coquantur, ventriculum iuvare & digestionem promovere tradunt: sed ex esu eorum nimio capitis gravitatem induci. Spongiosus cymatum conus, cuius modo facta est mentio, quique plerisq; à distensione membri virilis Spongia flatus, germanicè Blastschwammen dicitur, viros & fœminas in Venerem stimulare creditur, si ad ignem cum pipere & sale assatus, in cibos sumatur.

Cõtra { Hæmorrhagiam. Dysenteriam. Tormina. — Cõtra { Hæmoptoiam. Strãgulationẽ. Diarrhœam. — Auxilia { Ventriculi Digestionis. — Spongia flatus, Blastschwammen. — Venerem ciens.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS NARTHICIS doctrina Philosophiæ veteri, corporalis, materialis, & complexionalis in membris corporis humani exterioribus.

Tuberosum illud radicis germen in pulverem redactum, naribus ad fluxum sanguinis inspergitur. Semen cum oleo (mihi autẽ oleum seminis potius sumendum videtur) spinæ dorsi in loco calido inunctum, ad sudorẽ provocandum commẽdatur: Succum oculis adhibitũ, visum roborare volunt.

Contra hæmorrhagiam narium. — Sudoriferum. — Ad visum clarificandum.

NATVRALIS INCLINATIO ET VSVS NARTHICIS, DOctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cælestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, effluens & genita, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Spongiolæ à trunco plantæ extuberantes, si maturitate completa, Lunaq; in mansione decima, gradu Leonis undecimo, decimoquinto sive etiam decimonono, Venere vero in Libra positum obtinente decerptæ, & ternæ in pannum lineum colligatæ, Coniugibus facultate coëundi incantationum maleficio privatis appendantur, sive (quod melius) cum sale & pipere (velut antea dictũ est) esui dentur, illos à fascino exolvunt: In universum, cum radice gestatæ, Masculis vires in Venerem & augent & extimulant. Semen cum radice tesseratim concisa, in Cameras muro recenti structas sive calce incrustatas, carbonibus iniectum & suffitum, non solum eas ab exhalatione calcis maligna liberat, sed & animalia venenosa, si quæ illic habitaverint, expellit. Succus ex radice in puncto plenilunij fossæ, cum sulphuris ter sublimati pondere æquali, & albuminibus ovorum tribus quatuorve destillatus atq; inde illitus, faciem nitidissimam atq; venustissimam præstat, lentigines quoque, nævos, aliasq; maculas tollit. Quod si Marte in domo prima in Aquario, & vel Iove vel Venere in oppositione, id est, in domo septima in Leone cursum peragentibus radix fodiatur, atq; exiccata sub diluculum Sole nondum orto in vinum ponatur, vesperi vero Sole iam digresso substan-

☽ { 11 15 19 } ♌ 10. mansf. — ♀ in ♎ — Contra incantationum maleficia. — Ad debellandas evaporationes malignas Camerarum recẽs structarum vel dealbatarum, & animalia venenata. — Plenilunium. — Ad coitus potentiam roborandã. — Ad faciem decorandam. — ♂ in 1. do. in ♒ — ♀ in 7. dom. — ♃ ♌

ſubſtantia vini limpidior bibatur, Ferunt occulto quodam miraculo vires naturæ excitatas, rerum imagines admirandas per ſomniū ſpectandas menti humanæ offerre. Quod à vero non prorſus alienum videtur habendum. Nam cum homo ex ſpiritu anima & carne cute craßiore concludatur, ibi calore radicis naturali potentia vitalis acuitur,


FIGVRA COELI ANNO 1529. MENSIS IVNY D. H. M. 11. 10. 2. ſub Eleuatio: Poli 48.

Oriens. Meridies. Occidens. Imum coeli. DELPHINI CAVDA Palma ophiu.

virtutis ſubtilitate ſpiritus vitalis reſoluitur, natura penetrante ſanguis tenuior atq; etiam purior redditur, vt ita homini effigies rerum, quæ per ſe nihil ſunt, ſecundum quietem obijci, haud fortuito contingat. Hanc vero famam ipſum comprobaſſe euentum, teſtimonio eſt D. Cornelius Felminger, Medicus multo artis vſu, atque Homo antiqua virtute & fide præſtans. Is enim foßionem eiuſmodi anno ſupra milleſimum, quingenteſimum, viceſimonono, die Iunij vndecima factam, & in radice virtutem cum dictam, tum inſuper quoque alias deprehenſas affirmat: cœlumq; eum, qui appictus eſt, poſitum aſtrorum habuiſſe.

Ad mirifica ſecundum quietē viſa et imagines.

D. Cornelius Felminger.



CAVTELA.

Diligenter attendendum eſt, ne vel in collectione herbæ, vel foßione radicis, vel detractione ſeminis iſtarū trium, quas iam deſcripſimus plantarum, ſiue Saturnus in Scorpione, ſiue Mars in Sagittario in domo octaua morari inueniantur. Quod ſi enim primum horum contingat, venenata qualitate vtentes inficient, ſin ſecundum, tum corpora quibus adhibitæ fuerint, in morbos longinquos partium tam externarum quam internarum inducent. Eiuſq; modi erratorum duorum exempla totidem, anno ſupra milleſimum quingenteſimum tertio & quinquageſimo Lugduni in Gallia publicè ſpectata fuere.

♄ in ♏ 8. dom. ♂ in ♐ in 8. do.

Periculoſa imprudentię cura.

Lugdunum.

Caput vndecimum.

DE PIMPINELLA ROBVSTIORE MARE, QVÆ ALIIS PETRAPIVM ET SAXIFRAGA HIRCINA APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

De origine & deriuatione nominis huius, à Botanographis vario diſputationum cōflictu in vtramque partem diſceptatur. Quæ nos intacta nec cenſura aliqua priuata perſtricta authoribus ſuis relinquentes, quod quilibet horum opinionis ſuæ ſententiam ſcriptis publicatis ſufficienter explicarit, noſtram ſolummodo coniecturam quandam pro ingenij tenuitate ſimpliciter ꝓponemus. Videtur itaque herba iſta præſens, ob radicem guſtu acrius feruente & qualitate calidiuſcula præditam, citra omnem controuerſiam, Latinis Pipernella, Germanis Pfefferwurtz, rectè denominari: peregrinum vero Bibenella, à dictionibus partim Chaldaicis partim Hebraicis אֶבֶן פלפל:אר:פרפל: cum ad eaſdē (velut apud S. Munſterum eſt videre) alludat, & à græcis πέπερι καὶ λίθῳ non omnino abſurdè componi. Quod ſi enim dictiones illæ coniungantur, conſtituitur appellatio Ebenpilepel ſiue pidepel, quam Germanica Steinpfeffer, atque inde græca ex coniunctione duarum Λιθοπέπερι exponit. Vt vero nomen illud initio ex Hebraico, atq; ab hoc poſtea græcum deducendum exiſtimem, moueor hoc ipſo: quod priſcæ Iudaicæ genti, herbā quādā אֶבֶנסֶלַע Ebenſelah, quod latinis eſt Lapidis lapis, nobis Steinsſtein in vſu precioq; magno fuiſſe, eique à virtute (ſimili ferè dicendi forma, qua dicitur, Chriſtus eſt mors mortis, cur? quia

Diſcrepantes de appellatione herbæ ſententiæ.

אֶבֶן: פלפל
אר: פרפל
Steinpfeffer.
Λιθοπέπερι.



SIGNATVRA GENERALIS.

PLANTA hæc per ſe & ſola medullam oßium totius corporis maſculi ſignat: cui cum figuram aliquam conuenientē vix reperire poſſe videremur, (quippe quæ omnis oſſeo tegumento obducitur & munitur) eam effigie hac præſenti Lectori interea duximus proponendam & ſignandam.

Ratio compoſitionis & denominationis.

אֶבֶנסֶלַע
Ebenſelah.
Steinsſtein.
Pipernella.
pfefferwurtz.
Exemplum de Chriſto.

Saxifraga Hircina. Daucus Dioscoridis. Pastinaca Gallica. Bibernella. Paracelsus. λίθ☉. νείκω. ἀνὴρ. Lithonicandra. Phi bi ne la. Mos loquendi apud Chaldæos, Hebræos, Arabes, Romanos. Duces Romani P. Scipio Affricanus, L. Scipio Asiaticus. Cn. Martius Coriolanus. Christus verus victor. Mathusalah Todtstodt. Patria. Carinthia.

quia mortem vicit) nomen comperio tributum. Nam cum planta hæc nostra, ex sententia excellentissimorum Medicorum, præstantissimum sit aduersus calculos auxilium, ita vt eos potenter & frangat & eijciat, fieri potuisse credibile est, vt eam Iudæi patrio loquendi more tali nomine celebrarint: nec cum descriptio respondeat, ea de re videtur dubitandum. Verisimile autem est non solum apud nos Germanos sed etiam alias Gentes, appellationem Pimpinella, ex dictionibus Pidepel selah, atq; adeo Ebenselah extitisse. Tres enim fuisse & Syris eiusmodi generis plantas cōstat, quas illi fortasse Hebræos imitati, quatuor syllabis patrij idiomatis Phi Bi Ne La nominarunt, modo qui in sequentibus explicabitur distinctas. Primi generis ergo Syris [Syriac] Chailtono phibinela appellata fuerit, Hebræis גבור אבן סלע gibbor ebenselah, id est Starcker Steinsstein, Græcis κραταιοφιβινελα, Germanis Starck Bibenell. Hanc alij non prorsus præter rem, quoniam virosum quiddam ferè vt hirci redolet, Saxifragam hircinam appellarunt: alij ne non satis innotesceret, Daucum Dioscoridis esse (sed insigni errore) indicarunt: alijs Pastinacā Gallicam (cum tamen Galli quemadmodum & Itali appellatione Pimpinella vsurpent) nominare visum est: alijs vt plurimum, ob graueolentiam (vt puto) fortasse à testiculis Castoris animalis fœdo odore nares offendentibus, verecundiæ gratia pro Germanico Biberschellen/ Bibernella dicere placet: Paracelsus, vt vires eius contra calculos vesicæ & renum (de quo & Plinius lib. 20. cap. 21. refert) in sexu masculo, commendatiores redderet, à dictionibus λίθ☉, νείκω, καὶ ἀνὴρ, ei compositum λιθονεικάνδρα accommodauit. Prouentus eius pluribus admodum locis est familiaris, maxime vero incultis & petrosis, velut Alpibus, Carinthiæ, Croatiæ, Rhetiæ, Heluetiorum Valesiorumq; viciniæ: nec non VVestphaliæ ppe Badelbornum, Silesiæ ppe Hirschbergā, montib⁹ item Bohemiæ, Schytiæ in Asia, atq; Numidiæ in Africa.

Chailtono phibinela. Croatia. Rhetia. Heluetia. Valesia. VVestphalia. Silesia. Bohemia. Schytia. Numidia. גבור אבן סלע: Gibbor ebenselah. κραταιοφιβινελα. Starck Bibenell.

EBENSELAH. Steinsstein.

EX vocabulo Ebenselah Steinsstein *dubium non est, corruptione siue mutilatione quadam nomen Bibenella originem accepisse: eiusmodi enim locutionis formæ non solum olim Chaldæis, Hebræis & Arabibus fuere receptæ, sed etiamnum posterioribus his sæculis in vsu habentur: scilicet vt victoribus nomina hostium superatorum imponantur. Sic Romani Ducibus militaribus strenua virtute victoriam reportantibus nomina gentium deuictarum accommodarunt, P. Scipioni nomen Affricani ab Affrica, L. Scipioni Asiatici ab Asia, Cn. Martio Coriolani ab expugnata vrbe Coriolo, adijcientes: idq; vt virtutem & spiritus illorum generosos honorifica hac commendatione acuerent, alios vero ad similem fortitudinem inuitarent. Sic Christo Saluatori nostro, vtpote vero mortis Victori, nomen Mathusalah, id est, Mors mortis merito applicatur. Quæ cum ita sint, non erit cur de appellatione hac insolentiore Ebenselah* Steinsstein, *siue* SteinsSig *(q. dicas lapis lapidem conterens) quis debeat mirari.*

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.

Forma radicis.




RADIX plantæ huius partium tenuitate acris inque vsus plurimos expetitæ, surculosa, oblonga, & æquabili fere crassitie vtrinq; constans, ex fissuris siue rimis rupium vt plurimum emergit, atq; alibi palmorum duorum, alibi trium longitudinem acquirit, cute prædita subcinericea, carne vero ex candido flauescente & exangui, quæq; ora tentantium sapore acri lentoq; mordeat, & nares odore horrido & graueolente quodammodo offendat. Herba sicut & caulis macra est, sed virore intenso nitet, ac præter formam quodammodo triquetram serrata, punctulisq; purpurascentibus conspicua, per ambitum ab vtroq; cauliculorum suorum latere incisuras profundiores ostentat: fastigia pediculorum foliolum vnicum exornat, seriem reliquorum, quæ bina inuicem opposita spectantur, claudens. Caulis, cum planta locis plerunque alatur aridis, stolonibus surgit macriusculis, atq; inani concauitate distortus & exanguis euadit: tempus ei exortus solitum est sub exitum mensis Maij, longitudo quantitatem duorum palmorum (nisi loco humiditatibus affluentibus ri-

Forma herbæ & caulis.

bus riguo viuat) raro excedens. Flores emicant mense Iunio, qui candicantes, atq; vmbella densiore conferti, speciê Cumini pratensis imitantur. His defluentibus succedit semen, quod maturescens ad Ammios (nisi quod macrius est atq; arctius condensatum) habitũ propius accedit. Notũ ergo cum iam sit, totam illam plantarum efficaciã, non solum à terra, verum etiam à quadam qualitatum cœlestium impressione (qua corpus ex elemẽtorum inter se temperie concretum vegetatur) existere et proficisci, Statuimus inde: qualitatem radicis imperium Solis sustinere partibus sesquiseptẽ, Martis quatuor, Lunæ sesquidnabus: compositionẽ vero & κρᾶσιν tam eius, vtpote partiũ plãtæ nobilissimæ, quam subtilitatum inde extractarũ, partibus Sulphuris sex cum dimidia, quatuor Salis corrosiui, & sesquiduabus Mercurij constare: hincque ei naturam inesse, calefaciendi, soluendi & expellendi. Cauli & herbæ cum cohærentibus vim naturalem impertit, Sol partibus quatuor, Mars tribus cum dimidia, Luna sesquiquinque. Flores & semina temperamentum acceptum referunt, Soli partibus sex, Marti tribus cum dimidia, Lunæ sesquitribus. Quæ ex radice, herba, & semine artificiosa segregatione educuntur, ea sunt, Oleitas, Elixir, & Sal acri qualitate erodens. Radicis fossio vulgo instituitur, duodecimo, decimotertio, & decimoquarto die Iulij, Sole nimirũ in Leone, Luna vero in mansione nona situm obtinente, floribus denique nondum enatis, herbáque omnibus numeris habitus sui necdum absoluta. Herba metitur circa sextum, septimum, et octauũ diem Augusti, Sole videlicet, vicesimumsextum, vicesimumseptimũ, & vicesimumoctauum gradum Leonis peragrante, Luna vero in mansione decima, siue vndecima decurrente: & quidem tempore matutino dum adhuc roscido humore madet. Semen contra calculos vsum efficacissimum præstat, si circa decimumquintum diem Octobris carpatur: Sole scilicet in Scorpione, Luna in mansione decimaseptima, Marte deniq; in Libra (cum hi lumbos, renes, vesicam & membra genitalia imperio suo teneant) cursum peragentibus.

ELIXIR.



CVM hoc loco mentio fiat Extracti Elixir, conabimur non solum quid id sit, sed & quomodo & vnde producatur, explicare. Teneatur itaq; tres esse Elixierum species. Prima est metallarium: quæ licet sub eandem speciei appellationem cadant, tamen in alias tres subdiuiduntur: Sub prima continentur Metallaria proprie sic dicta, ex auro, argento, ferro & similibus metallis extracta, Sub secunda nobis Mineralia dicta ex sulphure, Arsenico, Magnetide, quam Germani Talck *nominant, eiusq; generis alijs, Sub tertia Saliosa (vt ita dicam) siue succoterrea, ex Sale, Chalcantho, Halinitro & similibus: quæ omnia à nobis sæpius in alios quoque vsus fuere præparata, neque pluribus hoc loco videntur attingenda. Secundam primæ diuisionis speciem constituunt Gemmea, quæ itidem in tres alias distribuuntur: nam faciendis è succino, margaritis, corallis & similibus (quæ quidem diuersa origine generantur sed lapidis tamen duritiem communem habent) peculiaris est ratio: peculiaris è Smaragdis, Amethystis & Crystallis: peculiaris e marmore, lapide liquabili tertij generis quem* Quartz *nominant, & tophis: hæc etiam vtilem in medicina vsum sortiuntur, & à nobis aliquando quoq; ex diuersis lapidibus solita sunt parari: quorum descriptionem, cum ea alibi sit proposita, neq; huius loci esse videatur, fusius persequi non libet. In tertia itaque primæ diuisionis specie, quæ plantarium est, Elixierum ex plantarum partibus, vtpote radicibus, herbis, floribus, seminibus, fructibus, lignis, resinis & similibus eductorum, conditio quoq; varia est & diuersa. Sed nos in præsente explicatione nostra id solummodo, quod ex plantæ huius radicibus, floribus, & semine acquiritur, spectamus. Huius itaque generis Extractis, ab Essentijs, Oleitatibus, Tincturis & similibus, de quibus iam eodem modo dictum est, ea inest diuersitas: Quod, quoniam compositi sui colorem amittunt nec Tinctura, quoniam vero pinguedinis expertia merguntur nec Oleum, quoniam denique limpiditate, perspicuitate & claritate destituuntur, nec Essentiæ esse possunt: sed inter essentiam & oleum, atque adeo, propter spissitudinem & turbulentiam, vnde coloris aliquid accedit, etiam inter Tincturam & essentiam medium quiddam obtinent, ac habitu potius liquorem quendam quam aliquid aliud repræsentant, hincq; sibi nomen Elixir vendicant: sed non ea ratione qua suum Extracta reliqua, vtpote vel à forma, vel substantia & materia merentur, sed potius a virtute & efficacia. Hac enim facultate & natura prædita sunt, vt spiritum vitæ essentialem, & ex prima elementorum temperie profluentem, sibi ingenita qualitatis efficacis potentia penetrent, perpurgent, instaurent, conseruent, tueantur ac custodiant. Ex hac vero planta modo qui sequitur parantur. Radix tempore conueniente fossa, in aqua fortiore è radice simili tertia vice segregata maceratur, atq; inde probe ac accurate recondita oneribusq; impositis degrauata, putrefieri sinitur, donec flores summum vigoris gradum attigerint: qui tum temporis etiam decerpti, aqua e similis speciei floribus similiter macerandi, sed in peculiari vasculo, reponuntur. Post hæc & semen vbi maturitate absolutum fuerit contusum, aqua similis seminis maceratur. Floribus dierum triginta spacio maceratis, singula coniunctim per organum A B (cuius pictura folio sexto loco de sale Imperatoriæ subijcitur) destillantur, phlegma cum oleo, donec fæces omni humore exhaustæ resideant, eliciendo. Segregatum quod est in instrumenta præsentia refunditur, & ex loco A in B, vice vero versa ex B in A lento igne per dies sex, vel vsquedum partibus quinquaginta nouem digerendo consumptis sexagesima solummodo remaneat, circulatur. Residuum illud exceptum reponitur, & à nobis penetrans vitæ conserua, siue Elixir appellatur.*

Flores.
☉ vj. ♂ iiij. ☽ iij. part.
Producta.
Elixir. Oleago. Sal corrosiuum.
Explicatio de Extractis Elixir.
Semen.
Tres Elixierum species.
Prima habet sub se alias tres
Metallaria.
Mineralia.
Saliosa.
Radicis fossio.
12. 13. 14. Iulij.
☉ in ♌ ☽ in mans. 9.
Plantæ naturæ suæ proprietates non solum ex terra sed etiam à cœlo hauriunt.
Secundæ quoq; tres sunt.
Gemmea eaq; è 1. Succino, margar. corallis &c.
2. è Smaragdis, Amethystis, & Chrystallis.
3. è Marmore, lapide liquab. tophis.
Tertię plantaria.
Elixir quomodo ab alijs extractis differat.
Herbę collectio.
6. 7. 8. August.
26. ☉ in 27. 𝔤. ♌ 28.
☉ vij. ♂ iiij. ☽ ij. part.
☽ in 10. 11. mans.
Origo & causa nominis vnde.
Præparatio extracti Elixir.
Sulph. 6. et sem.
Sal 4.
Merc. 1. et sem.
Seminis collect.
15. Octob.
☉ in ♏ ☽ in 17. mans. ♂ in ♎
Natura
Calfacere.
Soluere.
Expellere.
☉ iiij. ♂ iiij. ☽ iiiij. part.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SAXIFRAGÆ HIRCINæ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

Extractum Elixir renibus præcipue & meatibus vrinarijs dicatur. Oleum peritonæo & vesicæ, Sal vasis seminarijs, lumbis & membro virili. Extractum Elixir resoluit & comminuit non solum calculos vesicæ & renum, sed & ferè omnes viscositatum tartaricarum subtiles in corpore ad-

ELIXIR
proprium
Renibus.
Vreteribus.
OLEVM
Peritoneo.
Vesicæ.
SAL
Vasis semin.
Lumb.
Membr. viril.

Aquæ Tartaricæ Zepusienses. Töpflicenses. Francofurdens. Tartarus in Renibus, Vesica, Stomacho, Intestinis, Sanguine, Medulli, vnde. Experimentum facultatis in radice & herba.

re adnascentias, quæ ex humoribus diuersorum ciborum & potus, mutuam insuper conferēte operam hominis temperamento, & conspirante natura loci habitati, neq; vim suam inde abstinente calore naturali, coagulantur atque indurantur: quarum dehinc aliæ intestinis insidentes obstructiones afferūt, aliæ in musculos delatæ conuulsionem efficiunt, aliæ sanguinem occupantes putrefactionis causa existunt: vnde ceu ex fonte quodā variæ humano corpori ægritudines ꝓmanant: Ideoq; nomen Saxifraga, huic plātæ ab antiquis Philosophis haud temerè & præter rem tributum apparet. Nō ergo minus Extractū hoc arenulas calculi cōminutas resoluit et expellit, quam (si rectè vsurpetur) ab omni humorum concrescentium generatione corpus præseruat. Quod in aquis Tartari naturam possidentibus, quales in Comitatu Zepusiensi prope pagum Rauschbrunnen, nec non in thermis Töpflizensibus Bohemiæ, atque fonte Francofurtensi ad Viadrum extra Monasterium Carthusianum reperiuntur, experientia manifeste demonstrat. Quod si enim radix cum herba & semine, in dictarum aliquam imponatur, res iniectas (alias tartaro obduci solitas) vllam vel cutem vel duritiem recipere vetat. Sal plantæ, singulo mense bis, tribus videlicet diebus ante nouilunium & totidem post plenilunium, qualibet vero vice pondere scrupuli (quorum tria drachmam constituunt) in aqua plantæ ipsius mensura trium ligularum, si sumatur, idque primum tempore matutino & ventre ieiuno, secundum vesperi sub tempus decubitus, corpus ab omnibus tumoribus & pustulis interioribus, quæ contagio & aëris pestilentis infectione grassantur, tuetur, atque etiam à cibi aut potus intoxicati noxa immune præstat.

Tartarus et Couul. Obstr. Putref. ciens. Aquæ Tartaroſæ noxiæ. Spiegelbergēſes. Saronenses. Zoilienses. Sepusienses. Minus noxiæ Islandicæ. Scoticæ. Noruuegicæ. Stetinenses. Thermæ Carolinæ in Bohemia, montium itē Piren. & vallis Butzensis. Tartarum in homine educentes Athamenses. Fluuius Elrio frio. Appellatio saxifragæ à re ipsa sumpta. Quod sit tartari τεριῆικν. ἐκκαθαρτικὴ & τροφυλακτική.

AQVÆ TARTAROSÆ.

QVOD hoc loco aquarum tartaro & bitumine præditarum facta est mentio, ne cui ab instituto nostro videatur alienum. Nam aquarum huiusmodi aliqua, venenata Tartari qualitate non solum valetudinem lædunt, verum etiam mortem ipsam inferunt. Tales sunt Spiegelbergenses in VVestphalia, Saronenses & Zoilienses in Vngaria, Sepusienses deniq; prope pagos D. Andreæ, D. Iohannis, & templum D. Martino sacrum: quanquam posterioribus tribus non eadem sit qualitatis malignitas, sicut & Islandicis, Scoticis, Noruuegicis, thermis item Carolinis in Bohemia, montibus Pirenæis, & valle Butzensi, præterq; has Stetinensibus in Pomerania: quibus omnibus ea inest natura, vt telonibus fontium librum lapideum crassiorem quotannis inducant. Aliquæ vero acerrimam quandam tartari subtilitatem possident, ita vt tartarum in corpore humano generatum resoluant atq; educant: in eo numero est fons thermarum Athamensium Hispaniæ, qui septem ab vrbe Granata milliaribus distans, se inde in fluuium Elrio frio exonerat, ob substantiæ tenuitatem sanitati plurimum conducens.

Bubones pestilentiales. Antidotum ad pocula venenata.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SAXIFRAGÆ Hircinæ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

Auxilium ad manus & pedes motu priuatos ex Succo herb. Aceto rosaceo. Cera. Adipe Daxi. Caponum. Medulla bubula. Adipe Canino. Oleo ex pino. Pinguedine ex ossibus, oleo ex sulphure. Contra Obstr. Duriti. Inflation. nem — epatis. splen. pulmon. Vis huius medicamenti explorata in Stiria, Austria, Carint. Carni. Rhetia — à Par. Th. Ad Hepetes ferrugineos. Sphvliden. Vitium cor u. ptio. in — Sulp Sale Merc. ex intē perie ob — Excess Defe. Sanatio quomodo fiat.

Succo ex planta integrè contusa expresso, & aceto rosaceo æquali pondere vsq; ad consumptionem partis mediæ in fictili cocto, dehinc vero (ne quid impuri aut fæcium inhæreat) colato, miscuisse ceræ partes tres, adipis Daxi quinq;, caponum duas, medullæ bubulæ tres, adipis canini totidem, olei ex pino duas, pinguedinis ex ossibus equorum antiquis excoctæ sex, olei ex sulphure vnam: hisq; omnibus simul coctura in vnguentū redactis, corpus vbi probè incaluerit à balneo inunxisse, neruos manuum atq; pedum ex nimio vini tartarosi siue sulphurei vsu, contractione affectos motuque priuatos, ad sanitatem pristinam reducit. Id quod ab ipso Paracelso, in Stiria, Austria, Carinthia, Carniola, & Rhetia, atq; etiam tandem à me non minus diuersis in locis plurimis hominibus curandis, euentu fœlici est exploratum. Ratio sanationis huius est hæc, Quod tartarus siue viscositates grossæ neruos & tendones obsidentes, atque inter iuncturas articulorū sese insinuantes, vi vnguenti discussæ, euaporatione per poros siue meatus cutis exiguntur. Cæterum si pulmones, epar, siue lienem obstructione, duritie callosa vel tumore affici contingat, regionē partis affectæ vicinam, vnguento dicto calente conuenit inungi: In pulmonum quidem vitijs pectus, à iugulo in vtrumq; latus ad medium costarum vsq; excurrendo: In epatis vero latus medium, versus anteriora ab axillis vsq; ad os stomachi in imo ventre desinendo, versus posteriora vsq; ad spinam dorsi: In splenis deniq; anterius, latus medium ab imo ventre vsq; ad coxendices, & à regione stomachi vsq; ad vmbilicum, posterius media vertebra dorsi vsq; ad os sacrum. Salubre admodū hoc est in casibus eiusmodi auxilium, & plurimis magno præsidio fuit. Nec dissimilis efficaciæ remedium præstat, in vlcerationibus corporis cum erosione coniunctis, vtpote herpetis, quos ab habitu ferrugini simili ferrugineos appellare libet, Hispana scabie et eius generis alijs, quas intemperies quædā humorū, salis nimirum, sulphuris et Mercurij, ex vitioso vel excessu vel defectu corruptorū, atq; in naturam corrosiuā transeun-

transeuntiū pgenuit: Idq́ si loco affecto principio phlegmate vitrioli eloto, in emplastro adhibeatur.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SAXIFRAGÆ HIRCINæ, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis in membris corporis humani interioribus.

Quidam Medicorum huic plantæ qualitatem calidam & siccam tertij ordinis attribuunt, eamq́ in pestilentiæ populatim grassantis contagijs venenis vnicè aduersari, & corpora ab lue vindicare, si tantum in ore teneatur, tradunt: Eundem vsum etiam seminis saccaro obducti esse volunt. Ex radice & saccaro rosato Electuarium conficiunt, idq́ ad phthisin singulo mane pondere duarum drachmarum exhibent, atque inde aquæ ex Pimpinella destillatæ, quæ ætate annum non superet, vncias quatuor propinant: Radicis deniq́ herbæ & seminis decoctum ex vino, ad calculos, stranguriam, & tormina sæpe magnificè opem tulisse testantur.

Qualitas radicis secundum sectatores Galeni. προφυλακτικὸν in peste. Ad Calculos. Stranguriam. Tormina. Electuarium ad phthisin.


NATVRA, PROPRIETAS ATQVE VSVS SAXIFRAGÆ Hircinæ, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus ex radice & herba expressus, atq́ vulneribus capitis periculosis instillatus, vel linamentis immissus, ea securè sanare perhibetur. Sed hic etiam oleo aliquem velim tribui locum. Aqua destillata vulneribus lauando adhibita, ea expurgat, adq́ue sanationem præparat. Ad rupta radix imponitur conquassata, ad stranguriam vmbilico illigatur.

Ad Vulnera capitis L. T. Z. T. magis probatur oleum. Purgatio vulnerum. Ad Rupta. Stranguriam.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS SAXIFRAGÆ Hircinæ, doctrina Magiæ cum veteris tum recentis, spiritalis, cælestis & miraculosa, ex prioribus omnis effluens atq; exoriens, in partibus corporis humani interioribus & exterioribus.

Cum Mars atq́ Venus renibus præsint, Saturnus vero & Luna vesicæ, certum est, radici Planetarum horum aliquo in Libra (cui signo renes, vesica & lumbi subiacent) situm obtinente, effossæ, præcipuam ad omnes viscositatum in membris dictis adnascentias efficaciam inesse, si ex vino, in quo maceratam oportet, bibatur. Quod hominibus delicatioribus, qui compositiones officinarum respuunt, medicamen fuerit non omnino ingratum aut inuisum. Virtute vero & qualitate illa prænobili radicē imbuit, siderū in Libra (signo duas qualitates primas calidum nimirum & humidum possidente, naturaq́ subtili & aëria sed tamen mascula prædito) positus ad inuicem siue constellationis natura & tempus. Venus etenim humiditate sua frigiditatem & siccitatem Saturni obtundit: è diuerso Luna frigiditate & humiditate congenita, caliditatem & siccitatem Martis emendat: fiuntq́ hæc tum nimirum, cum Planetæ signum illud tenuerint in occidente. Non temere ergo ait Paracelsus: cognitum sibi esse tempus, quo radix fossa si solummodo ex collo suspensa gestetur, omnem tartarum (hoc vocabulo omnem calculum innuit) siue in carne, siue sanguine, siue medulla, siue neruis hæreat, resolui & dissipari. Eiusdem ge-



neris radices, quoq́ (vt Paracelsus asseuerat) Anno supra millesimum quadringentesimum quinquagesimo secundo, die Septembris vicesima prima sunt effossæ, atq́ haud vulgari vtilitate in vsum medicum venere: cum eo tempore Saturnus, Venus, atque Sol et post hos quoq́ Mercurius in Libra, Luna vero cum Marte in Capricorno versaretur, & Planetæ reliqui (vt figura apposita ostendit) domos atque signa conuenientia permearent. Nc vero solummodo præterita sed etiam futura sermo noster

♂ ♀ Renib. præsident. ♄ ☽ Vesicæ. ♎ Renibus. Vesicæ. Lumbis. Discussorium tartari. Compositiones officinarum multis ingratę & aduersæ. Vnde fit illa radicis virtus. ♎ Humida. Calida. ♀ Frigida. Humida. ♄ Frigidus. Siccus. ☽ Frigida. Humida. ♂ Calidus. Siccus. Aliud radicis fossæ tempus. ♄ ♀ ☉ ☿ in ♎ Anno 1452. 21. Se. ☽ ♂ in ♑. Ad tartarum in Sanguine. Carne. Medulla. Renibus.

noster attingat, sciendum est Anno 1598. 20. die Septembris ad fossionem radicis constellationis selectissimæ occasionem offerri. Tum enim non solum Saturnus & Venus, verum etiam Sol atque Luna in signo Libræ inuenientur, & reliqui Planetæ cum tota astrorum multitudine in hanc rem fælici positu conspirabunt.

Nobilissima radicis fodiendæ occasio futura Anno 1598. 20. Septemb. ♄ ♀ in ♎ ☉ positis ☽

Caput duodecimum.

DE BIBENELLA ALEXIMORO, SIVE BIBENELLA VERA FÆMINA, QVÆ ALIIS PIMPINELLA ET PAMPINVLA APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Lo moiuthophibincla. לַעֲרָאֶבְנַפְּרְפֵּל: λιθοπεπέρι ἢ Ἀθανατοφιβίνελα. Steinpfeffer. Vntödtlich machendt Bibenell. Hyrodes Pachoro ..... parat. Pachorus fuga sibi consulit. Origo appellationis. Surinæ victoria de M. Crasso inter Carras & fluuium Balissum. Hydropici morosi. Hyrodes Rex Parthorum. Mala admodũ pro re fideliter administrata gratia. Animus liberalis Pachori. Phaartes consilium init de patre veneno tollendo. Iosaphatus Iudæus & Medicus. Varietas sententiarum de Siclo inter Historicos & Theologos. Ferrum hastæ Goliath. Coma Absolonis. Iosephus. Ezechiel. Gerah. מָנֶה Mina. Leuit. cap. 27. Num. 3. Pondus Gẽmariorum in pendendo Adamante Cratgewicht. Iudęorum quondã in cultu Dei maior quã nunc religio, pietas, atq; ardor. Rex impius, reprehensionem auersatur, nec ferre potest. Causa cõmunis multorum magnorum morborum. Sitis vehemẽtiss. Hyrodis et symptomata secuta. Prodigij loco id apud veteres habitum est: sed nostro tempore quidam si vel integrum cadum cereuisiæ exhauserint potius insani efficientur quã Hydropici.

ALTERA huius generis species Syris [Syriac script] Lo moiuthophibinela, Hebræis & Chaldæis לַעֲרָאֶבְנַפְּרְפֵּל Lahadepenpidepel, græcis λιθοπέπερι ἢ Ἀθανατοφιβίνελα, id est, (vt Germani dicunt) Steinpfeffer siue Vntödtlich machender Bibenell/ fuit nuncupata. Causa nominis statuitur illa, quam nunc explicando persequemur. Anno conditæ Vrbis Romæ 699. Mundi vero iuxta quorundam supputationẽ 3911. Cum Surina dux exercitus Parthici, post insignem & memorabilem de Crasso consule exercituque eius victoriam, inter Carras vrbem Mesopotamiæ & Balissum fluuium partam, insolentia quadam ob rem tam fæliciter gestã elatus, eò proueheretur superbiæ, vt Hyroden Regem suum contemnere non dubitaret, Accidit vt Rex ea re vehementissimè offensus, eum clam interfici iuberet. Hoc cum Pachorus filius maior natu animaduertisset, ob cædem ministri tam fidi et benemeriti, ac Ducis simul strenui Patrem amice reprehendit. Admonitionem istam Rex iniquissimè tulit, ita vt grauissima ira excandescens, veluti furore percit⁹ sæuiret, atque ista spirituum exæstuantium agitatione vehemẽti incensus, in sitim inextinguibilem incideret, qua infinitã omnis generis catapotiorũ copiam, & præcipuè quadam die trecentos & triginta siclos, id est (secundum quorundam calculum) sex libras & vncias duodecim, aquæ decoctæ exhausit: vnde primum vehementissima diarrhæa, hanc vero diutius affligentem epatis cum obstructione durities, et summa facultatis digestiuæ imbecillitas, tandemq; aquæ intercutis affectio est secuta. Huius ergo morbi causa vni Pachoro imputanda cum videretur, vitæ eiusdem insidias strueere cæpit. Verum Pachorus de hoc admonitus, arreptis in viaticum opibus haud contemnendis, fuga in Ægyptũ euasit. Interea cum vis morbi paulatim inualesceret, Rexque dolorum impatientia morosior effectus, tandem etiã Filij alterius (Phaartis) præsentiam haud obscurè videretur auersari, dum ad se ventitantem (forte non tam ægritudinis molestia quam consideratione proteruitatis & malitiæ Pachori iam exulis) contracta fronte & vultu truculento intueretur, Veritus itaque Phaartes, ne & sibi vis aliqua à patre efferato pararetur, Iosaphatum Medicum regium & gente Iudæũ conuenit, eumq; magnis gratiæ et beneficiorũ pollicitationib⁹ permulsum, Patri vt loco medicaminis consueti venenum aliquod lethiferũ propinaret, sollicitauit. At Medicus cum liberali & honesto esset animo præditus, sanguineque & gẽte Iudæus (quæ tum temporis legem diuinam obseruatione religiosa colebat) Deum vindicem metuit, quo minus in necem et proditionem Regis Domini sui, operam suam præstaret. Sed tamen, quoniam animo & cogitatione intueretur

DE SICLO NOTATIVNCVLA:

DE prisco hoc Iudaicæ gentis pondere, non absque errore, tam Historici quam Theologi diuersas disputationum opiniones scriptis ad posteritatẽ transmisere. Quidam enim affirmarunt siclum fuisse pondus vnius vnciæ, alij sicilici siue didrachmi, alij tetradrachmo siue semuncia constitisse voluere. Quod si itaq; Siclus vnciam pendit, sequitur ferrum hastæ Goliathæ præfixum (de quo lib. 1. Samuelis, cap. 17. dicitur) octodecim libras atq; vncias quatuor, capillitium vero Absolonis (de quo lib. 2. Samuelis cap. 14. dicitur) quotannis libras sex & quadrantem pendisse. Iosephus vero putat siclum continere quatuor drachmas Atticas, id est (vt Romano more loquamur) semunciam. Sed omnium optimè ad nostri ponderis quantitatem quadrat quod Ezechiel propheta cap. 44. viginti gera siclum, sexaginta vero siclos assem siue מנה Maneh id est, minam constituere affirmat. Sedecim enim vnciæ cum librã efficiant, octo vero marcam siue semissem, Minæ ergo pondus fuerit libra, sicli (cuius etiam Leuitici cap. 27. & Nume. 3. mentio fit) sicilicus siue duæ drachmæ, gera vero quadrans tribus nummulis constans. Et credibile est, minam hominum auaritia vncia auctã, non quantitate sed latiore tantum partium diuisione, ita scilicet vt ex sexaginta siclis, sexaginta quatuor efficerẽtur: sicut in Britannica auri, Gallica, Belgica, alijsq; aliarum gentium adhuc est vsitatum, & deniq; ex pondere quo Adamantum granitas exploratur, satis manifestè liquet.

tueretur pericula et grauißima suppliciorum tormenta, quæ ob negatum obsequium à Phaarte regno paterno nō multo post potituro (quod rege vi morbi superato certo futurum diuinabat) in iugulum & ceruices suas certißima redundatura videbantur, in colloquium cum Phaarte descendere non recusauit: in quo cum de veneno Regi exhibendo sententijs discrepantibus disceptaretur, tandem Iosaphatus Herbam Gezarrosch, quæ species Cicutæ est, & huic nostræ quam similima, obtulit: indicās per hanc aptißimam patere ad perpetrandum facinus viam. Regi enim medicamenta suspecta habere solito, venenum aliquod vix posse obtrudi. At cum virtutibus herbarum plurimū tribueret, vtpote è Syria oriundus, Syrupum ex herba ista paratum, eum sine dubio admissurum. Hac sententia consultatio est finita. Sed Medico fide præstanti animus cum esset à tanto in Dominum scelere (idq; merito) alienus, Herbam Pimpinellam afferri iussam Phaarti ostendit: qui eam, vt Homo Barbarus & rudis, venenatam illam herbam esse existimabat. Succum itaq; inde expressum atq; dilutum Regi Domino suo exhibuit, spe sanitatis ei restituendæ, studio vero simulato Phaarti obsequium præstandi, gratiamq; eius (si Regem mori contingeret) vtpote mortem pharmaco tributuri, promerendi. Potionem exhibitam Rex cum hausisset, placidè obdormiens, vehementissime cæpit sudare, ita vt lectulus ceu data opera perfusus, toto madderet. A somno experrectus morbū aliquantulum remisisse sensit. Denuo ergo Syrupum talem sibi afferri postulauit, atq; ita repetitis vsibus præter omnem cum hominum aliorum expectationē tum suam ipsius spem (non secus atque Iason ille Pheræus vomicæ incurabilis sanationem ex cuspide hostili inopinatò sensit) Medici non tam solicita industria atque arte, quam animo fide & virtute præstanti, nec non quotidiana aquæ intercutis per sudorem excretione, paucorū dierum spacio valetudini pristinæ est restitutus. At Medicus cum iam indignationem Phaartis metueret, regi rem totam exponit. Is Phaarti loco pœnæ herbam Gezarrosch exhiberi iussit: vnde ille triduo elapso perijt. Atque ita Filius iste perfidus dignas scelere suo pœnas luit, Medicus vero non solum amplißimis præmijs est locupletatus, verum etiam rationem curandæ Hydropis (quæ ei incurabilis visa fuerat) adinuenit. Ab eo itaq; euētu herba ista, à Rege, vtpote beneficio eius ex certißima morte in vitam asserto, nomen (vt græci reddūnt) Ἀθανατοφιβίνελα accepit, atq; isthic locorum celebris admodum cæpit haberi, sicut adhuc in Mesopotamia, Syria & Ægypto habetur. Cæterum hæc planta quibusdam etiam Pampinula dicitur: alijs Petrafindula, Bohemis Bedruyk, Vandalis & Sclauis Iåhbrige, Italis & Gallis Pimpinella, Germanis Bibernell siue Bibenell, Paracelso deniq;, ad differentiam reliquarum specierum, à dictionibus θήλυς & λιθίδιον, θηλιθίδιον. Experientia enim didicerat, eam contra dolorificam calculi affectionem, quam Græci λιθίδιον vel potius λιθίασιν appellant (teste vel Plinio lib. vndecimo, cap. trigesimo septimo) præcipuè sexui fœmineo auxiliari. Nascitur autem plurimis in locis Germaniæ, Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ, montibus & aridis camporum planitiebus gaudens: quales ferè sunt circa Tripolim & Damascum, nec non in regionibus Septentrionalibus, vtpote Suecia, Norwegia, & Tartaria, vbi viribus efficacior in magna copia spectatur. Quæ vero in Lusitania & India prouenit, eam credibile est à Campana longe superari.

GHEŻARROSCH.

HERBA ista est species quadam veræ & venenatæ cicutæ. Reperitur ad Euphraten fluuium, nec non in aditu Arabiæ ad littus lacus Asphaltitis in valle Choar, per quem à funestis illis deleti Sodomorum regni vestigijs, Mecham versus Mahomethi sepulchro nobilem tenditur: de quo postea suo loco pluribus dicetur.



SIGNATVRA GENERALIS.

QVA imaguncula iam ante medulla in Viro designata est, eadem quoq; hic (cum in oßibus sexus vtriusque nulla euidens diuersitas existat) medullam interiorē quæ in toto corpore fœmineo continetur, signamus.

Phaartes mortē quam alij parauerat ipse luit. Herba Gezarrosch.

Hyrodes à reddita sanitate nomen herbæ cōposuit.

Cicuta Gezarrosch vbi crescat. Euphrates. Arabia. Lacus Asphaltis. Vallis Choar. Sodomæ. Mecha.

Pampinula. Petrafindula. Iåhbrige. Bedruyk. Pimpinella. Bibenell. θηλιθίδιον.

Inopinata regis modo desperati in pristinum restitutio.

Patria. Tripolis. Damascus. Suecia. Noruegia. Tartaria. Lusitania. India. Campania. Iason Pheræus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS.

HERBÆ huius nullibi non optimè notæ, eximia est bonitas atq; vsus excellens. Radice nititur longiuscula, æquali, candida, acri & graueolente. Ea circa medium Aprilem tenero foliorum purpurascentium germine pubescens, caulem emittit, concauum, & inæqualem: qui aliàs ad quatuor, aliàs ad quinq; vel etiam sex palmorum altitudinē consurgens, ramulos siue stolones spargit, folijs in rotunditatem vergentibus, perq; ambitum serratis, & virore eleganti nitentibus, ex aduerso vtrinque consertos. E summo caulis illius fastigio, sub finem mensis Iulij vmbella emergit hilari

Forma radicis.

Forma caulis.

Luna pater Mercurij.
Sulp. vj. } Sal v. } Merc. ij. } par.
☉ 3 } ♂ 4 } ☽ 5 } partes.
Bibenella herba vulneraria
Natura eius
Calefacere.
Expellere.
Subtiliare.
Seminis nat.



☉ 6 } ♂ 4 } ☽ 2 } part.
Producta
Elixir.
Sal mordaci acredine.
Oleum
14 } 16 } 18 } Augusti fossio instit. rad.
♂ in { 15 } 17 } 19 } ♍ gr.

hilari candore insignis & odore vehementi præstans: qui tamen denique, maxime vero semine (quod petroselini nisi quod grandius est & rotundus, repræsentat) maturescente ei deperit atq; euanescit. Ad qualitatem quod attinet, Notum iam est, vel ex iam alibi etiam relatis, vitæ humanæ conseruationem non solum proprio & priuato humorum & qualitatum in corpore temperamento, sed etiam virtute quadam naturæ externa, quæ ex corporum cœlestium in hæc inferiora influxu dependet, contineri. Ex quo fundamento sequitur, omnia corpora terrestria, non tam elementorum beneficio vel (quod minus concedendum est) solo ingenitæ virtutis adminiculo, quam qualitatū cœlestium impreßione vigere, atq; ex harum trium partium concursu facultatem & efficaciam haurire. Radici ergo plantæ huius vim suam inserit Sol partibus quinq; cum dimidia, Mars quinque, Luna vna semis. Cum itaq; ei, Sol quidem calore suo partem sulphuris tenuißimi, & siccitate partem salis clarificatione dulcati: Mars vero siccitate sua sal amariusculum et craßiorum partium calore autem sulphur fæculentius & obscurius: Luna deniq; humiditate & frigiditate sua Mercurium versatilem (idque radiorum defluentium ministerio) impertiant, corporis eiusdem compositio sulphuris partibus sesquisex, salis quinq;, Mercurij sesquiduabus, necessario constabit. Caulis cum mēbris agnatis ex Sole poßidet partes tres, è Marte quatuor, è Luna quinq;: ob quam mixtionem vsu admodum salubri vulneribus adhibetur, & naturam poßidet calfacientem, expellentem et subtiliantem. Floribus & semini media inest qualitas, & salis præ reliquis copia maior, quod concursu dulcis & amari acredinem & vim corrosiuam acquirit. Vnde harum plantæ partiū & subtilitatum inde productarum natura est, resoluere, penetrare, & expellere. Sol in ijs sibi vendicat partes sex, Mars quatuor, Luna duas. Producta ex integra planta sunt, quæ in præcedente, nimirum, Oleum, Elixir, & Sal subacri mordacitate erodens. Radix foditur circa quartum, sextum octauumue & decimum diem Augusti, Marte videlicet gradum Virginis decimum quintum, decimum septimum vel decimum nonum (tum enim ventri inferiori præest) peragrante, Sole in eodem signo constituto, Luna deniq; mansionem duodecimam obtinēte. Nec minus ad bonitatem eius facit, si Saturnus, vtpote significator Hydropis, in signo Geminorum (qui ventri præsunt) tum temporis versetur. Herbam mense Iunio, circa diem secundum, tertium, quartumue & vicesimum. Sole scilicet in gradu Cancri vndecimo, duodecimo, & decimotertio, cursum suum peragente, demeti conuenit. Id si etiam fieret Ioue illud signum permeante (hæc enim duo sidera singulari quadam familiaritate & conuenientia epati et morbis eius alludunt) ad Hydropem non parum conferret. Semen in hunc vsum carpitur, antequam maturitate in pediculis arescat, die nimirum mensis Octobris quinta, septima vel nona, Sole in tertia decade quæ in Libra est, Luna in mansione decimaquinta, & Venere in Libra domo sua situm habente.

☉ in ♍
☽ in 12. mans.
♄ in ♊
Sanitatis incolumitas consistit non in solo humorum corporis ad inuicem temperamento
Herbæ collect.
22 } 23 } 24 } d. Iunij.
☉ in { 11 } 12 } 13 } g ♋
Vis influxuum cœlestium
☉ vj. } ♂ v. } ☽ ij. } par.
☉ Salis dulc. Sulp subt. autor
♂ Sulp. imp. Salis am.
♃ in ♋
Natura ♃ & ♋
Hydropis cura.
Seminis collect.
5 } 7 } 9 } Octobris.
☉ & ♀ in 3. decad. ♎
☽ in mans. 15.
♀ in ♎.

ἐνεργία, EFFICACIA, ATQVE VSVS PIMPINELLÆ VERÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in partibus corporis fœminei interioribus.

Olei vsus aduersus
Calculum.
Tartarum.
Viscosos hum.
Hydropem.

Sal *visceribus, vtpote Stomacho, intestinis, & vesicæ dicatur:* Elixir, *epati, felli, & spleni:* Oleum *humori radicali, sanguini et reliquis corporis humoribus omnibus.* Oleum, *vt præcedentis plantæ ita huius, in resoluendis craßis humorum viscositatibus (sed parte tantum virium tertia) vsum insignem præstat: ideoq; ad Hydropem (siue eā Anasarca siue Ascites siue Tympanites existat) nec non*

nec non Hydrophoides, si rite extractum pruden- ti consilio exhibeatur, auxilio efficaci adhibetur: Cerebrum quoq; à catharris & phlegmate tam vi- treo quam salso exonerat, meatus eiusdem obstru- ctos recludit, et ventriculos euacuat. Extractum Elixir epatis imbecillitatem emendat, & duri- tiem eius emollit, si per dies sexaginta quotidiè tribus vicibus, vna verò vice pondere drachmæ, in aqua ex Callitricho herba destillata trium ligu- larum mensura hauriatur. Sal stomacho & inte- stinis omnibus amicum admodum est & salubre. Illo enim ritè parato si quis tertio quoq; mense (ne id stomachus assuetus pro alimento familiari ar- ripiat) loco salis vulgaris per triduum vescatur, hocque toto vitæ tempore præstet, Is ab hydrope, phthisi & apoplexia ætatem sine dubio magna ex parte deget securus. Subtilitates istæ omnes si- mul, corpora ab aëre pestifero contagij grassantis efficaciter præseruant. In ἀπεψίᾳ, (id est, vbi ven- triculus virib⁹ amissis aut languentibus cibos in- gestos concoquere & officio fungi nequit) si per dies nouem quotidiè pondere drachmæ semis, cum olei vitrioli siue chalchanti dulcis guttis decem, tertia quaq; vice in haustu vini Cretici sumantur, non solum digestionem instaurant, sed & etiam calculos vesicæ & renum comminuunt, atque vna cum menstruis obstructione retentis educūt, euen- tu eiusmodi, vt ab effectibus prioribus duobus to- to illo anno nihil periculi occurrat, posterior verò ordinem à natura præscriptum statis mensium sin- gulorum temporibus, retineat.

Hydrophoides Wassergallen.
Vsus omnium simul sumptorū, contra Pestem,
Ἀπεψίαν, calculos, obstruct. mens. Catharros.
Vsus Elixiris aduersus epatis imbecillitatem & duritiem.
Medicamenta vsu continuo eadē exhibita ventriculus tandem assuetus inefficacia reddit, ac pro alimento familiari arripit.
προφυλάκτικον ad Hydropen. Phthisin. Apoplexiam.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PIMPINELLÆ veræ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexio- nalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Oleum, locis muliebribus inunctum, tumores & vlcerationes, quæ partus difficiles & graues in enitendo labores, quandoque ob fœtus magnitudi- nem sequuntur, sanat. Extractum Elixir, in pannis manus latitudine calidum si applicetur, ex vna quidem parte ossi ilium ad spinam dorsi, alte- ra verò genitalibus, dolores & tormina partum comitantia sedat: matricis quoque præfocationem siue (vt quidam impropriè appellant, cum locum non mutet) ascensionem cohibet, & dolores miti- gat. Sal sanguinem omnem expurgat, arterias epatis & pulmonum aperit, atq; à febre Hectica tuetur, si in aqua Scariolæ selectiore resolutum circa regionem epatis (idq; tempore nocturno ma- ximè, si sitis immodica puerperas vexet) epithe- matis modo adhibeatur.

Ad vlcerationes partium verēdarum post partum.
Matrix locum non mutat.
Ad dolores post partum.
Ad sang. impurum.
Epar } obstru- pulm. } cta
Aqua Scariolæ.
Matricis præfocatio.

Ἐνεργεία EFFICACIA, ATQVE VSVS PIMPINELLÆ VERÆ, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Herba hæc quibusdam caliditatem & siccita- tem plus quam secundi ordinis possidere statuitur: Aqua simplici destillatione inde segregata, contra aërem noxium & contagia pestifera commenda- tur. Decoctum herbæ, radicis, & seminis ex vino, traditur venenis omnis generis aduersari, & fla- tus, intestina, stomachumque angentes discutere, dolores quoque matricis lenire, menses ducere, & calculos vesicæ atque renum potenter expellere. Aqua stillatitia si quotidie bis mane scilicet et ve- speri, qualibet verò vice septem cochlearium men- sura sumatur, corpus obstructionibus affectum a- perire, & menses promouere perhibetur. Radix non solum Saccaro obducitur, verum etiam exem- plo Calami aromatici aut Gingiberis in vsum con- ditur.

Veterum de qualitate herbæ huius iudicium.
Pestis remediū.
Ad flatus.
Menses recētos.
Calcu- los vesicæ renum.
Obstructiones.
Dolores matricis.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PIMPINELLÆ veræ, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexio- nalis, in membris corporis humani exterioribus.

Planta hæc nudæ cuti applicata in sinu si geste- tur, lac copiosum præbere creditur. Aqua stillati- tia cum Caphura mixta, & manibus atque faciei lotione adhibita, mulierculis venustate & forma eleganti placere studentibus, cutem nitidam & aspectu iucundam præstat, næuos quoque siue ma- culas extergit.

Ad vbertatem lactis.
Ad venustatem vultus, et næuos.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS PIMPINELLÆ veræ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cælestis, & miraculosa, ex reliquis omnibus exoriens, atque effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Obiectio.

Non deerunt forsan hoc loco aliqui, qui sibi multum sapere visi, mirari non dubitent: Qui fieri possit, vt radice ista affectio aquæ intercutis sanetur: cum natura eius sit, humores viscosos calore exiccatos atq; condensatos resoluere, rationi vero magis consentaneũ videatur, constipantibus et siccantibus potentiorem inesse ad morbũ hunc curandum virtutẽ quam resoluentibus.

Responsio.

Eiusmodi obiectionis argumento nos tali ἀντιλογίᾳ occurrimus. In radice ista nõ solum inesse vim discussoriam, sed & alias quoq; virtutes vtpote attenuantem atq; expellentẽ (quibus omnium maximè excellit) in ea recondi. Quas si cognoscère studuerint, facilè sibi persuaderi patientur, Pimpinellã, diuino accedente auxilio, effectus eiusmodi præstare.

Quomodo radix ista curationem Hydropis moliatur & peragat.

Nam cum species Hydropis (siue Tympanitis sit, siue Anasarca, siue Ascites) ex digestione imbecilli atq; adeo corrupta, epatisq; duritie & obstructionibus, quas error & vitium nutritionis comitatur, originem trahant, Radix ista ob partium tenuitatem penetrantem, non solum stomachum, verum etiam epar in integrum restituere atque ad sanitatẽ pristinam reducere potest. Immo, cum ægritudine tali affectis, nutrimentum omne in humorem frigidum & phlegmaticum transmutetur, & loco sanguinis sinceri per omnes corporis partes distribuatur, vnde corpus intumescere & deforme reddi necesse est: Hæc calore suo naturali, epar humorũ frigidorũ inundatione oppressum calefacit, atq; humorem radicalem vitio contracto ad putredinem vergentem renouat & instaurat. Etenim materia quæ iam putrefactione occupari incipiens, primo in viscositatem tenacem, tandemq; in tartarum abit, ista instauratione à symptomatis non solum præsentibus vindicatur, verum etiam ab imminẽtibus defenditur, morbiq; causa vniuersa remouetur. Præterea, cum in hoc affectu adsint fastidiũ & nausea cibi, vnde primum substãtia carnis extenuata contabescit, hincque succedens vel Tympanites in locum deperditi ventositatem copiosam, vel Anasarca viscositatẽs multas, vel deniq; Ascites aquæ plurimum inducit, Hæc ventriculo & intestinis purgatis, appetitum prostratum restituit, nutritionem instaurat, humiditates ventosas & tenacem tartari viscositatẽ per sudorem et vrinam copiosam excernit: qua excremẽtorum purgatione etiam epati plurimum prodest, eiq; vigorem pristinum reddit, ita vt laxitate spongiosa in æquabilem mollitiem restrictũ, eq; pallido colorem rubicundum contrahens, chylum à ventriculo per venas mesaraicas (in hoc à natura fabricatas) integris viribus excipiat, & digestione secunda peracta, loco humoris illius vitiosi sanguinem sincerum & sanum in posterum propaget.

PRÆPARATIO MEDICINALIS.



RADICEM ad speciem aliquã Hydropis adhibendam, commodissimum fuerit, antequam herba supra palmi altitudinẽ excreuerit, & quidem dum Saturnus in Cancro versatur, summo diluculo ante ortum Solis fodisse. In primis autẽ attentione accurata est animaduertendum: Si hic morbus in muliere curandus veniat, vt æquali proportione pars vna dimidia ex Pimpinella mare, altera ex fœmina hoc capite descripta, nulla tamen earum facta permixtione eligatur: Sin in Viro, pars dimidia ex Pimpinella fœmina adhibeatur: atq; ita extractum Elixir ex planta mascula mulieri, ex fœmina Viro propinetur. Cum enim Pimpinella fœmina frigidiuscula sit, virum natura alioqui calidiorem ab inflammationibus epatis tuetur: Pimpinella vero mas, cum & calore & siccitate præpolleat, calorem naturalem in muliere (quæ qualitate frigida & humida Viro superior est) instaurat, & digestionem humorum promouet. Sed si medicina facienda sit in partibus corporis externis, suam cuilibet sexui speciei subtilitatem (Viro nimirum maris, Mulieri fœminæ) applicare conducet: Hacq; via haud vulgaris sortis Homines tam Viros quam mulieres ab Hydrope liberaui. Nequaquam igitur vel cum ordine naturæ vel prima instituti nostri hypothesi pugnat, pro conditione rei, Viro speciem herbæ fœmineam, Mulieri masculam, siue vtrisq; sobolem, puero vtramuis exhibere: de quo etiam cap. 6. & 7. iam ante monuimus. Sed vt præparationem nostram persequamur, Radices in vsum dictum destinatas, primo à sordibus, nulla tamẽ humectatione adhibita, mundiuscule purgatas oportet. Inde per radulam trita, in vasculo è ligno querneo recens fabrefacto B, sale purissimo condiuntur, ita vt ramentis ad duorum digitorum transuersorum altitudinem iniectis, Sal ad dimidij excrescentiam insternatur, idq; alternatis struum ordinibus, donec vasculum impleatur. Tum demum sale postremum superinsperso, operculum querneum amplitudine & rotunditate conueniens imponitur: quo saxis grauioribus A onerato, vasculum in locum frigidum seponitur, ibiq; per dies triginta asseruatur. Conditura ista instar potionis cuiusdam tandem efferuescit, hoc facto à spumis fæculentis mundata, destillatione per balneũ omni humore spoliatur. Aqua excepta in vsum reponitur. Hinc ergo Hydropisis curanda si sit, radices Pimpinellæ recentiores in orbiculos ad nummi similitudinẽ dissectas in cucurbitam immittimus, aqua modo dicta pari pondere affusa. Cucurbita, vbi optime obturata in arena calida per horas duodecim quieuerit, contenta donec arescant (sine vstione tamen) exquisite destillamus, destillatione in aqua eadem tertium repetendo, & totidem vicibus radices recentes substituendo. Superstes ille ex tertia segregatione humor, contra Hydropem per dies nouem & quidem Luna decrescente, sexta quaq; hora partim pondere drachmæ bibitur impermixtim, partim panniculis instillatus cruribus tumentibus, ventri & genitalibus in Viro, pectini siue regioni supra verenda in muliere, regioni deniq; epatis & lienis in vtrisq; calidus applicatur.

paget. Hac ergo ratione, diuino indulgente auxilio sanatio Hydropis perficitur, si subtilitates plantæ huius, (intrinsecus quidem Elixir & Sal, extrinsecus vero oleum) cum balneo ex herba, radice & semine in vsum adhibeantur. Porro si radix cruda solummodo appendatur, herba vero arefacta illigetur, humorem ea loco subiecto detrahit, ita vt ariditate deposita quodammodo humescat: vnde aduersus Hydropem non immerito commẽdatur. Si vero minutim cōcisa adipe maialino, donec colorem nigrum acquirat, frigatur, inde vero adeps ille percoletur, vnguentum præbet ad vulnera humecta omnium præstantissimum, et ad fluxum ἀνευρίσματος *cohibendum præsentaneum.*

Ratio applicationis. Ad vulnera manantia. Attractio humiditatum. Fluxus ἀνευρίσματος.


Caput decimumtertium.

DE BIBENELLA NIGRA SOBOLE, QVÆ ALIAS BIPENNVLA ET SOLBASTRELLA APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



ERTIA hæc Pimpinellæ species Syris dicitur [Syriac script] *SCHachdorphibinela, Hebræis* שחראבנפדפל *Schachorebenpidepel, Græcis* μελαμφιβίνελα, *Latinis Bibenella nigra, Germanis* Schwartz Bibenell, *idq; tam ob corticis externi nigredinẽ, quam herbæ virorem nigricantem, & colorem seminis ex fusco in cinereum vergentem. Quibusdã pro Caucali Dioscoridis habetur: alijs Daucus Syluestris, cap. 15. describendi, esse creditur: Officinis appellatur Pimpinella hirsuta: Paracelso* διώνυμος *fuit, qui eam à vermiculis quidem noctu lucentibus, forte quod hi circa radicem plerunq; nidificet* λαμπυρίδας πέπερι, *à dictionibus vero* παῖς, λίθος & νίκω, *quod hæc, vel veterum plurimorum testimonio, calculum vesicæ & renum, quem* λιθίασιν *vocant, in pueris potenter educat,* παιδολιθονίκην *nuncupauit. Vndiq; ferè terrarum prouenit, præcipuè tamen solitudines, & loca inculta, sabulosa atq; aprica amat: copiosissimam vero producunt cum alijs herbis apprime salubrib⁹, cāpi Tolani Marchiæ Brandeburgẽsis, inter Burgsdorfium pagum & arcem Netzlingam in sylua Garlebiensi siti: ita vt breui tẽporis spacio, huiusmodi generis plantis integrum plaustrum quis complere facilè possit: nec minori frequentia circa Tunetũ in Affrica (cum ea loca arenis abundent) & mare Mortuum in Palæstina spectatur.*



SIGNATVRA GENERALIS.

QVAM in signanda medulla, Viri quidem capite vndecimo, Mulieris vero duodecimo, ossium effigiem adduximus, Illam quoq; hoc loco ad signaturam eiusdem in corpore puerili teneræ pinguedinis, reducimus atque accommodamus.

[Syriac script] Schachdorphibinela. שחראבנפדפל Schachorepenpidepel. Μελαμφιβίνελα. Bibenella nigra. Παιδολιθονίκη. Patria. Campus Tolanus ad syluam Garlebiensem in Marchia. Caucalis Daucus syluestris, Pimpinella hirsuta. Paracelsus. Λαμπυρίδας πέπερι. Steinwurmpfeffer. Tunetum. Mare mortuum in Palestina.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.

PLANTA hæc, quam aliquis ob quantitatem quidem, Pimpinellam maiorem, ob folia vero & caulem Apy formam imitantem non immerito Pimpinellam crispam dixerit, radicem habet satis robustam, sæpe digiti crassitudinem æquantem, cute nigricante obductam, intus candidam, succiplenam, ac si prematur humorem acrem & flauum fundentem. Caule assurgit hirsuto, intus inani, nodoso & firmo. Folia incisuris profundioribus ad medium vsq; secantur, atq; virore intenso nitentia, per pediculos singula singulis seriatim sibi inuicẽ opponuntur: odor eis naribus haud vtiq; gratus. Flores in vmbellam candicantem instar Cumini conglobati, alicubi mense Iulio emergunt. His tandem succedit semen à vulgaris Petroselini non sane multum abludens: Vnde, qui hanc plantã Petroselinum Macedonicum esse existimarunt, quanquam id ab hac diuersum sit, magis venia digni, nec acerbius insectandi aut in crimen vocandi videntur. De qualitatibus, ostendit accurata mysteriorum naturæ cognitio (à qua nullum Medici nomen & officium profitentem decet esse alienum) Radicem istam ex virium cœlestium beneficio, præcipua quadam temperamenti bonitate præditã, & compositam à Sole partibus quatuor cum dimidia, à Marte totidem, à Luna tribus: atque ita ratione qualitatis constare partibus Sulphuris quatuor cum dimidia, totidem Salis, ac tribus deniq; Mercurij. Cum ergo siccitatis & caloris insint partes nouem, humiditatis tres, iuxta Regulæ Veteris sententiam, ea in secundo ordine calefacientium, primo vero siccantium reponetur. Duas enim sibi partes vendicat calor, vnam siccitas, reliquum humiditas & frigiditas Lunæ, quæ nos

Pimpinella Maior, Crispa. Qualitas radicis

☉ iiiij } par.
♂ iiiij
☽ iij

Forma caulis.

Sulp. iiiij } p.
Sal iiiij
Merc. iij

Flores. Semen. Errantes nõ quo pro lapsi sunt inhumaniter relinquere conuenit, sed vnde declinarunt eò recta via reducere. Alia graduum Philosophiæ veteris & recentis collatio.

Pimpinella.
☉ 4 }
♂ 5 } part.
☽ 3 }



Qualitas plantæ totius
Sanans.
Conseruans.
Instaurans.

Producta
Oleum.
Elixir.
Sal.

Tempus fodiendæ radicis
September
♏ Ascend.
☽ in ♎

nos Mercurium appellamus, occupauit: Vnde quatuor partium gradus efficiuntur. Neq; vero quis hoc loco autumet, Cum Mars atq; Sol natura constent calida, ideo gradus caloris & siccitatis ab ijsdem augeri atq; intendi. In tali enim mixtione animaduertendum est, quantū Mercurius, quē Luna immiscet, frigiditate & humiditate sua de calido & sicco subducat. Quod præter admonitionem supra præmissam, vt simplex doctrinæ nostræ sententia illustraretur, hoc loco denuo (quanquam alio modo) visum est Lectori subijciendum. Caulis, herba, folia, & pediculi cum stolonibus, à Sole possident partes quatuor cum vna quarta, à Marte tres cum quartis tribus, à Luna quatuor. Flores & semina cum plus acrimoniæ habeant, soli acceptas referunt partes quatuor, Marti quinq;, Lunæ tres. Atque ita integræ plantæ cum ex naturali cōpositionis suæ constitutione, tum virium cœlestium afflatu, facultatē inesse, sanantem, conseruantem & instaurantem, effectu ipso atque vsu experimur. Producta ex eadem sunt, Oleum, Elixir, & Sal mordacitate penetrāte amarulentum. Radix foditur mense Septembri, Scorpione Ascendente, & Luna in Libra constituta. Herbā nouellam demeti cōuenit sub exitum Maij: Sole scilicet in Geminis, & Luna in gradu Scorpionis, tertio, quinto septimoue, in mansione decima commorante. Semen carpitur circa diem mensis Septembris decimum septimum, decimum nonum, & vicesimum primum, Sole primos decem gradus Libræ, Luna vero gradum Scorpionis vel vicesimum octauū, vel vicesimum nonum, vel tricesimum permeante, et quidem dum adhuc rore matutino madens, nullo alio cœli pluuij humore rigatur.

Herbæ collectio
Maius
☉ in ♊ { 3, 5, 7 }
☽ in ♏ { 3, 5, 7 }
15. mans.
Seminis collectio
D. Sept. { 17, 19, 21 }
☉ 10. gr. ♎
☽ in ♏ { 28, 29, 30 }

Qualitas caulis
☉ 4. 1 Quart.
♂ 3. et 3 Qua.
☽ 4. part.

MODVS DESTILLANDI.



PRÆCEDĒTI capite septimo, fol. 28. modū destillationis, quod spiritus siue subtilitates herbæ, ibidem descriptæ, compendio & recta in decliue ferantur, cum natura equi contulimus. Hoc vero loco, cum subtilitates triū herbarū præscriptarum, naturali quadā ingenij proprietate & propensione in accliue efferri soleant, atq; ob essentiam materiæ nonnihil terrestris trahentem, motu lentiore spacioq; longiore & altiore duci desiderent: Ideo organa destillationi earum seruientia, imagine Cameli siue Drodemedarij placuit adumbrare. Estq; ea res hoc fere modo accipienda. Partium subtilitas ex ventre organi inferiore, quasi aluo Cameli litera A notata, per collum incuruum atq; ad similitudinem literæ S flexuosum, vsque ad Alembicum B eleuatur: in quem quicquid guttularum collectum est, siue olei siue alterius humoris, id per rostrum in receptaculum C deriuatur. Atq; hæc est ratio & modus, spiritum atq; vim animalem, ab his & similibus plantis segregandi ac educendi.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS SOLBASTRELLÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Sal pinguedini
Elix. medullæ
Oleum neruis familiare.
Vsus omnium simul
Contra podagrā.

Ad calculos
Vsus Elixiris contra pestem.

Sal *plantæ huius pinguedini familiare deputatur*, Elixier *medullæ*, Oleum *tendonibus atque neruis. Omnibus his subtilitatibus, communis est cum prioribus (quanquam secunda tantum parte efficaciæ) in dissoluendis atque eyciendis calculis & tartaro facultas. Priuatim vero Elixir, præsentaneum est aduersus venena antidotum, si intoxicato æstum percipienti in aceto, sin frigus in vino bibendum exhibeatur. Oleum atq; Elixir, pari mensura cum tricesima parte olei vitrioli si permisceantur, sale (quantitate his omnib⁹ analogo) vt resoluatur, iniecto, liquorem reddunt: qui pondere semunciæ ex vino rubro & generoso vsu frequenti post*

CONFORTATIVVM CORDIS.



SAL diligentissime depuratum, atq; in Extracto Elixier subtilissimo eiusdem ponderis resolutum, oleoq; ponderis ad vtraq; subtripli & croco subtricenarij admixtum, in cucurbitulam Alembico cæco, id est rostro carente, siue (si rem exquisitius tractare volumus) in organum A, orificio B firmissime oblutato, si condatur: Cucurbitula dehinc in arena calida per dies sexaginta naturales foueatur, Tum materia contenta (modo calor ignis quem secundi gradus nec intensiorem aut remissiorem esse conuenit respondeat) in lapidem concrescit. Is in aqua vitæ fortissima dissolutus, & per filtrum, ne quid fæcium inhæreat, cola- ⁎

post cœnā sumptus, podagram demum profligat, & nodos digitorum in manibus ac pedibus soluit. Ramicem quoq; puerorum Elixier curat, si pondere duarum drachmarum dies triginta singulo vero die bis ex aqua Perfoliatæ propinetur, et ligatura ritè administrata, motus omnis vehementior, vocisque contentio vitetur. Simili vsu cum oleo adhibitum, seminaria calculi debellat, atque ne repullulet in posterum, vetat.

* *tus, hincq; digestione dierum triginta siue (si opus sit) sexaginta in soliditatem priorem redactus, colorem Hyacinthi contrahit, duritie Caphura: & tertiū inter præcipua ingredientia Laudani Theophrastici locum obtinet, confortatiuum cordis præcipuæ bonitatis & excellentiæ: Dosis est, trium, quinque, septemue granorum.*

Laudanus Theophrasti.
Ramicem puerorum.
Seminaria calculi.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS SOLBASTRELLÆ, DOctrina Paracelsica corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Oleum, *neruos & ligamenta vel ex frigore rigentia, siue luxatione distorta locoq́; mota, emollit, reducit, & in integrum restituit.* Sal, *quæuis vlcera patentia atque corrosione depascētia, sanat et expurgat: verminum quoq; in iisdem & carnis putridæ generationē prohibet, fœtoremq; emendat.* Elixir *mēbris fractis applicatum, ea ab inflammationibus et alijs Symptomatis malignis tuetur, ac dolores mitigat: vulneribus atque ictibus mundificandi causa adhibitum, succedente dehinc inunctione ex oleo, tormina sedat, atque eadem ab affluxu* ἀνευρίσματος *tuetur. Idem cum oleo, apostemata venenata & qualitate pestilentiali imbuta sanat, vimq́ue & potētiam veneni hebetat. Regioni splenis calidum si applicetur, duritiem eius emollit, & dolores lateris sinistri tollit. Epithematis modo adhibitum, regioni quidem cordis, ardores febriles compescit, capiti vero Cephalalgiæ medetur, & catharros educit.*

CONTRA ISCHIAM.

SALI, oleo, atq; Elixir herbæ huius præcipua inest in propulsanda Ischia vis atq; efficacia: primo quidē potui dato, secundo vero cum tertio inunctione circa coxendices applicato. Vsus eorum atq; adeo cura Luna decrescente suscipi desiderat: ac Sal quidem per dies triginta hora antemeridiana pondere drachmæ semis est hauriendum, Hora vero Pomeridiana coxendices ad ignem calidiusculum nulla accedente humectatione siue balneo inungendæ, vsu tali indies repetito, nec quæ ad moderatam victus conuenientis normam spectant, neglectis aut omissis.

Olei vsus
Ad neruos { rigentes, dislocat., distortos.
Sal ad Vlcera { verminosa, fœtida, putrida.
Elixir ad Inflammationē, Doloresq; in fractis.
Vulnera sordid.
Ἀνευρίσματα.
Apostemata pestilentialia.
Duritiē splenis.
Causona.
Cephalalgiam.
Catharros.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SOLBASTRELLÆ, DOctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Quidam Medici hanc plantam in secundo calfacientium & siccantium ordine statuunt: Ac docent: Castoreū pondere vnciæ semis ex quatuor vncijs aquæ plantæ huius stillatitiæ potum, cōuulsionem neruorum & tendonū curare: Decoctum plantæ, ex vino quidem si bibatur, pulmones purgare, venenum ex sanguine expellere, & tussim sedare, Cum semine vero Sinapios & aceto si misceatur, humores maleficos per sudorem vacuare: Succum epotum, febres curare: aquam eius stillatitiam cum croco sumptam, doloribus mitigatis somnum inducere, cor debilitatum & languēs cōfortare, omniaque grauamina eius & affectus melancholicos depellere: Radicem deniq; (quod etiam ex nomine liquet) calculos vesicæ educere, si vel cruda vel cocta deuoretur.

CONFORTATIVVM DIGESTIONIS.

D. Hieronymus Cardanus Vir excellēti eruditione insignis, cum aliquando comite P. Paulo Vergerio tum dignitate Cardinalitia spectabili, Taranti in valle Inensi apud me diuertisset, asseuerabat: Experientia sibi cognitum, Si vinum in quo radix ista per triduum macerata sit, Luna in Sagittario constituta, & ventre ieiuno bibatur, digestionem magnificè iuuari, nec quicquā hoc auxilio præstantius reperiri posse videri. Hunc sermonem excipiens Cardinalis Vergerius, Quid igitur (inquit) subtilitates eius præstaturas putas? Respondit Cardanus. Hercle plurimum, præsertim si circa mensis Nouembris medium, Sole Sagittarium peragrante, fodiatur, eoq; modo vsurpetur.

Veterū de qualitate huius herbæ iudicium & Vsus ad
Podagram.
Pulm. obstruct.
Sang intect.
Tussim.
Humor. malign.
Febres.
Vigilias.
Cordis lang.
D. Hieronymus Cardanus.
P. Paulus Verg.
Tarantum in valle Inensi.
Melancholiam.
Calculos.

NATVRA, PROPRIETAS ATQVE VSVS SOLBASTRELLæ, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Pueris, catharris si diuexentur, radix appensa succurrit. Cum herba vero concisa, & supra vmbilicum & tergum circa os Ilium illigata, calculos quibus laborant, exigit. Succus eius ex albumine oui illitus lichenas, eorundem malignos profligat, & asperitate detersa sanat.

Ad puerorum Catharros.
Calculos.
Impetigines.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS SOLBASTRELLÆ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus effluens atque exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Ad digestiuam roborandam.
Ad humores glutinosos soluendos.
Sanationem vulnerum maturandam.
Veneficia, & contagia arcẽda.
Herpetas et morbum Gallicum curandum.
Odor radicis animalib9 gratus.
Correctiuum vehementius purgantium.
Planetæ retrogradi omnẽ operationem medicamenti inhibẽt & in deterius vertunt.

Radix tempore supra indicato fossa, inq; orbiculos concisa serico si insuatur, & hora decubitus loco fasciæ pectoralis stomacho superligetur, ventriculum roborat, digestionem promouet, & humores viscosos incidit & resoluit. Ex collo gestata siue vestibus insuta, creditur vlcera, vulnera & plagas sanationi ac maturationi reddere idonea, nec non incantationum in rem Veneream veneficia, atq; aëris pestilentis contagia arcere, ac herpetas miliares & morbum Gallicum curare. Odore eius omnia animalia delectantur, id quod in equis, canibus, felibus, & alijs bestijs ipse sæpius animaduerti. Scorpione vero Ascendente fossa, medicamentis violentius purgantibus (qualia sunt colocynthis, Veratrum, Esula, Tormentilla & similia) si permisceatur, ea non solum innoxia reddit, sed etiam absque molestia vim suam exercere facit: quod etiam de Subtilitatibus intelligatur.

CAVTELA.

Planetarum, quibus morbus Extractis herbæ huius profligandus subiacet, vno siue pluribus retrogradis, non solum opera applicationis perditur, verum etiam malum ipsum exacerbatur. Plantam itaq; tam præsenti quam alias quouis tempore præstat, quantum fieri potest, Planetis potius in antecedentia tendentibus, nec infra Horizontem nostrum depresßis, quam Retrogradis et sub terra latentibus, effodi.

Caput decimumquartum.

DE DAVCO GERMANICO MARE, GERMANIS VVLGO Elsenach SIVE Erlach NVNCVPATO.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Dioscorides tria Daucorum genera constituit.
Inuentis recentibus quę vetustatem latuerunt, fides denegatur.
Daucus inter Saxifragas relatus.
NOMEN.
Gezar.
גזר דמעח
Gezar Demehah.
Maihetze Chãmon.
Λυσίλιθος.
Calculirupa.
Planta hæc veteribus incognita.
Κλυθεραχύμινον.
Natales.
Marchia, Pomerania, Megalburgensium regio &c.
Elsenach siue Erlach.

TRANSIMVS iam ad historiam Dauci, quem Dioscorides triplicem statuit, & plurimi eruditione excellentes Viri, cum variarum linguarum cognitione instructi, significationẽ appellationum exoticarum solerti cogitatione pensitarent, non temerè (vtpote) in numero Saxifragarum dignati sunt. Etenim herba, ista vel hoc etiam sæculo in Affrica, lingua Gentis Gezar appellatur: & fuit talis quædam Antiquioribus in vsu, alibi nomine גזר דמעח Ghezer demehah, quod Græcis est Λυσίλιθος, Latinis Calculirupa, alibi Maihetze chammon, id est, (vt quidam Iudæi literatiores in Lusitania arbitrantur exponẽdum) Alnocyminum seu κληθεραχύμινον, celebrata. Cæterum reperitur ea in Germania nostra, præcipuè vero in Marchia, Pomerania, Megalpurgensium vicinia, nec non Lusatia et Polonia: vbi ab incolis Elsenach vel (idiomate Germaniæ superioris) Erlach vocitatur, herba sane non vtiq; vulgaris aut vbique obuia, sed præcipuè vsus & bonitatis excellentis, de quo à nullo Eruditorum hactenus quicquam literis proditum est. Deplorãdum autem est eò hac tempestate rem deductam, vt quæ Homines non vtiq; degeneres, immensis laboribus suis & vigilijs asßiduis cognita atq; è tenebris eruta, publicæ vtilitatis gratia in medium atque adeo in lucem proferunt, Ea omnia (vel quia Antiquorum scriptis exposita non sunt, vel à captu ingenij iam viuentium obtusiore atq; ignobiliore, non secus atq; à spongia aqua, possunt imbibi aut percipi) aut vanis præstigijs conficta, aut artibus Diabolicis inuenta & extructa iudicentur. Veruntamen quanquam Veterum testimonia non excludam aut improbem, tamen cum herba ista illis fuerit incognita, non immerito fides dabitur inuentorum quid suorum (aperta præcipuè veritate sibi ipsi fidem facientium) expromenti atq; manifestanti. Prouenit itaq; (vt iam cæpimus dicere) folio maxime syluestri, &

SIGNATVRA GENERALIS.



PRÆSENTI imaguncula humorem omnem radicalem siue primogenium in corpore virili, cum is Spiritus & caloris totiusq; vitæ fomentum & pabulum existens, per totam neruorum, musculorum, atq; membranarum corporis substantiam diffundatur, placuit signasse.

ſtri, & (vt Plin. lib. 25. cap. 9. teſtatur) pingui, nec non vliginoſo, ſed tamen alnis arboribus conſito: illic enim ex harum radicibus et ſtirpibus annoſtioribus germinare conſueuit. Frequens deniq; etiam viſitur circa ſinum Perſicum & oſtia Euphratis iuxta vrbem Rhagiam, atq; in Moſcouia.

Sinus Perſicus, ſiue oſtia Euphratis. Vrbs Rhagia Moſcouia.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.



Planta hæc radice conſtat diuaricata, oblonga, gracili, fuſca, acri & odorem maſtiches ſpirante: quæ à ſtirpibus Alnorum vetulis, in locis muſcoſis & paluſtribus ſitis, initio tenello eoque purpuraſcente germine protuberans, menſe Maio, in conſpectum noſtrum emergit. Nouella autem illa germinis extuberantis ſoboles, faciem potius graminis cuiuſdam tenuis & exilis, quã herbæ foliatæ repræſentat. Hanc denſa coma ſylueſcentem, caulis dehinc purpuraſcens, atq; inſtar florũ cathenariorũ ſæpe ſex, ſæpe ſeptẽ angulis conſpicuus, geniculatus, adnaſcẽtijs pluribꝰ veſtitus & inanis, ſui è medio eiuſdem ſub exitum menſis nominati exortu diſpeſcit, hincq; in altum enitens, interdum cubitorum ſeſquiduorum altitudinem acquirit. Ramuli ſiue adnata, herba tenui eaq; eleganter viridi conſeruntur: foliola ea ſunt exilia, ſed longiuſcula & inciſuris profundioribus diuiſa, magis tenuia tamen quam Millefolij, minus quam Fœniculi, inter quæ medium quendã habitum effingunt. Floret hæc planta, quemadmodum Anethum, menſe Iulio: ſemina edit ineunte autumno, intorta, breuia, formaq; ſtriarũ caulem referentia, nec non odore iucundo, ac bonitate efficaciaq; præcipua commendata. In radice imperium ſibi vendicat Sol partibus tribus cum totidem quartis, Mars quatuor cum quadrante, Luna itidem quatuor: atq; ita Luna frigidi & humidi ſui potentia, reliquis duobus (qui viribus inuicem ferè æquantur) plurimum detrahente, Sulphuris partes tantum ſex, tres Salis, & totidem Mercurij, in ea deprehenduntur: atq; inde virtutem obtinet conſeruantem, ſanantẽm, et roborantem. Herba, quæ humoris copia radicem ſuperat, à Sole obtinet partes tres, à Marte duas, à Luna ſeptem, quam ob cauſam, neq; odore neque virtute eſt inſignis. Seminis inter reliquas partes prima eſt bonitas. Nam cum in eo è Sole inſint partes ſeſquiſex, è Marte totidem, è Luna vna, atq; ita priores duæ, æquatis caloris viribus Lunæ frigidum obtundant, ſiccitate autem quoq; humidum eiuſdem emendent: hincq; vice verſa Luna, vt humido ſiccum, ita frigido calidum vrens amborum temperet, ideo ſubtilitates eius quemadmodum & radicis, vtpote Oleum, Balſamum, & Sal, maximo emolumẽto in vſus medicos adhiberi poſſunt: atq; adeo planta ipſa, quod forte obſcuri nominis aut veteribus incognita ſit, nequaquam, vt nullius vſus, negligenda videtur. Radix foditur mẽſe Iunio, antequam flores emergant: Sole ſc. in Cancro, & Marte cum Luna in eodem ſigno exiſtente: plus autem ad efficaciam eius faceret, ſi ſignum illud tempore foſſionis foret Aſcendens. Herbam ſub exitum Maij, dum ſcilicet adhuc tenera eſt, reſecaſſe profuerit. Tum enim temporis germina

Flores.

Qualitas radicis. ☉ 3. 5 Quar. ♂ 4. 1 Quar. ☽ 4. part.

Sulph. 6. Sal 3. part. Merc. 3.

Conſeruat, ſanat, roborat.

Qualitas herbæ ☉ 3. ♂ 2. ☽ 7. part.

Qualitas ſeminis ☉ 5. & ſemis. ♂ 5. & ſemis. ☽ 1. part.

Forma radicis.

Temperatura virium & qualitatum in herbis vnde. Subtilitates ſeminis & radicis. Oleum, Balſamum, Sal.

Tempus germinationis.

P Manfredus Hiſp. Medicus. Caulis. Mira humoris in radice creſcẽtis & decreſcentis natura.

Radicis fodiendæ tempus ☉ ♂ ☽ } 69. Aſc.

Herba. Herba quando colligenda.

INFLVENTIÆ CÆLESTIS VIS.

PLANTAM iſtam, quemadmodum aliæ multa, qualitatum cœleſtium influxu, haud parum affici, Anno 1572. primum animaduerti. Nam cum in ſylua Zoſſena, ad ditionem Nobilis Familiæ Predouenſium pertinente, & varijs admodum herbis, ijſq; raris, nec non ſuccis mineralibus fœcunda, integrum ſaccum harum radicum fodi curaſſem, ex denis libris oleum pondere vnciarum duarum cum dimidia, deſtillatione elicui. Sed cum eiuſdem mẽſis, quo foßio facta erat, die viceſima octaua, comite Petro Manfredo Hiſpano, & Medico vſu atque arte excellenti, eodem reuerſus, maiorem quam ante copiam, per homines in eam rem conductos collegiſſem, in ijs cum deſtillarem nihil quicquam oleitatis deprehendi. De qua re ſequenti tempore obſeruatione attenta diſquirens, cognoui, à momento defectus Luminarium euaneſcentis, omnem vnctuoſitatem, quæ nobis eſt virtus eſſentialis ſiue animalis, radici decedere, ſed poſt dies triginta recolligi, ac tandem elapſis diebus nonaginta integrè ſibi reſtitui.

 germina

Semina quando carpenda ☉ in ♎ ☽ in ♋ ♂ in ♌ ♈.

germina eius nouella, bonitate maximè vigent: nec parum ad hanc rem conduceret, si id fieret eo tempore, quo Luna iam ferè pleno lumine fulgere incipit. Semen colligitur mense Septembri, antequam Sol Libram ingrediatur, & Luna in Cancro, Marte vero in signo calido, vt Leone siue Ariete, cursum suum peragente.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ. EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI GERMANICI, doctrina Paracelsica animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

Balsami vsus quibus partibus competat. Ad venena { calida. Frigida. Ad aerē pestilēt. Ad Venerem excit. Balsamum quibus morbis subueniat. Ad vitiosam epatis digestionem. Ad purgationē humorum. SAL radicis, herbæ, florum. Vsus salis in quarum partium morbis. Ad serpigines.

Vis animalis Balsamum, *oleum quoddam tenuium partium referens, nisi quod pinguedine & vnctuositate non vndiq; respondet, intrinsecus quidem epati, spleni & renibus: forinsecus autem musculis, & omnibus membranis carnosis familiare habetur. In haustu aquæ ex eadē planta stillatitiæ, numero guttarum duodecim si sumatur, idq; tempore vespertino à cœna per dies triginta frequentādo, epatis digestionem vitiosam tandem potenter emendat. Non solum enim omnem, quæ in eo continetur, materiam terrestrem consumit, verum etiam obstructiones eiusdem (quemadmodum etiam lienis) remouet, & aperit: præterea renes reficit, expurgat, ab imminēte periculo putredinis seruat, atque apostemata & tumores eorū profligat. Eodem modo exhibitum,* Ad affluxum ἀνευρίσματος. *ἀνευρίσματος siue serosi humoris ad articulos recens vulneratos decumbētis fluxum coercet, & similiter vice potionis vulnerariæ adsciscì debet. Qui ex morbo diuturno siue pestilente in maniam aut phrenesin prolapsi sunt, aut surditate laborant, his circa linguam, nares, aures & venas temporum decet inungi, & vicesima quaq; hora, ex iure Gallinario, numero guttarū duodecim exhiberi.*

Ad tumores Experimentum Thurneisseri. Ad maniacos, phreneticos, & surdos.

OLEVM. Quibus partibus quadret. Ad calculos.

Oleum *quod colore candido, & modo destillationis (sine additamētis) simplici, à balsamo est diuersū, cerebro, ligamentis, semini virili, & humori radicali consecratur. Ex semine simpliciter destillatum si sit, inter auxilia cōtra Apoplexiam, haud postremum locum obtinet, cum guttarum trium numero instillatur, atque arterijs & venis temporum, pari quantitate illinendo adhibetur. Præclarum etiam est aduersus venena antidotum, si ad calida quidem in aqua Lactucæ, ad frigida vero in aqua Absinthij, prouocato simul sudore, numero guttarum triginta hauriatur. Aëris præterea infecti noxas arcet, & Viro (si frequenter & liberalius eo vtatur) vires in Venerem suppeditat. Vsu assiduo sumptum, humorem radicalem inquinantia euacuat, humoresq; superuacuos & acres, exiccat, & exigit.* Sal radicis, herbę, & florum, *felli, atque omni sanguini salso & adusto, nec non pituitæ lentæ & viscosæ, dicatur: In cutis asperitatibus profligandis, & vitijs membrorum interiorū, præcipuè vero epatis sanandis, plurimum pollet. Sumitur autem isthic, loco salis communis, in esu carnis, quolibet prandio pondere drachmæ semis, licet etiam resolutum in vino bibere. Contra tumores, mihi ipsi in pluribus hominibus efficacia eius, experimento haud fallaci, cognita est. Nam humores affligentes intra nouem dies ex omni sanguine exigit, vsumque & motum membrorum ab ijsdem impeditum restituit, & grauedines adimit: Sed toto illo tempore, cibos qui assumuntur, eo conditos oportet, neque sal quoddam aliud adhiberi. Cum oleo & aqua stillatitia Dauci huius, assiduè si quis eo vescatur, eum non solum à generatione calculi tuetur, verum etiam ab iam generati copia vrgente liberum reddit.*

Oleum quibus morbis medeatur. Ad apoplexiam

BALSAMVM.



HOC loco intermittere non possum, quin priuatæ cuiusdam meæ in hac planta experiētiæ inuentum, plurimis vt spero haud parum profuturum, commemorando expromam. Radicum huius generis aridarum & minutim concisarum libris quatuor, addantur nucum myristicarum vnciæ totidē, Lachrymæ Ammoniacæ octo, Mastiches duæ. Hæc in Aceti rosacei fortis & probi mensuris quatuor, siue sextarijs sex, spacio diei naturalis macerata, in Cucurbitam collo incuruo siue retortam condantur, eaq; Alembico tecta & cupellæ (in quam arena iniecta sit, ita vt inter summas cupellæ oras & cucurbitæ aluum, spacium trium latorum pollicum intercedat) imposita igne lento, destillentur: singularem quandam solertis attentionis industriā & prouidæ dexteritatis (operosa enim est huius destillationis administratio) iudicium adhibendo. Hoc facto, phlegma candidum, atq; oleago carulea, quæ à viribus merito Balsamum nuncupatur, in receptaculum exudant, postea per separatorium diligenter segreganda, singulis (tam phlegmate quam Balsamo) suo loco in vsus Medicos seruatis. Præstantissimus est huius remedij vsus atque saluberrimus, in omnibus vulneribus, tumoribus, & vlceribus malignis, priuatim vero fistulis, carcinomatis, & similibus exedendo affligentibus malis.

OLEVM EX SEMINE.



OLEVM ex semine maturitate perfecto, & dehinc minutim trito, per organum primæ folij septimi tabellæ appictū, superinfusa primum aqua fontana limpida (magis vero conduceret aqua eius stillatitia) educitur. Quoniam autē primo & phlegma & oleū promiscue effluunt, ideo postea oleum quod supernatat, ab aqua fundum occupante, & in effluxu pracedente, per separatorium A segregatur.

NATV-

NATVRA, PROPRIETAS ET VSVS DAVCI GERMANICI, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

Succus ex herba, & radice expressus, ac cum Vernice, cera, medulla bubula, & aceto rosaceo pari pondere, donec spissescat, & formã Vnguenti recipiat coctus, ambustis si imponatur, feruorem omnem (siue ab igne, siue aqua, siue metallis acciderit) extinguit. Semen in sua ipsius aqua coctum, dehinc exemplo Sinapios tritum, capiti si applicetur, phreneticos & maniacos iuuat. Herba dum viret conquassata & imposita, Gangrænas expugnat. Quod si medulla in cruribus à frigore externo perdita sit, siue ex alijs symptomatis frigidis stupore afficiatur, ibi radix, herba, & semen in lacte ad formam pulticulæ cocta, vtiliter imponuntur. In vulneribus quoq; & quibusuis vnitatis solutionibus, planta hæc magnificè opẽ affert, præsertim autem, si aqua eius stillatitia, malum perluatur & mundificetur. Semen vino Cretico maceratum, & circa coxendices & vmbilicum calens applicatum, calculos promouet, & vrinã suppressam expedit. Herba, radix, & semen, præcipuè ante Balsamum, Oleum & Sal, morsibus animalium venenatis salubriter vsurpantur.

Vnguentum ad ambusta.
Ad vulnera.
Epithema ad phreneticos & maniacos.
Ad calculos & vrinam retẽtam.
Ad Gangrænas.
Ad medullam ossium Frigore { Torpentẽ. Perditam.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI GERMANICI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Quanquam apud Veteres (vt modo dictum est) quid de hac planta memoriæ prodiderint, non inueniatur: eam tamen agnitam, D. Caspar Melliger, Medicus eruditione & multo rerum vsu excellens, non sine insigni vtilitate ægrotãtium, & laude artis suæ, ad vsus medicos traduxit: ideoq; experimenta eius, huic loco putauimus inserẽda. Is itaq; hanc plantam solo aspectus iudicio, sed sine euidẽtiore argumenti alicuius ratione, pro specie Pimpinellæ habuit, & (fortasse quia locis prouenit aquosis) Pimpinellam aquaticam dicendam putauit. Radici vero in contagijs pestilentibus, vsum egregium tribuit, idq; non temerè: nam eo nomine, etiam in hac Marchiæ ora, nec non in Pomerania & Megalpurgensium vicinia, adhuc magnificè commẽdatur. Quod cerebrum egregiè expurget, in puluerem redactam cum Anetho, Radice dulci, nuce myristica, cinamomo & similibus, vertiginosis miscuit. Vulneribus quoque venenatis opiferam statuit, si potio inde confecta telo venenato vulneratis exhibeatur, in præparationem herba, semine, & radice accersitis.

COLLATIO.

SI planta ista non palustribus sed saxosis proueniret locis, non omnino præter rem fieret, siue ratione formæ siue virium, si Petroselino Macedonico (de quo tantum hoc sæculo disceptatur, sed nihil certi & solidi adhuc proditur) componeretur. Reperitur enim etiã hoc nostro tempore in palustribus ad fluuios Aliacmona, Ious, & Pharybus, circa radices montium Olympi & Heliconis, magna copia.

D. Caspar Melliger Medicus, quæ in hac planta medicando deprehenderit.
Ad pestem.
Ad vertigines.
Aliacmon, Ious, Pharybus } fluuij.
Pimpinella aquatica cur.
Ad vulnera venenata.

NATVRA, PROPRIETAS ATQVE VSVS DAVCI GERMANICI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus cæpæ illitus, gladios vulneribus lethales facit. Huius malitiæ vnguentum, ex planta ista confectum, medetur. Ius piscium sale coctorum (vt in Germania inferiore fieri consueuit) cum radice ista probè si coquatur, & dehinc percolatum, conuenienti Lunæ positu illinatur, omnes abscessus tumentes, nodos, oedemata, aliaq; in corpore tubercula profligat. Quod in hac ipsa Vrbe, in Othone quodam Nobili Predouensium familia oriundo (cui in capite Nata, vel potius στεάτωμα quoddam, magnitudine iuglandis grandioris excreuerat) & alijs, experientia ipsa confirmauit: quanquam optimus Vir anno secundo post, in πάθος apoplecticũ incurrit, à me biennio ante (quod multi Nobiles Virtute & gloria præstantes testabuntur) ipsi prædictum. Causam autem symptomatis illius deducebam inde, quod humor illius excrescentiæ, Medicantis opera à superficie ad interiora esset reuocatus, atq; ita error & peccatum in sanatione admissum Medici imperitia, qui doctrinæ Astrorum ignarus, temporis rationem habere neglexerat. Non solum enim curã institutam & con-

Succus cæpæ tela intoxicat.
Ad vulnera venenata.
Ad abscessus. Nodos. Oedemata. Tubercula.
Exemplum curati Steatomatis in Othone Viro Nobili è Predouens. familia.
Symptoma sanationem secutum à Thurneis. prædictũ, vnde.
Medicos in curandis morbis Astrologiæ ignaros, nec tẽporis rationem habentes, necesse est ægrotantium periculo sæpissimè errare.

& continuatam oportebat, Luna cornibus occasum spectantibus decrescente (& nequaquam crescente) verum etiam radicem, tempore huic negotio competenti, fossam fuisse.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS DAVCI GERmanici, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cælestis, & miraculosa, ex reliquis prioribus omnibus effluens atque exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Massula ad Cephalalgiam. Ad ambusta quando planta hæc refrigerãdo conducat.

Balsamum, cum Fœniculo & semine Papaueris satiui in massam redactum si odoretur, incredibile est quantum in mitigando affectu capitis illo dolorifico, qui Soda dicitur, efficaciã obtineat.

Ad Cerebrum purgandum. Somnum conciliandum. Melanch. discut.

Eodem modo nõ solum cerebrũ efficaciter expurgat, sed et somnum inducit, nebulasq́; mentis ab atra bile obfusas serenat & discutit.

Alia dissimilitudo.

Massula ex vncia eiusdẽ semis, & baccarum Iuniperi sesquiduabus, semineq́; Rutæ dimidia simul tritis et subactis,

προφυλακτικον ad pestẽ. Ad Venerem excitandam. Ad memoriam confortandam.

tempore contagij grassantis in ore si teneatur, aëris infecti noxas auertit, & sanguinem à malignitate contagij tuetur. Ex collo vero si gestetur, quosuis halitus aëris venenatos depellit, et memoriam confortat.

Dissimilis vnius & eiusdem herbæ facultas ex diuersa collectione. Ad Venerem extinguendam.

Porro tam radici plantæ huius, quam oleo vtriq; inde extracto, duplex inest natura. Si enim fodiatur Saturno ascendente, Sole vero in Capricorno siue Piscib⁹ versante, eam feruorẽ ambustorum mitigare sum expertus. Sin Marte ascendente, Sole vero in Leone siue Cancro decurrente fodiatur, vsum habere ad fluxuum frigidorũ iniurias, & affectus à frigore & humiditatib⁹ superfluis proficiscentes, cõpescẽdos. Similis virium varietas eidẽ quoq; inest, cum in accendenda tum extinguenda coitus potentia. Quod si enim fodiatur Venere & Marte in signo calido et sicco iunctis, solo gestatu desiderium auget. Si vero ijsdem in signo frigido & humido oppositis, contrarium gestantibus, vtriusq; sexus, præstat.

OLEVM EX RADICE.



OLEI ex herba & radice parandi ratio, ab ea qua de oleo ex semine proposita est, diuersum quid obtinet. Radix enim cum herba & caule in taleolas trientales dissecatur: quæ per medium secundum longitudinem diuisa, in vas duplex (cuius fundus siue venter sit angustus, os vero amplũ & capax) eriguntur. Hinc vasculo operculũ (quod in medio summitatis fastigio ad pisi magnitudinem pertusum, epistomion ventilatorium D, vaporibus, vbi opus sit, emittendis destinatũ, sustineat) diligentissime superlutatur. Spacia inter vas exterius & interius vacua, arena interiecta explentur. Hinc corpus ipsum ad ignem lentum admouetur, & oleago quam fieri potest placidissime edučta, in receptorium fastigio organi acuminatiori subditum excipitur, postea rectificanda & defæcanda.

Caput decimumquintum.

DE DAVCO CRETICO FÆMINA, QVÆ ALIAS DAVCION DICITVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Petronius Diodotus scriptor rei herbariæ quatuor facit Dauci genera. Daucus Fæmina, secunda species quæ sit. Geberwurtz siue Berwurtz. Seseli Creticum, siue Tordylion. Pastinaca syluestris. Fœniculum porcinum.



PETRONIVS Diodotus Medicus & βοτανόγραφος peritus (vt Plinius lib. 25. cap. 9. commemorat) quatuor Dauci genera distincta constituit. Quam diuisionẽ vnde ille deduxerit, & quomodo genera singula in Creta, Macedonia, Achaia, alijsq́; locis, quatenus peregrinando ea lustrauit, inuenta descripserit, hoc in loco (cum ea res ab alijs tractata sit) consulto prætermittimus, simpliciter tradentes, Herbam istam à nobis Fœminam constitui, & pro secunda Dauci specie haberi. Quod vero descriptione eius à nobis illa ipsa, q̃ Germanis Geberwurtz siue Berwurtz, Latinis Seseli Creticũ vel Tordylion dicitur, vel etiam Pastinaca Syluestris, aut Fœniculum porcinum intelligatur, tantum à mente et sententia nostra abest, quantum eandem Peucedanum siue Siler montanum esse affirmamus. Immo adducimus et exhibemus hic potius Daucum illum Creticum verum, cuius historiam Theophrast⁹ Græcus lib. 9. cap. 15. & Theophrastus Paracelsus lib. 3. cap. 53. nec non Dioscorides lib. 3. cap. 69. Plinius deniq; loco modo dicto

lib. ca.
Theoph. 9. 15.
Parac. 3. 53.
Diosc. 3. 69.
Plin. 25. 9.

SIGNATVRA GENERALIS.



QVA imaguncula capite præcedenti humorem radicalem vitæ fundamentum existentẽ, in corpore virili signauimus, Eam quoq; hoc loco ad humidi eiusdem (quod in corporis fœminei musculis, neruis, venis, & membris omnibus alijs continetur, spiritus vegetans & fouens) signaturam accommodamus.

dicto exponunt: illum ipsum inquam, quem prætererea incolæ Mauritaniæ atq; Affricæ Ciezar, Hispani Dauco Cretico, Galli Corote Suuages, Græci Δαυκ⊗, Paracelsus deniq; Daucum Syluestrem appellat. An vero eadem sit cum illa, cuius Galenus lib. 6. & 8. meminit, de eo ex forma & viribus per me cuilibet licitum est iudicare. Apud Syrios, Sclauos, & Vandalos (quarum gentium linguæ satis sunt antiquæ) quoque appellationes suas obtinuit, quorum illi [Syriac] Daaucuschas hi Chizac eam nuncupant: Arabibus Duc dicitur. Reperitur in locis præter eos, quos authores dicti nominant, etiam alijs, vtpote Alpibus Carnicis, Rheticis et Helueticis. Prouenit etiã in montibus Pirenæis, Thermopylarum angustijs in Græcia, nec non in sylua Othonis, & ea q̃ Nigra dicitur, in Germania: à me deniq; ipso etiã circa Burckhusiũ, in saltu quem Vilhart vulgo vocitant, est inuẽta.

Appellatio herbæ huius apud Mauritanos, Hispanos, Gallos. Græcos. Paracelsum. Syrios. Sclauos. Vandalos. [Syriac] Daaucuschas Chizac. Natales. Alpes { Carn. Rhet. Heluet. Pirenæi montes. Thermopylarũ angustiæ. Sylua { Othonis. Nigra. Burckhusium. Vilhart saltus.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS.



AD formam quod attinet, radicem habet hæc planta oblongam, æqualem, raro fibrarum capillamento vestitam, craßitudine vt plurimum digiti, & longitudine dodrantis: caudaq; præter hæc subtili & in acutum desinente, cortice tenui, colore ex albo flauescẽte, odore iucundo & suaui, gustu denique acri & feruẽte insignem: quæ res Ruellio et Marcello cum alijs multis opinionem illorum sequẽtibus causam forte præbuerit, vt eam speciem Pastinacæ syluestris esse existimarent. Herba nec cum primum è radice emergit, formam pinnatam refert, nec vbi omnibus partibus habitus sui absoluta adoleuit, Fœniculi æmulatur: non enim capillacea, sed folia vera gerit. Nam licet longiuscula sint & angusta, densaq; congerie succrescant, longitudinem tamen & exilitatem capillamentorum Fœniculi non æquant, sed & latitudo eorũ maior est, & extremitates acuminatæ breuiores, ideoq; robustiores & duriores existunt. Caulis, multis ramulorum adnatis more Fœniculi aut Anethi syluescit, atque (pro conditione soli) aliàs cubitalis, aliàs sesquicubitalis euadit. Ex hoc sub finẽ mensis Iulij (si locis apricis & saxosis viuat) vmbella emicat, numerosis pediculis confertim radiata, & floribus Coriandri (teste etiam Dioscoride) odorem argutum & blandum spirans. Semen mense Septembri maturescit hirsutum & candicans existens, linguamq; mansum vellicat, & nares odore grato delectat. Imperium virium suarum in radicem exercet, Sol partibus octo & vna quarta. Soli accedit Venus partibus duabus et trib⁹ quartis: imperio virtutis Lunæ vna tantum pars relinquitur. Temperamentum itaq; radicis constitutum apparet, ex partibus Sulphuris septem, tribus Salis, & duabus Mercurij. Herba & caulis facultatis Solaris obtinet partes quinque, Venereæ tres, Lunaris quatuor. Semen cum natura præditum sit admodum calida & sicca, deprehenditur à Sole regi et vegetari partibus sex, à Venere quinque, à Luna vna. Natura itaq; plantæ totius calfaciens est, exiccãs, aperiens, atq; adeo expellẽs. Radix (quia facultatem digestiuã & expultricẽ egregiè roborat) fodienda est, Sole in Virgine, Luna in Ariete, & Venere in Libra constitutis, circa diem mensis Augusti, quartum, sextum, octauumue & decimum. Herba (vt plus caloris acquirat, quo sibi coniunctam Mercurij qualitatem abundantem euincat)

Caulis. Vmbella. Semen. Qualitas radicis. ☉ 8. 1 Quar. ♀ 2. 3 Quar. ☽ 1. part. Sulph. 7. Sal 3. Merc 2. } part. Radix. Qualitas herbæ: ☉ 5. ♀ 3. ☽ 4. } part. Qualitas seminis ☉ 6. ♀ 5. ☽ 1. part. Facultas plantæ totius Calfac. exiccans. aper. expell. Radix quando fodienda. ☉ in ♍ ☽ ♈ ♀ ♎ Præsentaneum in calculo auxilium. Ruellio et Marcello cur hæc planta pro Pastinaca syluestri habita sit. Herba. Herba quando colligenda. ☉ in ♊

SVLPHVR SIVE OLEITAS.

EX plantis quas hactenus descripsimus, Sulphur omnium subtilißimum & tenuißimum, id est oleitatem qualitatis igneæ, siue nobilißimæ materiæ essentiam, fundit semẽ Dauci Cretici. Etenim si oleum istud debita fide & diligentia, in vase mundo, nec vllis antea vsibus adhibito destilletur, qualitatem acquirit subtilitatis tam penetrantis, vt si pars oßis sacri superior eo perungatur, in quadrãte horæ non solum symptomatum omnium, quæ calculus renum excitat, leuatio sentiatur, verum etiam vrina à calculorum fractorum copia, turbida prorsus & limosa quoddammodo exeat. Vnde non iniuria Oleum lapidis appellatur.

Trigono igneo. ♈.♌.♐. ♀. in ♍. Semen quando carpendum. ☉ in ♎. Luna quando maxime frigida & humida: inter ☍ & ☌ scilicet. Producta: Balsamũ, Oleago, Sal.

euincat) sub exitum Maij metitur, Sole scilicet in Geminis, Luna uero in Trigono igneo, vtpote siue Ariete, siue Leone, siue Sagittario, Venere deniq; (præsertim si sexui fœmineo in vsũ cedere debeat) in signo fœmineo, veluti Virgine existente. Semen carpi desiderat mense Octobri, circa diem sextum vel octauum, Sole in Libra existente, & tempore (quia per se siccum est, acre, & calidum) inter plenilunium & cornicularem Lunæ decrescentis apparitionem (quia tum frigido & humido nascentia imbuit) intercedente diligenter obseruato, Venere denique loco commodo & ab aspectibus malignis libero cõsistente. Producta ex hac planta cum prioris eadẽ sunt, Balsamũ scilicet, Oleago, et Sal.

ἐνέργεια. EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI CRETICI, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fœminei interioribus.

Olei vsus in quarum partium morbis. Ad Stomacacẽ. Ad lactis vbertatem. Ad menses suppressos. Pleuritis incocta siue cruda. Ad matricẽ refrigeratam, & debilem. Ad passionem Iliacam. Ad abortum profluuia. Ad partum expediendum & secundas expellend. Ad vincula matricis laxata, vel luxata. Salis vsus. Ad obstructiones. Ad epar debile. Nomen Berwurtz vnde. Balsami vsus: Ad calculos. Ad Stomacacen. Ad vlcera & apostemata.

Oleum radicis, venis mamillaribus cum reliquis, ligamentis, membranis vterum partibus reliquis nectentibus, atq; adeo vtero ipsi destinatur. Nutricibus ægre lactantibus, lac ad miraculum vsq; copiosum, atque præcipuæ bonitatis præstat. Ceruici vteri iniectum, oscula venarum acetabulariarum obstructa aperit, et superuacuum sanguinis menstrui humorem educit. In os pudendi muliebris à balneo iniunctum, matricem in partu vel frigore læsam, vel largiore sanguinis profluxu debilitatam, nec non albis mensibus inquinatam, quãtum inexpert⁹ vix crediderit, mirificè recalfacit et purgat. Matrici si instilletur, vincula siue retinacula eius, quæ vehementi nixus in partu labore, vel etiam fœtus accrescẽtis iniuria distensa, laxiora reddita sunt, siue à coxis amota, ad soliditatem priorem restringit: eamq; ob caussam Eruditorum aliqui, plantæ huic nomen Germanicum Berwurtz siue Geberwurtz videntur accommodasse. Balsamum radicis huius, musculis, et partibus corporis, cum exterioribus tum interioribus, vulneribus, apostematis, atq; alijs vnitatis solutionibus affectis dicatur. Vlcera interna quæuis, ab humorum salsorum malignitate profecta, Lupias, & qui similes sunt, purulẽtos abscessus sanat. Contra Stomacacen magnificè auxiliatur, si per dies nouem tempore matutino, maxillis (prius vino calente elotis) illinatur, nulla tum temporis aqua adhibita. Nec vulgaris efficaciæ vsum obtinet, aduersus Pleuritidas incoctas, quæ vel (vt Galenus docet) mortem celerem inferunt, vel diutius affligunt, si sexta quaq; hora pondere drachmæ exhibeatur. Eodem pondere si detur mulieribus, in εἰλεῷ siue circa ventrem superiorem torminibus, flatus cõcitatos extrudit: in partu vero, ex aqua gladiũ drachmis nouem, fœtum atq; secundam expellit. Sal plantæ totius, intestinis, vesicæ, & renibus destinatur. Cum balsamo & oleo permixtũ, quam præclarum obstructionib⁹ remouendis, & epati roborando sit auxilium, vel vnus ego in pluribus experiendo cognoui. In aqua herbæ et radicis stillatitia resolutum, & quotidie ter, pondere drachmæ semis, idq; per mensem vnum sumptum, calculos renũ & vesicæ cõminuit, & educit. Ex albicante vero Sinapios ori lauando adhibitũ, Stomacacen profligat, maxillis pristinum ruborem restituendo, & dentes vacillantes firmando.



MODVS DESTILLANDI.

QVEMADMODVM subtilitates plantarũ præscriptarum trium, propter naturam fortiorem, tenuiorem, & penetrantiorem, in sublime sed ambage flexuosa educi, atq; à corpore suo separari desiderant: Ita ferè & trium præsentium quidẽ sursum, sed tamen spacio contractiore & angustiore eliciuntur. Quia itaq; eadem & qualitate naturæ suæ attenuante ac resoluente, cum Struthiocamelo illo σιδηρόφαγον seu ferriuoro (quẽ Hebræi Iaanab, Græci στρουθοκάμηλον vocitant) similitudinem habẽt, Ideo modum destillationis earum, imagine eiusdem libuit adumbrare.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS DAVCI CRETICI, DOctrina Paracelsica, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Ad frigoris noxas. Ad nomas. Ad vlcera humida, & frigida. Ad abortum.

Oleago è radice cum herba et semine vino sublimato maceratis, partibus si inungatur vel è frigore mortuis, aut ex eadem causa torpentibus, siue motu priuatis, nec non vlcerationibus ab copiosiore humorum frigidorum affluxu excitatis, ijsdem medetur: Cumque natura eius sit, rerum acredine mordaci corrodentium, vim hebetare & infringere, ad Nomas siue vlcera depascẽtia (à causa frigida orta) adhibetur, vsu admodum efficaci & salubri. Parti inter mammas & muliebria media per triduum illita, Fœminis ex animi commotione vehementiori, aut pauore subito, abortum metuentibus,

tuentibus, fœtum atque inuolucra eius, quo minus euellantur, firmat. Balsamum *ad omnia pudendi muliebris vitia, absq; noxa & periculo vsurpatur.* Sal *frequentius si hauriatur, conceptus monstrosos, qualis fere Mola est, efficaciter amolitur.*

Contra conceptus monstrosos.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI CRETICI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Daucum Creticum, tradunt Philosophi, naturam possidere subtiliantem, aperientem, & penetrantem: decoctum seminis potum calculos expellere, menses ducere, tormina ventris discutere, fecundinam atq; adeo fœtum mortuum eijcere, venenis quoq; & ictibus phalangiorum aduersari: Radicem deniq; decoctam virilitatem torpentem, in labores nocturnos instaurare & instruere.

Vsus Dauci Cretici secundum Philosophos intra corpus. Ad Calculos. Menses. Tormina. Fæt. mort. Venena. Venerem.

NATVRA, PROPRIETAS ATQVE VSVS DAVCI CRETICI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Herba cum radice conquassata & tepida imposita, traditur tubercula, nodos & callos discutere, tumoribusq; magnopere opitulari. Cũ radice & semine probè contrita, & vbi in lebete æreo frixa fuerit, calida si imponatur, ad poros aliasq; vitiosas excrescentias dissoluendas, plurimũ commendatur: ventri epithematis modo applicata, matricem (vt vocant) ascendentem cohibet. Quod auxilium haud vulgaris conditionis Fœmina, sæpe admodum vsurpauit, & perpetuam (excepto vno casu, quo mortua est) eamq; præsentem ex ea leuationem percepit.

Ad tubercula, nodos, callos & tumores. Ad ascens. matricis. Ad poros et vitiosas excrescentias.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS DAVCI CRETICI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Radix fossa, Luna cornibus ad occasum quidem versis crescente, atque in signo calido (vt pote Leone, Ariete, siue Sagittario) existente, si contrita imponatur, festucas, spinas, glandes tormentarias, et sagittas è vulneribus extrahit, plagamq; sanitati celeriter restituit: Ortum vero spectantibus decrescente, et in signo aqueo & maligno (vt pote Cancro, Scorpione, Aquario) hærente, Tum in tali casu eadẽ nõ solum inefficax nihil proficit (infixis in plaga resistentibus) verum etiam plaga ipsa in putredinem prolabitur, purulenta illuuie diutius infestatur, & sanationem (nisi exacta diligentiæ accedat solertia) ægre admittit. Acetum factum ex radice, Sole & Luna in Sagittario decurrente fossa (quod vt plurimũ ferè circa diem mensis, secundum, quartũ, sextúmue & decimũ contingit) idq; optimo vinaceo adhibito, deprehẽsum à me est feruorem vulnerum, à glandibus tormentarijs (vel lardo perlitis vel veneno infectis) incussorũ, extinguere: si vulnera, superficie ambusta detersa, eo colluantur, ipsumque acetum potui detur. Idẽ quoq; efficitur, et dolor mitigatur insuper, si radix eiusmodi tẽpore fossa, mundiusculè lota, & minutim rasa, aceto maceretur, hinc oleo cõmuni vel (quod præstat) proprio perlita, in imum vulneris demergatur, vel (si ad oppositam superficiem vsq; perforatum sit) per illud traiecta, spacio horarum trium ibidem relinquatur.

Luna crescẽs in ♌. ♐. ♈. Extractiuum in vulneribus auxilium quãdo præstet radix.

Vsus radicis quãdo vulneribus pernitiosus. Luna decrescẽs in ♋. ♏. ♒.

Ad feruorem vulnerum tormentariorum. ☉ ☽ in ♐.

ACETVM EX RADICE.



ACETI ex radice ista parandi ratio hæc ferè est. Initio acetum rosaceum, quod bonitas saporis & odoris commendet, nec ætate annum superans in vappam degenerauerit, per Alembicum destillatur, ita vt de quadraginta mensuris (cum nobilißima aceti portio postremo extillet) antequam humor expetitus excipiatur, quatuor inutiles secernantur. Hinc radices (quas mundiusculè elotas & secundum longitudinem dissectas oportet) in vitrum A, ampla capacitate ventrosum iniectæ, rostro Alembici subijciuntur, & acetum ex prima destillatione residuum, vt in easdem destillet, calore ignis vrgetur, ferè vsque ad mensurarum quatuor residentiam, quas in receptaculo suo (quod vstionem & amaritiem quandam ingratam sapiant) relinqui, nec destillatione vlterius traduci decet. Post hæc vitrum amouetur, & (mucilaginis de aceto veteri opimo aliquantulum indito) radijs solaribus obturatum exponitur. Tunc demum humor eo contentus in acetositatem pernobilem transit, & si folia rosarum immittantur colorem rubicundum, sin violæ eleganter purpurascentem, sin deniq; Chelidoniæ flauescentem acquirit.

CAVTELA.

Plantas præscriptas tres (vt dictum) nequaquam

Qui positus in fossione vitandi.

quam Luna crescente, et multo minus in signo frigido, humido & malefico constituta, Vel etiam Saturno in dodecatemorio Scorpionis positum suum obtinente, decet effodi.

Caput decimumsextum.

DE DAVCO MAGNO SOBOLE, QVI ALIIS DBETHVCV, ALIIS DAVCVS ITALICVS APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Tertium Dauci genus. NOMEN. Dbethucu. Daucus Hortensis vnde Διρκαῖος.



ÆC est, mea quidem sententia, tertium Dauci genus, quod Africanis & Syris Dbethucu, Paracelso Daucus hortensis vel satiuus, Dioscoridi Διρκαῖος, forte à loco eiusmodi nominis in Bœotia, & fonte Dirce ibidem oriente (quorum etiam Virgilius meminit) appellatur: & quibusdam ex Galeno lib. 6. Staphylinum, quibusdam vero Fœniculum montanum, sed (vt magna Eruditorum pars existimat) falsò, nuncupandū videtur. Hebræis עזרחן Hatsdochan, (quod Latinis est milium capræ, Græcis αἰγόκεγχρος, Germanis Geißhiers) appellatur: Vnde non vtique abs re fuerit aut absurdum, si homo quis simplex, an nomen Daucus ab Hebraico Dochan, vel etiam dictionibus Græcis δόρκας & κέγχρος extiterit, audeat suspicari: præsertim cum (præterquam quod vel plurimi Excellētes eruditione Viri res longè absurdiores definière) in promptu sint verba Dioscoridis, qui inquit, Alterius generis semen Cuminum, alterius Milium æmulari, insuper quoque candidum esse & odoratum. Prouentus plantæ huius pluri mis locis est frequens, maximè autē pinguib⁹ gaudet. Sed inter alia loca, natalibus eius magis insignia sunt, iuga montium Carpathi & Senensium, nec non Alpes Helueticæ in ditione Ziricensium, & qui in ijsdē celebris est mons Pilatus.

PATRIA & Natales. Staphylinum. Fœniculum mōtanum.

עזרחן Hatsdochan. αἰγόκεγχρος. Geißhiers. Coniectura de origine nominis Daucus.



SIGNATVRA GENERALIS.

TENER ille, quem radicalem nominant humor, cum similibus vitam hominis fouentibus, qua figura signatura in corpore tam virili quam fœmineo, proditus est, eadem quoque nunc in puerili, oculis considerandus profertur.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS, DAVCI MAGNI.

Collatio Dauci Magni cum Fœniculo.



TERTIVM itaq; hoc, atq; adeo maximum Daucorum genus, folia habet ferè Fœniculi, à cuius similitudine tantum abest, quantum Spica à Lauandula, Petroselinum à Chærefolio, Pæonia deniq; mas à Fœmina abludit: in quib⁹ sc. omnibus eadem formæ facies, sed proportio & magnitudo diuersa spectatur. Ideoq; quibus forma probe fuerit perspecta, duas illas species haud difficulter scient dijudicare. Nam & folia huius quam Fœniculi sunt robustiora, crassiora, & duriora, colorq; non intenso virore nitet, sed in flauū elanguescit: imo & radix magnitudine, siue crassitudinem siue longitudinem spectes, superat. Semen quoq; grandiusculum euadit, nec oblōgum sed in formam rotundam declinat, præterq; hæc angulosum et striatum existit: quam obrem à Vetustioribus, non præter rationem, Milium Capræ fuerit nuncupatū. Sed vt dimissa collatione formā persequamur, Planta hæc nostra, cum vt plurimum nascatur in editissimis montium iugis, circa prima Maij mensis initia (quo etiam tempore à me in Anglia Anno 1548. vltra vrbem Rockdali, in monte Beck est reperta) initio coliculo vaginato exemplo Fœniculi

Tempus exortus. Rockdali vrbs Angliæ.

niculi emergit: hinc luxuriosa celeritate in altum sese erigens, vt radicem agit oblongam, tenuem, & lignosam, Ita & caulem striatum, intortum, inanem, & lanuginosum promit. Folia densa sylua conferta, robusta sunt, & colorem herbaceum, sed flauescente dilutum, spectantibus ostentant. Sub finem mensis Iunij, vmbellæ emicant, quarum superiores è singulis pediculis (quibus abundant) capitula quædam virentia, et exemplo melonū striata producunt. Hæc dehinc hiscentia, flores candidos et staminibus purpurascentibus fundunt, inq; orbem collecta, verticilla Fœniculi siue Anisi (nisi quod agmine densiore conglomerantur, & propter stamina colore purpureo extuberātia, in acutum, quemadmodū Millefolij vergūt) æmulantur. Vestigia florū defluentium (quod ferè circa finem mensis Iulij fieri consueuit) semina excipiunt, singula singulis mutuo opposita, & conferta serie conglobata. Horum quanquam forma sit eadem, in duas tamen quasi familias seu species (vt ipse expertus didici) abeunt. Partis enim (siue speciei) alterius, antequam maturitatem assequantur, decidunt, & oleum vel paucum, vel etiam nullum (quod imperfecta sint) fundunt, nec acredinem aliquam memorabilem in gustu præ se ferunt. Alterius vero, colore constant cinericeo, sapore gustantibus acri, atq; odore (qui radicis etiam est herbæ & florum) iucundo & grato. In radice Sol sibi vendicat partes quatuor cum tribus quartis, Venus duas cum vna quarta, Luna quinque. In herba imperio Solari cedunt partes quatuor, Veneri tres cum vna quarta, Lunæ quatuor cum quartis tribus. Semen quod inter reliquas plātæ partes nobilissimum est, Soli acceptas refert partes sex cum tribus quartis, Veneri tres cum vna quarta, Lunæ duas: atq; ita (cum Luna vim Veneris inhibeat, Venus vero Solis) compositio & temperamentum eius, quinque partibus Sulphuris, tribus Salis, & quatuor Mercurij constat: quibus in vnum coeuntibus, in planta hac resultat, facultas & natura, Nutriens, Roborans atq; Sanans. Radix fodienda est circa diem mensis Iulij, decimum quartū, decimum sextum et vicesimum, Sole scilicet in Leone, & Venere in Libra versante. Plurimum etiam ad bonitatem eius momenti afferret, si tempore fossionis, Venus Domina Libram Ascendentem teneret, Luna vero, à maligno reliquorum Planetarū cōtuitu libera, in domo decima commoraretur.

> Radix. Qualitas seminis
> ☉ 6¾.
> ♀ 3¼.
> ☽ 2. partes.
> Caulis.
> Herba.
> Sulph. 5.
> Sal. 3.
> Merc. 4. part.
> Vmbellæ.
> Facultas plantæ, nutriens, roborans, sanans.
> CONSTELLATIO.
> Radix quando fodienda.
> Flores.
> ☉ in ♌.
> ♀ in ♎ asc.
> Iugum Diaboli. Teuffelsjoch.
> Granata, & Loxa vrbes Hispaniæ.
> ☽ in dom. 10.

DAVCI SPECIES PEREGRINA.

CVM Anno 1559. Taranti habitans, die mensis Maij 13. per vallem Butzensem trans excelsos montes, quos iugum Diaboli incolæ vocitant, proficiscerer, fodinas quasdam metallicas inspecturus, in genus quoddam Dauci incidi incognitum. Aliud postea oblatum est, Anno 1568. in Hispania, in montibus vltra vrbem Granatam & Loxam oppidum hilari amœnitate spectabile sitis. Priori radix erat robusta, longitudine (& fere etiam crassitudine) brachij humani, odorata, cute nigricante sed crassa amicta, & carne prædita eleganter candicante ac molliuscula. quæ si premeretur, humorem albicantem, vnctuosum, densum, & thus odore excellenti redolentē fundebat: sin vero gustaretur, sapore dulci instar Pastinacæ, sese esui facilem præbebat. Herba folijs (sed non radice) præscriptæ admodum respondebat. Quanquam magnitudo esset maior, & odor ex Coriandri & Anethi videretur mixtus. Alterius cum radix tum herba quantitate erat minor, odor tamen thuris æmulus, quem etiam caulis conquassatus spirabat: folia breuia erant, sed his, quæ iam descripsimus latiora. In huius autem generis radice, herba, & floribus (semen tum aberat,) dubium non est præclaras facultatum vires reconditas, quæ tamen ratione subtilitatum huius nostræ, in vsu non vincant. Quod autem odore vehementi nares feriunt, forte à natura soli, aëris, & aliarū causarum physicarum beneficio dimanat.

Herba metitur sub finem mensis Maij, Sole in Geminis, & Luna in gradu Libræ vicesimo primo, vicesimo tertio, vel vicesimo quinto, in mansione decima quinta, Venere deniq; in Tauro versantibus. Semen carpendum est mense Septembri, Sole in Virgine, & Venere in Libra in Occidente, Luna vero (vt plus caloris imbibat) inter cornicularem incrementi sui apparitionem & plenam orbis illuminationem cōstituta. Subtilitatum, quæ arte ex hac planta producuntur, numerus & genus idem est, quod modo in Mare et Fœmina (fiunt enim inde Balsamum, Oleago, & Sal) sed virtus qualitatis dissimilis. Nec enim Balsamum hoc viribus, nec Oleum potentia, nec Sal acredine tantum valet, quantum subtilitates ex Fœmina eductæ, sicut nec illius præstant, quod Maris.

> Herba quando colligenda.
> Semen.
> ☉ in ♊.
> ☽ in ♎ gr. 21. 23. 25. mans. 15.
> ♀ in ♉.
> Semen quando carpendum.
> Septemb.
> ☉ in ♍.
> ♀ in ♎ occid.
> Seminis duæ species.
> ☽ inter ⚹. ☍
> PRODVCTA, Balsamum, Oleago, Sal, non eandem vim habent cum prioribus, singulorum enim sexuum per gradus variant.
> QVALITAS radicis.
> ☉ 4¾.
> ♀ 2¼.
> ☽ 5. part.
> Herbæ qualitas.
> ☉ 4.
> ♀ 3¼.
> ☽ 4¾.

Ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI MAGNI, DOctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.


Balsamum ex radice, herba, & semine, cordi, iecori, & cerebro (vtpote partibus vitalibus) et capiti cum agnatis, in corpore puerili proprium tribuitur. Pueris conuulsionem patientibus, si cum oleo ex Picea (quod solum violentius operetur) exhibeatur, numero guttarum trium, vsu horæ vnius spacio ter repetito, auxilium admodum salubre præstat. Ex lacte decocto ijsdem, vbi vermibus siue tineis alui laborant (quod malū huic ætati admodum est familiare) numero guttarum nouem si de-

> BALSAMI vsus in quibus partibus et morbis.
> Ad conuulsiones puerorum.
> Ad lumbricos alui puerorum.

Ad tussim, præcordiorum angustias, obstructiones arteriarum, apostemata, calculos & vrinam.
Ad remorantes menses puellarum.
Ad Stomachum purgandum.
SALIS vsus vbi.
Ad sanguinis inflammationes et febres ardentes.
נאמ: Camelopardalis, δολιχοτράχηλος.
Modus destillationis quare cõparatus Camelopardali.
In febribus ardentibus simul & refrigerantia & calefacientia iuuant.
OLEI vsus vbi.
Ad sanguinem purgandum.

si detur, vermes interficit, & absque periculo educit. In cochleari vini Cretici propinatum mensura drachmæ semis, idque quotidie ter, Puellulis, quibus post annos pubertatis (vel ob venarum exilitatẽ, vel constrictionem à causa frigida, atq; adeo obstructiones) naturalis sanguinis menstrui fluxus vltra tempus debitum supprimitur (vnde capiti, faciei, auditui, grauedines et varia symptomata alia, vt pallor, suffusio & tumor vultus, ventris, & crurum oboriuntur) opitulatur, viresque naturæ potenter roborat: ita vt symptomatum causis sublatis, dolor omnis cesset, vapores maligni à partibus inferiorib⁹, præcipue vero stomacho, ad superiora ascẽdentes retrahantur, et inflationum tumor omnis discutiatur. Oleum radicis & plantæ totius, *renibus, pulmoni, & membranis exanguibus in corpore puerili dicatur. Ideoque in lacte caprino cocto si sumatur, tussi et præcordiorũ angustiis medetur: Arterias obstructas aperit, apostemata soluit, renes expurgat, calculos ducit, et vrinam promouet. In vino vero generoso & forti nec sulphurato, cum oleo Vitrioli si bibatur, Stomachum ab humoribus viscosis exonerat.* Sal plantæ, *spleni, venis, & partibus affinitate his iunctis, appropriatur. Vnde in aqua rosacea si soluatur, inflammationib⁹ et feruorib⁹ sanguinis exæstuantis resistit, et febribus aduersatur: quod arguit, auxiliis non solũ infrigidantib⁹, verum etiã calefacientibus, ardores illos malignos compesci. Præterea non solum arterias, sed etiam venas, atque adeo sanguinem flatuosa humorum superfluitate perfusum & corruptum, expurgat & instaurat.*

BALSAMVM.



EX radice Butzenuallense, cuius modo in tabella præcedenti facta est mẽtio, Balsamum venustum admodum & salubre paratur. Si enim radix minutim concisa, & in saccum iniecta (eodem diligenter obligato) prælo robustiore, quale hic litera A appictum est, fortiter comprimatur, humorẽ ex se mittit, candidum, lentum, crassum, & vnctuosum, sed odore grato nares afficientem. Is postea per balneum placide destillatus, colorem citrinum induit, & limpiditate pellucida conspicuus, facultatem obtinet, penetrantem, incarnantem, & sanantem.

MODVS DESTILLANDI.



IN præcedentibus indicatum est, Destillationes non solum in genere simplicium, verum etiã rerum aliarum fere omnium, ad ingenium, qualitatem, & naturam speciei cuiuslibet esse attemperandas & instituẽdas. Cum ergo herbis tribus præscriptis, anima siue sulphur insit admodum tenue, ideo subtilitates inde extrahẽdæ meatu multo longiori, quam quæ crassiorum sunt partium, sursum eleuantur. Huiusq; modi exemplum seu imaginem potius, adducimus animal illud δολιχοτράχηλον, quod Hebræis: נאמ Græcis & Latinis Camelopardalis, Æthiopibus & Indis Nabin siue Nabil, vel etiam Nabim appellatur. Idq; non solum ideo, Quod quemadmodum Camelopardalis, halitum suum per arteriã admodum longã in sublime euentilat, ita spiritus harum plantarum spacio ampliore sursum extrahantur atq; subtilientur: Verum etiam, Quod quemadmodum animal hoc, secus atq; alia bruta omnia, in incessu pedes vnius lateris simul eleuare consueuit, nec vtriusq; alternatim mouendo permutare: Ita subtilitatibus plantarum istarũ ea natura insita sit: Vt, vbi corpori humano adhibitæ fuerint, primo vnum latus tenuitate sua penetrante perreptent, morbum insidentẽ profligaturæ, eoq; restituto postea & in alterum vires & potentiam suam exerant atq; expromãt. Destillatio itaq; prædicta vbi peragenda est, primũ planta in ventrẽ B conditur, & spiritus inde in organum A eleuantur.

NATVRA, PROPRIETAS, ET VSVS DAVCI MAGNI,

doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Ad fluxiones capitis fœtentes.
Ad fluxiones oculorum.
Ad scabiem serpentem puerorum die mãgrey.

Herba in lixiuio è cinere fagineo probè si coquatur, eaq; pueri Luna decrescente lauentur, fluxiones capitis fœtentes curat. Scabiem quoque ipsidem serpentem, vnde macrescunt profligat, & humorum acredinem emendat, si cum radice & floribus (quantitate manipulorum duodecim) minutim concisa, & ex vino & aqua æquali mensura dilutis, Sulphure trito pondere vnius vnciæ iniecto, decocta, similiter adhibeatur. Oleum radicis temporibus si illinatur, fluxiones oculorum sanat. Sal dentibus si affricetur, sequente collutione diligentiore, putrefactioni gingiuæ et vlcerationibus medetur. Balsamo mixtum atq; oleo, sinus atq; fistulas putridis humoribus manantes, sanat.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS DAVCI MAGNI,

doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Ad tussim.
Ad calculos.

Quidam ex Veteribus Eruditi, qualitatẽ plantæ huius siccitate & calore, in tertium vsque gradum pertingere tradiderunt. Decoctum herbæ & radicis potum, calculis renum pellendis commendatur: & ad tussim (cum arterias pulmonum aperiat, & viscositates iisdem impactas incidat, expellat & calorem insuper familiarem impertiat) vtilissimum habetur. Ad tormina mitiganda (species

cies torminis non expressa, mihi Iliaca intelligenda videtur) corpori calidū applicari iubetur. Planta ipsa in sacculo cocta, & epithematis modo, dum adhuc calet, ossi ilium applicata, Ischiæ siue coxendicum morbo medetur.

Ad tormina.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS DAVCI MAGNI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Magnam esse plantæ huius in sanando præstantiam, nō solum antiqui illi Artifices memoriæ prodidere, sed & Rustici atq; ipsa animalia bruta norunt: vnde & quibusdam in locis, Germanico nomine Wundtstreichel appellatur. Celeriter enim vulnera coalescere facit: sed, nisi inhibeatur, minus solide. Ideo ἐκπυητικοῖς id est pus mouentibus, & χαλαστικοῖς est iungenda, præsertim vbi vulnus altè descendit. Quod si sola adhibeatur, labra quidem & summas oras consolidat, sed imo sinu non curato, vlcera cuniculosa & cauernosa tandem fieri facit. Præcipuum quoq; vsum obtinet, in herpetis, & scabie, alijsq; in superficie cutis externa fæditatibus, siue vnguentis quis misceat, siue solam succo expresso vsurpet: Cutem itaq; abstergit, sed ita vt eandem scabram & duram relinquat, ideoq; Mulierculis, quæ candore & mollitie manuū placere student, non satis vsus eius competit.

Herba hæc à sanandi efficacia Wundtstreichel dicta est

Damnum vulnerum nimis celeriter coalescentium

Herba hæc vulneribus sanandis non sola adhibenda.

Ad Herpetas, et scabiem.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS DAVCI MAGNI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Herba si colligatur Sole primum gradum Arietis siue Cancri (in Ascendente positorum) ingrediente, Lunaque in eodem signo versante, tum ex coniunctione istorum duorum Luminarium (si modo per reliquos Planetas nō impediantur, & Mercurium intermediū habeant) planta hæc singulari quadam virtute imbuitur, et facultates acquirit, quam ante longè nobiliores (vtpote quæ à præstantissima syderū natura & qualitatibus defluāt) ita vt vel solo gestatu ex collo, Pueris conuulsionem Stomachi patiētibus, (qui affectus species quædā est Cardiacæ vel potius Palmi) præseter succurrat. Sin vellatur, Marte in Ariete, eoq; Ascendente constituto, fit ex ea cum Therebinthina & oleo ὁπλόχρισμα siue (vt ita dicam) vnguentum armarium, idque absque omni incantationum & coniurationum ritū, quod quidam rerum æstimatores imperiti putant: quo si telum, quo plaga facta est, inungatur, & vulnus tempore matutino vrina ipsius vulnerati eluatur, hincque nullo emplastro addito deligetur, sanatio absque omni molestia & dolore perficitur. Quod vero eadem si varijs ceremonijs & gestibus adhibitis, Sole signum Virginis ingresso fodiatur, gestatu corpus ictib⁹ & vulnerib⁹ impenetrabile faciat (vt Vir quidā doctrina & ingenio præstans, cuius nomen honoris gratia subticeo, professus est) fidem habeat qui volet, mihi certe id fieri posse, non fit verisimile.

Amuletum seu περίαπτον ad conuulsionē Stomachi puerorum.

Thurneisserus nihil quicquam tribuit efficaciæ Ceremonijs aut ritibus, qui in fossione huius vel alterius radicis adhibentur.

ὁπλόχρισμα siue vnguētum armarium, Waffensalb.

CONSTELLATIO OPPORTVNITATIS PECVLIARIS.

QVOD si quis hanc radicem ad res miraculosas efficiendas desideret, fossionem eius instituat anno futuro 1583, die mensis Iunij duodecima, Hora fere octaua antemeridiana: siue alio simili tempore, quo Leo ascendat, Sol autem & Mercurius in domo vndecima, Luna denique cum Venere in duodecima commoretur. In momentum vero illud, sub eleuatione poli grad. 48. minut. 30. hic qui adstat, incidet syderum & stellarum ad inuicē situs & figura.



CAVTELA.

Saturnus Soli, Lunæ, & Veneri aduersus si sit, omnes positus corrumpit, & actiones impedit.

♄ ☍ cū { ☉ ☽ ♀

Cum Luna in Scorpione constitutus, vires herbarum præscriptarum trium inficit et inquinat. Nec dissimilem aut benigniorem se præstat, vbi cum Marte & Mercurio fuerit coniunctus.

Caput decimumseptimum.

DE FOENICVLO MARE, QVOD ALIAS HIPPOMARATHRON VOCATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,

GENVS. Prima Fœniculi species. Hippomarathrū. NOMEN ירבוץ: Iarbutz. Othomarathrū. Fœniculum equinum. Rossfenchel. Fœniculi alij duo tantum genera faciunt. Iarbus apud Hebr. vnde ירב:ר:סם: Iarib & Sam. Paracelsus. Olus Febris. Feber kraut. PATRIA.

PLANTA hæc inter genera Fœniculi, natalibus quidem syluestris sed efficacia potentissima, priscis illis Hebræis dicitur Iarbus siue ירבוץ: *Iarbutz, Serapioni Othomarathrum, quibusdã ex Græco Fœniculum equinum siue* Roßfenchel, *& erraticum siue syluestre: ac traditur alicubi ex quorundam sententia duûm esse generum, mas nimirũ & fœmina: quod nos (cum præter tria præsentia, nullũ aliud vel qualitate vel efficacia simile inuenerimus) qualecunq; sit, hoc loco missum facimus. Apud Plinium lib. 20. cap. 23. præter nomen receptum, quod ibi refertur, etiam Myrseneum appellatur, hoc superadiecto: nihil hac planta aduersus venena efficacius habitum: idque ex testimonijs Petrichij & Myconis, sibi hoc vsu longo cognitum scriptis editis professorum. Nec dubito Hippomarathrum hoc nostrum, esse illud ipsum, quod Dioscorides lib. 3. cap. 82. descripsit, ciq; apud Hebræos nomen Iarbus à dictionibus* ירב:ר:סם: *Iarib & Sam primum extitisse, & compositione earundem Iaribsam (quod est Vincetoxicum siue νικητόξικον) denominatam. Paracelsus ei nomen Olus febris siue* Feberkraut, *et multas variasque virtutes tribuit. Nascitur autem vt plurimum Syluis desertis, nec non montibus asperis & petrosis, maximè vero sabulosis & aridis. A me inuenta est supra Brigam oppidulum in Valesia, & alibi inter Brucum vrbem, & arcem antiqui nominis Habspurg ad Arolam fluuium.*



SIGNATVRA GENERALIS.

IMAGINE hac præsenti venas totius corporis masculi, & quæ in ijs continentur, sanguinem scilicet & virtutem vitalem, vegetabilem & naturalem, signamus.

Myrseneum. Fœniculum ex veteribus commendarunt Petrichius & Mycon.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS HIPPOMARATHRI.

Qualitas. Hippomarathrũ cur loco maris habeatur. FORMA. Radix. Radicis color, odor. Longitudo. Indicium ætate radicis. Herba.

SPECIES hæc Fœniculi agrestis, radice, herba, & semine inter reliquas maxima est, calidissima, & efficacissima: ideoque lege Hypothesis assumptæ, à nobis loco Maris meritò habetur. Radix recta est, oblonga, & æqualis: colore superficiei cõuexæ in cinereum potius quam candicantẽ aut flauum inclinat: odor inest vehemens & penetrans, sed non ita vt tertiæ speciei naribus gratus aut iucundus: duritie, plus quam aliæ, cõstat lignosa: lõgitudine interdum sesquicubitalis euadit: gracilis tamen & extenuata perpetuo persistit, ita vt ad proportionem longitudinis nullam aliquã crassitiem memorabilem acquirat: natura denique prædita est tam calida, vt raro (exemplo aliarum herbarum) aliquam ex frigore corruptionem sentiat, verum restibili viuacitate in multos annos perduret, & singulo Vere herba & flore nouo germinet. Ætatem autem illius, forma herbæ & seminis arguit. Quo enim fuerit annosior, hoc magis & herba viribus augetur, & semen pinguius oleosiusq; (vt ita dicam) euadit. Herba procul quidem spectantibus (cum visus ex longinquo proportionem solummodo & formã visorum percipere, sed non vt in propinquo rectè dijudicare valeat) speciem quandam Fœniculi obiectat:

SVCCVS FOENICVLORVM.



SI radix sub finem mensis Maij, lapide quodam acuto siue osse cultrato, vsq; ad ipsam medullam incidatur: vulneratæ dehinc vasculum vitreũ (quod arte ita formatum oportet, vt solummodo humorem extillantem recipiat, sordes vero & terram incidentem excludat) substituatur: eoq; facto tam radix denudata, quam vitrum, terra reingesta simul operiantur, atque isthic ad diem vsque mensis Iulij, decimum, vndecimum, vel duodecimum (quo tempore Sol Leonem attigit) relicta, tandem effodiantur. Humor tum quidam in vitrum exudasse visitur, qui per pannum lineum & rarum (vt sordities omnis inde segregetur) colatus, in cucurbitam conditur: & Alembico turbinato (cui tria insint rostra) probe superlutato, in cupellam arenariam impositus, igne lento vrgetur. Quod vbi factum fuerit, ex capite quidem A effluit liquor, qui exceptus diligenter asseruatur: ex reliquis vero duobus (quæ litera B denotat) phlegma solummodo quoddam, qualitatis in vsu quidẽ horridæ admodum, fortis & vehementis: sed quod, vbi dierẽdo in massam fuerit coactũ, ad varios affectus, priuatim vero aduersus venena serpentum, vtiliter adhibetur.



iectat: verum folia siue capillamenta eius latitudinis quid habent, duritiemq; & crassitudinem quam illius maiorem. Caulis teres est & inanis, lineolasq; quasdam ceu strias in superficie ostentans, mense Iulio vmbella pediculosa, & eleganter candicante efflorescit. Flores foliolis densius stipantur quam prioris. Semina denique grandiuscula sunt: et quodammodo orbiculata, bina binis obuersa visuntur. IN RADICE Sol sibi vendicat partes nouem, Mars vnam, Luna duas. In herba & caule imperio Solari cedunt partes octo, Marti vna, Lunæ tres. Temperamentum itaq; eorum constituitur ex partibus Sulphuris octo, vna Salis, & tribus Mercurij: hincq; facultas quædam qualitatis existit, discutiens, expellens et mouens. Semini & cum hoc subtilitatibus inde extractis, nobilis admodum qualitatum mixtio contigit. Soli enim acceptas referunt partes octo, Marti duas, Lunæ totidem. CÆTERVM cum herbæ huius generis omnes tres (vt in tabella præcedenti commemoratum est) spiritui cum vitali tum virtuti naturali, & quicquid facultatum sanguis continet, qualitatis suæ cōuenientia & Signatura alludant. Ideo et collectio earum, ad positum Planetæ rebus vitam impertientis & conseruantis, Solis nimirū, dum is in domo propria, siue in alio quopiā signo benefico versatur, dirigi desiderat. Radix itaq; fodienda est die mēsis Iulij, duodecima, decimaquarta, & decima sexta: cum tum temporis, vim suam acerrimam partim in folia, partim in flores diffundat: atque ita viribus mediocriter imminutis, vsui sit aptior et mitior, quam omnibus simul vnitis, ideoq; violentius vim suam exercentibus. Omnium vero maximè eō faceret, si tum temporis Mars in domo Veneris, & Luna in Virgine existeret. Herba omnium maximè viget, dum flores emergentes sustinet. Metenda itaq; est circa diem mensis Augusti, sextum, octauum & decimum, Sole scilicet vltimos decem Leonis gradus perágrante, & Marte in eodem signo, Luna vero in Geminis commorante. Semen carpendum est mense Septembri, antequam exhausto nimium humore arescat, Sole nimirum in Libra, Marte in Cancro, & Luna in horum signorum aliquo versante. PRODVCTA ex hac plāta sunt, Antidotum, Oleum, & Sal in parua quantitate, sed subacre & mordacitate sua erodens.

Natura, Discutere, expellere, & mouere.
Semen.
☉ 8.
♂ 2.
☽ 2. part.

CONSTELLATIO.
Plantę huius generis omnes tres quando colligendæ.

Tempus radicis fodiendæ Iulij d. 12. 14. 16.

♂ in domo ♀.
☽ in ♍.

Herba quando metēda. August. d. 6. 8. 10.
Caulis.
☉ in 3. ♌ dec.
♂ in ♌
☽ in ♊.
Vmbella.
Flores.
Semina.
Semen quando carpendum.
M. September.
☉ in ♎.
♂ in ♋.
☽ in ♎ ♋.

QVALITAS.
Radix.
☉ 9.
♂ 1.
☽ 2. part.
Herba et caulis.
☉ 8.
♂ 1.
☽ 3. part.
Sulph. 8.
Sal. 1.
Merc. 3. part.

PRODVCT.
Antidotum.
Oleum & Sal.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS HIPPOMARATHRI, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

Quanquam herbæ, radici, & semini calor intensior insideat, beneficio tamen humiditatis accedentis, in extinguendo calore præternaturali, & maligna qualitate membra interiora peruolitante, auxilium præstant admodum familiare & salubre. Non itaq; absq; euidenti ratione, Oleum inde extractum epati (vtpote fonti & officinæ omnis humoris sanguinei) destinatur. Nam in aquæ ex radice, herba & floribus stillatitiæ ligulis tribus, per dies nouem, quotidie vero ter, pondere drachmæ si sumatur, ardores febrium putridarum (vbi scilicet humoribus inflammatione incalescentibus, vel ex intermittentibus Tertiana, vel ex continuis Synochus ὁμότονος, aut Causon, & id genus aliæ affligunt) extinguit. Quantam vero & in profliganda Angina salubris efficaciæ prodiderit, si cum oleo Chalchanti æqualiter diluatur, et dehinc pondere drachmæ aceto rosaceo rubente temperatum, aliquandiu in ore foueatur hincq; deglutiatur, de eo mihi, vel qui Anno 1566. in Vngaria aduersus Turcas militarunt, ex ordine tam equestri quam plebeio plurimi Viri honesti, testimonium perhibebunt. Antidotum arterijs & cordi destinatur. Si enim in aqua radicis stillatitia, siue

Ad anginam.

OLEVM.
Ad ardores febriles.
Expeditio bellica aduersus Turcas Ann. 1566.

ANTIDOTVM
Vsus Antidoti.

Ad venena calida qualitate prædita. Ad tussim ex fluxione calida. Ad oculos lippientes. Ad Asthma. Spirandi angustiam. Obstruct. pulm. Vngues ocul. Ad os stomachi δυσκατάκλειστον.

(quod præstat) essentia, per spacium horarum sedecim; totidem æqualiter alternatis & repetitis vicibus, pondere siliquarum sesquiquinq. exhibeatur, Venenis natura calida (præsertim Arsenici) præditis, potenter aduersatur. Oculis quoq. lippientibus & fluxionibus eorundem omnib⁹ medetur, si quolibet mense ter, & quidem ventre ieiuno sumatur. Os deniq. Stomachi, quod ob debilitatẽ non clauditur (vnde vapores libere in caput eleuati, varias noxas & grauamina afferunt) idem Antidotum astringit, et vt ad officium rediens, claudi assuescat, efficit: si à cibo sumpto, pondere siliquarum sesquiquinq., ex vino mensura cochlearis, frequenter sumatur.

SAL. Vsus salis.

Sal, venis, & arterys pulmonum, respirationi atq. spiritibus animalibus dicatur. Ex aqua Therebinthinæ sumptum, pondere drachmæ semis, tussim à fluxionibus calidis profectam curat: ex altera parte materiam in pectus decumbentem exiccando, ex altera locos inde exulceratos sanando, viscositatemq́ue Tartari impactam resoluendo & eyciendo. Plurimum itẽ asthmaticis, suspiriosis, & obstructione pulmonum affectis prodest. Pterygia deniq. oculorum, seu neruosas circa corneam tunicam excrescentias, absque periculo detrahit: si in pulverem tenuem redactum, Luna decrescente oculis inspergatur. Sed cum tenui quadam mordacitate præditum sit, superficiem oculi inde prurientem, non decet perfricare aut comprimere.

PRÆPARATIO ANTIDOTI.



ANTIDOTO conficiendo, assumito mense Iunio Radicis, herbæ & florum libras decem: omniaq́. minutim concisa; totidem libris aceti vinacei albi maceranda, vasculo probe obturato repone, vsq. ad finem mẽsis Octobris, quo scilicet tempore, Semen maturitatem assequitur. His peractis eligito semina pondere ad maceratorum quadruplo, & vbi contusa in pulverem redegeris, vino albo (pondere & proportione ad duo illa itidem quadruplo) mersa, per diem naturalem seruato. Inde cum prius tum posterius macerata, per organum B C (Secundo huius libri capite primæ folij septimi tabellæ appictum) lenta refrigeratione iunctim destillato. Tum & phlegma & oleum promiscue effluent: quibus segregatis, Oleum quidem per Alembicum in arena placide subtiliato: phlegma vero, radicibus, herbæ, & seminibus recentibus alijs, sed aridis, infundito: eaq́. in vitro A, annulo plumbeo B innixo, primum destillato, vitrum dehinc Balneo Mariæ committito. Qua re ter iterata, offeret se tibi tandem Antidotum Fœniculi excipiendum: auxilium sane ad venena selectissimum, & confortatiuum cordis præstantissimum, Arcanum denique, nulli precio æquiparandum, spiritibusq́. vitalibus & virtutibus naturalibus cum conseruandis tum roborandis, amicum admodum & salubre.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS HIPPOMARATHRI, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

Ad morsus & vulnera venenata. Ad dolorem Erisypelatum. Ad oculos caligantes serenandos. Ad anginam & tumores faucium. Ad Maniacos & Melancholicos reuocandos.

Oleo, succo, Sali & Antidoto, vsus est ad membra ab animalibus ἰοβόλοις demorsa, & vulnera ictusq́. telis venenatis illatos. Dolorem etiam Erisypelatum exquisitorum mordicantem et pungentem mitigant: id quod & puluis radicis aridæ præstat. Radix ad gingiuas putrentes, Anginam, & faucium tumores, vtiliter bibitur. Oleum angulis oculorum inditum, quantitate guttulæ vnius minutæ (idq́ue decubituris) visum acuit, serenat, & oculis gratiam conciliat. Temporibus illitum, Maniacos & Melancholicos, siue atra bile agitatos, et mente alienatos reuocat, atq. in integrũ restituit.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS HIPPOMARATHRI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veterũ de qualitate & virtutib⁹ Hippomarathri sententia. Ad flatus exigendos. Ad catharros exiccandos. Ad erectionem virgæ virilis. Experimentum D. Cardani. Cautela. Ad Obstruct. pect. Respirat. facil. Venena.

Planta hæc, ab Antiquis in tertio ordine calefacientium & primo siccantium censetur. Semen, ex illorum sententia, flatus & ventos mouet, eosq́. extrudit: capiti itaq. non inutiliter videtur adhiberi. In sistendis vero fluxionibus capitis, & exiccando cerebro humido, plurimum valere D. Cardanus (vt aliquando mihi commemorauit) vsu deprehendit. Obseruandum tamen est, vt eo ob occultam exiccandi facultatẽ, prudenter & cautè vtamur, ne cerebrum natiua sua humiditate exhauriatur. Succus, cum croco ex vino sublimato à balneo potus, flatus in membris interioribus excitat, & membrum virile arrigit. Pectori quoque ab obstructionibus vindicando, respirationi facilitandæ, venenis denique profligandis laudatissimum habetur.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS HIPPOMARATHRI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Ad oculos hebetes.

Decoctum comæ ex aqua oculis instillatum, aciem eorum obtusam egregiè iuuare affirmant.

Radix cum melle trita, maculas rubentes in facie (forte à quadam epatis intemperie profectas) abstergere perhibetur. Succus expressus, & auribus instillatus, vermiculis in ijsdem necandis commendatur. Decoctum herbæ & radicis ex aqua, ad κωλικῶν vmbilico calidum imponi iubetur.


Ad maculas in facie.

Ad aures verminosas.

Ad κωλικήν.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS HIPPOMARATHRI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Si ipso tempore ingressus Solis in primũ Leonis gradum (quod nostro tempore plerunque circa



diem mensis Iulij: decimum, vndecimum vel duodecimum accidit) radix cum herba, vllo necdum humore roscido uel pluuio humida, fodiatur: & orbiculatim concisa, in typum præsculptum, Sigilloque Solis (quale more artis cælatur) insignem intrusa, tremorem cordis patientibus primo inuasionis tẽpore appendatur, malum continuo cessat. Simul tamẽ etiam ipsa radix simili tẽpore fossa, per dies triginta ægro in potum est adhibẽda. ALbinus Cortesius Medicus Lusitanus, ex Insula Realis oriundus, plantã istam effodit, Anno 1481. Die mẽsis Iulij 18. prope Vrsulam oppidum, ad radices montis Gothardi in Heluetia. Quo tempore, cum cœlum eum, quem figura apposita oculis subijcit, Planetarum & signorum positum habuisset, in eadem has ferè virtutes deprehendit. Puluis radicis aridæ, vino forti maceratus si destilletur, primo aquam, postea oleum exudat. Hæc partibus æqualibus contemperata, vsuq́ frequẽti sumpta, his, quibus pulmones putredine contabescunt, auxiliũ præstãt admodũ salubre. Herba, radix & flores concisa, melle decoquũtur: hinc liquor melleus ex fæcibus expressus decolatur, atque deferuere missus, coctura in Electuarium redigitur: quod mane & vesperi si sumatur, phthisicis succurrit. Pari modo etiam pulmonibus, epati, & spleni, ex abscessibus siue venenis iniuriam aliquã passis, opitulatur. Radix per se, & potu & gestatu vires cordis vitales & naturales roborat, sincopaque et animæ deliquio affectos iuuat. Hactenus Cortesius. Puluis herbæ, radicis & seminis arefacti, aceto rosacco si irrigetur: & duobus panniculis sericis insutus, cum Luna decre-

Περίαπτον ad cordis palmũ.

SIGILLVM SOLIS.

Ad pulmones putredine contabescentes.

Electuarium ex planta phthisicis opiferum.

Ad pulmones, epar, & splenẽ, ex apostemate siue veneno hausto læsa.

Ad animæ deliquia.

ALBINI CORTESII ex fossione radicis in medicãdo experimenta.

SIGILLVM SOLIS.



CVM hoc loco mentionem fecerimus Sigilli Solis, haud inique facturi videmur, si de modo eiusdem parãdi (vt eum intelligant & Cynici quidam, ac cauillatores contumeliosi, qui eiusmodi imaginibus vtentes, superstitiosos præstigiarũ sectatores nominare non dubitarũt) paucis verba faciamus. Est itaq; ille, vt ex disciplina artis nostræ instituitur, talis fere. Primo eligitur aurũ putum siue obryzum, quodq́; in examine exquisitæ puritatis notas ostẽderit, vel saltẽ (si tale nõ sit in prõptu) ter per Stibiũ fusum: quantitate ea, quæ ad institutũ sufficiat: id in primo Solis in primũ Leonis gradum ingressu liquatum, dum adhuc candet (aqua refrigeratoria omissa) quassando complanatur, vel malleo in laminã redigitur, donec amplitudinem sigillo faciendo expetitam acquirat. Hoc facto lamina inter duos malleos signatorios (quos ante simili tempore exculptos oportet) interposita, vehementi collisu, vt effigiem eorum hic appictam recipiat, cuditur. Atq; hac est tota series & methodus integra, omnium illarum incantationum, coniurationum, & præstigiosarum superstitionum rituumq́; magicorum, quorum nos Inuidi quidam & mendaces omnium artium physicarum Contemptores, barbara & crassa quadam inscitia, ignorantia, atq; liuore, suis sese ipsum (vt quidam inquit) dentibus conficiente, contra omnem pietatem & honestatem insimulant & accusant. Ne vero ijdem Calumniatores & Obtrectatores nostri ignorent, quarum rerum imagines, typi & characteres, & quo fine in hoc sigillo calentur, exculpantur, cudantur aut imprimantur, Tenendum est: imagine altera repræsentari Solem, altera sidus Leonis: non quod corpus illud rotundum & ex igne cœlesti incombustibili conflatum, huius vel alterius siue hominis siue bruti faciem gerat: siue etiam signum alterũ cœleste quod Sol (dum Zodaicum perlustrat) certo anni tempore ingreditur & peragrat, Tselem siue simulachrum Leonis reuera habeat.



Sed characteres hi tantum sunt indices & significatores ingressus Solis in signa. Cum enim ingressus eius omnibus annis varient, & iuxta horas diei naturalis viginti quatuor, hoc anno in hanc, altero in illam, & sic cõsequenter omnibus annis in aliam atq; aliam incidant, Ideo tempus & character signi, id quod ingressus factus est, huc aßignatur: idq́; eo fine, vt vsus sigilli rite institui poßit. Sigillum enim si conficiatur Sole infra Horizontem depresso, nulla efficaciæ potentia pollet eodem supra Horizontem euecto: & vice versa, si paretur Sole supra Horizontẽ commorante, inefficax est, Sole infra eundem demerso. Præterea character etiã index est situs & conditionis loci, in quo sigillum ad tempus ingressus conficitur. Quia enim ingressus Solis (vt dictum est) non vbiq; locorum in vnũ momentum incidit: Ideo quod Toleti in Hispania sub eleuatione poli gr. 39. min. 55. factum est, Hamburgi ad Albim (vbi polus ad gr. 54. min. 24. altitudinem eleuatur) nihil quicquam præstat. Quæ vero loca vnum & eundem habent meridianum, siue situm sub *

Ad oculos lipp.
Ad catharros.
Obstru. cerebri.
Memor. debil.
Visum obtusum
Audits difficul.
Ad venena.

decrescit, à decubituro vsque ad tempus exortus Solis in capite foueatur, cerebrum à vaporibus & catharris maleficis liberat, obstructiones eiusdem soluit, memoriam confortat, visum serenat, & auditum obtusum acuit. Eadem radix, si tempore dicto fossa ex collo gestetur, oculos lippientes et caligantes restituere atque clarificare perhibetur: mēbra denique tā interiora quā exteriora, simili modo si adhibeatur vel etiā odoretur, à veneno, pcipue vero à peste, vindicare.

* eodem parallelo communem, ea quoque cōmuni sigillorum eiusmodi efficacia fruuntur. Exempli gratia: Sigillum quod conficitur Coburgi, efficaciam suam quoque prodit Hauslij in Normandia. Similis sigillorum ratio etiam erit in Valle Ioachimica Misnia & locis adiacentibus. Quæ cum ita sint, tum characteres huiusmodi tum imagines, per se nullis viribus prædita sunt, sed solummodo virtutem in sigillo reconditam, tempusque & locum atque tractum efficacia eius definitum significant.

Caput decimumoctauum.

DE FOENICVLO FOEMINA, QVOD ALIAS FOENICVLVM MONTANVM, VEL ETIAM GERMANICO NOMINE Berwurtz APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

GENVS.
Fœniculū montanum cur secūda species constituatur.
Auerrhoes.
Halcasmech.
Hazienis.
Paracelsus.
Grauedinaria.
NOMEN.
PATRIA.
Historia fluuiorū Europæ inchoata à Thurneissero anno 1568.



PLANTA hæc non solum ratione formæ, verum etiam (quibus antecedente inferior est) virium & efficaciæ, nec non naturæ, alterum est Fœniculi genus, et Fœminæ locum sibi vendicat. Quibusdam ad Daucum Creticum (cuius historia iam exposita est) relata fuit, ab alijs non omnino absurdè (cum sylueſtribus & montosis proueniat) Fœniculum mōtanum appellata. Quod vero Germanis Berwurtz dicta est, forte respectu virium, ab nomine eius Hebraico :תֶּלֶד גְּזִר Theledghezar (quod Græcis est τοκετόρριζα Latinis radix partus) fuerit profectum. Auerrhoi, mea quidem opinione, Halcasmeg et Hazienis appellata videtur. A Paracelso Grauedinaria siue Pfnüsetkraut (quod Grauedinem curet) dici meruit. Nascitur autem montibus asperis & excelsis. In Heluetia quidem prope Abbacellam oppidum, in Nigra vero sylua circa Scopfium. A me inuenta est Anno 1568. (cum pararem descriptionē fluminum Europæ) primo ad Ægram fluuiū inter vrbē eiusdē nominis et VValtsachsium, postea quoque prope Hirschbergam & in faucibus siue angustijs montium (quæ Diaboli vocantur) ad fontes Albis in Bohemia.

Berwurtz.
Fontes Albis.
:תֶּלֶד גְּזִר
Theled ghezar.
τοκετόρριζα.
Radix partus.

SIGNATVRA GENERALIS.



QVA imagunçula in præcedenti Fœniculi sylueſtris descriptione, virtus sanguinis naturalis, vitalis & spiritalis in omnibus venis corporis virilis, adumbrata est: eadem etiam easdem vires in corpore fœmineo, Lectori proponimus considerandas & intelligendas.

FORMA, CONSTELLATIO, QVALITAS FOENICVLI MONTANI.

FORMA.
Radix.

RADIX plantæ huius est oblonga, diuaricata vt plurimum, surculosa, ex albo flauescens, tangenti quam prioris mollior, graueolens, efficacia & virtutibus in vsu valida, qualitateque calida præstans: qua et inter medias asperis gori hyemalis asperitates illæsa persistere visitur, viuidoque spiritu sæpe in annum tricesimum vsque ætatem producere, ita vt vetustate ligni instar tota induretur. Coma foliolorum, mollitie quidem priorem superat, sed forma tamen capillacea quodammodo imitatur. Caulis, humiliore quam plantæ sequentis statura assurgit, magisque & ex viridi flauet & crassescit, verum geniculis paucioribus nodatur: atque ita inter præcedētis et sequentis, mediū quendam habitum effingit. Vmbella eius, quæ Cicutæ nō dissimilis est, quibusdam in locis exuberat sub exitū mensis Maij: & cum capitulis suis tardè admodum efflorescat, fit vt semen cum

Vmbella.
Herba.
Caulis.

OLEVM FOENICVLI.



OLEI ex semine, caule, herba & radice Fœniculorum simpliciter & vulgariter destillandi modus, tali quadam ratione perficitur. Partes illæ vel (si vireant adhuc) minutim concisæ, vel (si aridæ sint) contusæ, in ahenum capacius, cuius latitudo quidem sit pedum duorū, profunditas vero trium, inijciuntur. Aheno dehinc cooperculum æneum tres pedes altum, quodque in summitate foramen Alembico grandiori recipiendo accommodum obtinens, latera illius extremo orarum suarum ambitu exacte includat, imponitur: Alembicus vero operculo commissus vesica circumdatur, aqua (vt perpetuum subsit frigus) interfusa. Tandem destillandis, minutim concisis vel contusis, aqua fontana limpida, donec super eadem altitudine quinque latorum pollicum excrescat, infunditur: & ignis, vt contenta feruescentia ebulliant, excitatur. Quibus peractis, cum oleum cum aqua promiscue extillant: quæ postea per separatorium segregata, per organa vulgaria A B subtiliantur, & depurantur.



cum herba, ante ingressum Veneris in Virginem mense Autumno, raro ad maturitatem aspiret. Semen illud ex rotundo in oblongum vergit, seque tentantibus odore quidem graue, sapore vero acre & subamarulentum præbet: oleumq́ insuper copiosum continet, quod tanta tenuitate præditum est, vt etiam rimas & commissuras quasq; angustissimas, quæ alias neq; aquæ neque vino, neq; vlli pinguedini transitum præbent, penetret & perrumpat. RADICI, *qualitatis suæ impertit Sol partes octo cum vna quarta, Mars vnam cum duab⁹, Luna duas cum vna. Constat ergo compositio eius partibus Sulphuris octo cum dimidia, Salis vna atq; itidem dimidia, Mercurij duabus: ideoq́ naturam possidet, expellentem, aperientem & discutientem. Herba & caulis, influentiæ cœlestis beneficio, ex Sole obtinuere partes septem cum vna quarta, à Marte vnam cum duabus, à Luna tres cum vna. In subtilitatibus ex semine eductis, qualitas Solaris deprehenditur partibus septem cum quarta vna, Martialis duabus cum tribus, Lunaris partibus duabus.* RADIX *foditur Sole & Marte in Leone, & Luna si non ibidem, saltem in signo vicino (vtpote Cancro vel Virgine) existente. Herba & flores, vbi probè maturuerint sunt metendi, & quidem Leone siue Ariete ascendente: Sole vero & Marte, ab Planetarum reliquorum maleficijs immunibus & remotis: Luna denique in signo calido et sicco versante. Semen itidem vbi bene maturuit carpitur, circa diem mensis Septembris, vicesimum sextum, vicesimum octauum & tricesimum: Ariete nimirum siue Cancro ascendente, & Luna in Libra decurrente.* PRODVCTA *ex hac planta sunt, Antidotum, Oleum, & Sal acre atque calidum.*

QVALITAS. Radix. ☉ $8\frac{1}{4}$. ♂ $1\frac{2}{4}$. ☽ $2\frac{1}{4}$. part.
Sulph. viiij. *Sal.* ij. *Merc.* ij.
Herba et caulis. ☉ $7\frac{1}{4}$. ♂ $1\frac{2}{4}$. ☽ $3\frac{1}{4}$. part.
Subtilitates seminis. ☉ $7\frac{1}{4}$. ♂ $2\frac{3}{4}$. ☽ 2. *part.*
CONSTELLATIO. Radix quando fodienda. ☉ & ♂ *in* ♌ ☽ *in* ♋ *vel* ♍.
Herba & flores quando metẽdi. ♌ ascendens. ♈
Semen quando carpendum. Septemb. d. 26. 28. & 30.
Semen. ♈ ♋ ascendens. ☽ *in* ♎.
PRODVCTA. Antidotum. Oleum. Sal.

Ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS FOENICVLI MONTANI, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Paracelsus, herbam radicem & semen, inter auxilia Catharris vehementibus laudata, præcipuum locum tenere asseuerat: eamque ob caussam plantam ipsam nomẽ Grauedinaria siue κορυζᾶς (vt lib. 19. cap. 36. significatur) ferre voluit. Radix secundum longitudinem fissa, in aheno (vt qualitatem virulentæ suæ acredinis, quanquam Medicis adhuc vulgo incognitam, exuat) ad tricesimam vsq; ebullitionem lixatur. Hinc in tabulam mundam imposita siccatur: siccata Saccaro decoquitur, donec mediocriter mollescat. Sic itaq; reposita, ventre ieiuno & tempore matutino particulatim si sumatur, caput à catharris malignis immune seruat. Sal radicis, *cerebro, membranis & meatibus eius omnibus dicatur. Intrinsecus sumptum, non solum pituitam crassam & lentam cerebri dissoluit, verum etiam eandem in posterum generari prohibet. Omnes item grauedines & dolores capitis (siue vnam tantum eius partem affligant, vt in Hemicrania, siue totam substantiam) lenit: si ex aqua propria, siue (quod præstaret) oleo resolutũ hauriatur.* Oleum seminis, *aliqua ex parte membris generationi seruientibus, & arterijs (quæ ab ijsdem in caput & cor feruntur, et cognatione quadam dependent) consecratur. Strangulationi siue suffocationi matricis, quæ Eruditorum quibusdam est ascẽsio (cum Galenus eam loco moueri neget) sed multo commodius passio eius syncoptica, vel potius epileptica dici videtur, præsentaneo est auxilio: si tempore paroxysmi, cum potui detur, tum simul in muliebria instilletur.* Antidotum *cordi, cerebro, epati, membranisq́, nec non venis & fibris his partibus affinitate aliqua iunctis, familiare habetur. Vsus eius tempore pestilenti, siue alijs morbis contagioso, ad omnes infectiones aëris laudatissimus est, idq; non tam ratione vir-*

Paracelsi de Foeniculo montano iudicium.
Appellatio Grauedinaria vnde.
Ad Cephalalgiam.
OLEVM SEMINIS.
Ad strangulationem matricis.
Ad catharros.
ANTIDOTVM.
SAL RADICIS.
Ad pituitã crassam & lentam in cerebro soluendam simulq; prohibendam.
Ad aëris infectĩ noxas.

Antidotũ quomodo aëri veneato aduersetur.

Προφυλάκτικον aduersus virulentas exhalationes in locis minus frequentatis, vt Cameris, scrinijs, domibus, cuniculisue & fodinis metallicis antiquis.

Ad matricem refrigeratam.

Alborum profluuia.

ne virtutis attrahentis (vt quidam arbitrantur) sed potius discutientis, dum aëre segregato, venenatum quidem profligat, sanum vero admittit. In Cameras fornicatas, et scrinia longo tempore non reserata, domósue diutius nõ habitatas ituris, pondere drachmæ semis vtiliter exhibetur. Metallicis item, in fodinas siue cuniculos desertos descensuris, siue ex recentibus eodem per transuersum penetraturis, aduersus vaporum metallarium, & auræ pestilentis (quæ per halitum corporibus sese insinuat) noxas, προφυλάκτικον, & defensiuum est admodum salubre. Matrici denique refrigeratæ calorem restituit, profluuium alborum emendat, adq; colorem & ordinem periodorum pristinum reducit, si Luna decrescente ex Vino, quotidie numero guttarum triginta siue pondere siliquarum sesquiquinque, & quidem ventre ieiuno hauriatur.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS FOENICVLI Montani, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

OLEVM.

Aduersus morsus & ictus serpentum.

SAL.

Ad fætorẽ, vermes atq; carnẽ putridã vulnerũ.

Ad fæcunditatẽ.

Ad μαλακίαν prægnãtium.

Ad Stomacacẽ.

Ad confortandas puerperas debiles.

Oleum, *si ventri hora ante concubitum, circa vmbilicum nec non partes verẽdas inungatur, matrici calorem familiarem impertit, colloq; eius astricto, sperma à Viro emissum elabi prohibet: vnde ad fæcunditatem plurimum conferre putatur. Ad fastidia ciborum, quibus post conceptum Mulieres afficiuntur, regioni ventriculi latitudine duarum manuum illinitur, & pannus dehinc laneus superilligatur. Partu instante, arterijs & venis temporum si illinatur, puerperam languentem, & magnitudine laboris labascentem, plurimum reficit & confortat. Ictibus deniq; siue morsibus serpentum illitu medetur.* Sal, *vlceribus cuniculosis & sinubus si inspergatur, ea fætere aut vermes & carnẽ putridam generare prohibet: sed teneatur, inde ex loco affecto plerunq; sanguinem elici. Pondere duarum drachmarum, cum alumine siliquarum sesquiquinq; in vino calẽte dissolutum, et gargarisatũ, Stomacacen propulsat, & gingiuis ruborẽ genuinum restituit, carnemq; renasci facit.*

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS FOENICVLI MONTAni, doctrina Philosophiæ veteris animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veterũ de qualitate & viribus plantę huius doctrina.

Ad menses retentos.

Sanguinis boni generation.

Ad matricem refrigerat.

Ad pestem, & febres.

Veteres huic plantæ tribuerunt qualitatem siccam & calidam in tertium vsque gradum pertingentem. Decoctum eius ex vino potum menses ducit, sanguinẽ quoq; bonum generat, & matrici frigore læsæ calorẽ restituit. Radix, potu ad pestem & febres prodest, vrinã quoq; & sudores mouet.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS FOENICVLI MONtani, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Ad vulnera cõsolidanda.

Ad vterum refrigeratum.

Ad præfocationem matricis.

Succus cumq; hoc puluis radicis, cum vulnera reficiat, emplastris epuloticis vtiliter miscetur. Fumus siue nidor radicis carbonibus iniectæ per partes obscænas receptus, traditur matricem ad præcordia vsque ascensu suo penetrantem reuocare, locoque sistere quietam. Decoctum eiusdem ex aqua pedibus lauando adhibitum, vterum refrigeratum recalfacit, & purgat.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS FOENICVLI montani, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus effluens & exoriens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Ad fæcunditatẽ tam iuuandam quam impediendam.

Ad aëris contagiosi noxas.

Radix si fodiatur tempore Nouilunij, & sursum erecta vino maceretur, vinum vero illud dehinc bibatur, creditur Mulieribus ad fæcunditatem conferre. Sin in puncto plenilunij, pari modo eandem adimere. Ratio diuersitatis redditur ista. Quod vinum prioris, hora ante congressum haustum, matricem semini virili excipiendo habilem reddat, posterius vero, sperma emissum abstrahat, nec locum à natura destinatum tenere sinat: ideoq; hoc, ægrè & difficulter parientibus solummodo exhibendum videri. Quod sane euentus ipse sæpe verum esse ostendit, & in educẽdo tam fætu quam secundis fœliciter confirmauit. Præter hæc, ex collo suspensa si gestetur, omnes aëris infecti iniurias propul-

propulsat. Verum non satis constat, cum vis qualitatum cœlestiũ, ex superiore cœli regione in omnia terra nascẽtia impressa, tam rationem et modũ fossionis, quã virtutes plantarũ variet, an radices illa omnia per se præstent. Certũ tamen est, quæ spacio inter Coniunctionẽ et primã Lunæ cornicularis quadraturã fodiuntur, eas leniter attrahere: sed multo fortius, quæ inter primã quadraturam et Oppositionem. Sic è diuerso repellunt remissè, quæ inter Oppositionẽ & quadraturam vltimam fossæ fuerint, fortiter vero & violenter, quæ inter vltimã quadraturam & nouam Coniunctionem. Quæ cum ita sint, non paruam dubitationẽ mihi mouit, quod Veterum quidam tradunt, Hyacinthum & alios quosdam lapides, solummodo ob virtutẽ attrahentem, malignitati aëris venenati aduersari: cũ hoc modo fieri posse existimem, vt non minus facilè aërem venenatum attrahant, quam bonum et valetudini commodum. Ideoq; vsus eiusmodi attrahentium (siue herbæ sint, siue radices, siue lapides, siue metalla, siue denique mineræ) prudenter admodum & cautè videatur tractandus.

Dubium an radix hæc præstet virtute priuata solum, vel an simul aliena.

Radix quando trahat leniter, quando fortiter.

L. Thurneiss. dubitat, an Hyacinthus & alij lapides, ratione virtutis attrahentis solummodo, aëri venenato obsistant.

CAVTELA.

CVM radici præsenti, vis expellẽdi insit immoderata, diligẽter cauendũ est, ne vel ipsa vel Subtilitates inde extracta, prægnantibus (nisi hora partus instante) vt periculum vitetur, vllo modo in vsum veniant.

Caput nonum & decimum.

DE FOENICVLO VVLGARI SOBOLE, QVOD ALIAS FOENICVLVM HORTENSE APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



FOEniculum hoc, nulli non optimè notũ, tot nominibus celebratur, vt ijs enumerãdis, liber peculiaris desideretur. Ideoq; Lectorem ad Platinam lib. 3. Dioscoriden lib. 3. cap. 81. Serapionem cap. 214. Plin. lib. 20. cap. 23. vt apud eosdẽ, & insuper quoq; apud Galenum (octauo Meth. medicament. simplicium) rationes appellationũ cognoscat, ablegamus. Nihilominus tamen ex præcipuis & antiquioribus, aliqua interea adducemus. Auicennæ itaq; dicitur Baraline, Arabibus Ataigeniti, Hebræis קצח Kætsach, Græcis μάραθρον, Arabibus Raienegi, Italis Finochio, Gallis Fenouil, Hispanis Funcho & Hinoio, Anglis Fenel, Bohemis Kopr Vulastiy, Polonis Kope Vuoloski, Vandalis antiquioribus Kapriza. Porro, Chaldæis planta quãdã fuit, quam ipsi idiomate linguæ gẽtilitio ברמעינא Brãhainach (quod græcis est ἀμβλυωπακής, id est, oculos hebetes iuuans) nominarunt. Vnde conijcitur, Hispanicum Hinoio, forte ab Hebraico descendisse, præsertim cum radix Plantæ huius, nec non semen & flores, oculis caligãtibus amicissimi deprehẽdãtur. Paracelsus appellatione vulgari fuit contentus. Prouenit autem vbique ferè locorum Germaniæ, Italiæ, & reliquorũ terræ tractuũ, præcipua autem frequentia in viridarijs passim colitur.



SIGNATVRA GENERALIS.

QVEMADMODVM virtutes vitales sanguinis, in venis corporis cum Virilis tum fœminei conclusas, typo venarum præsenti signauimus: ita quoque easdem in corpore puerili, nondum omnibus suis numeris absoluto signamus.

NOMEN. Varietas appellationum huius plantæ. l. c. Platina 3. Diosc. 3. 74. Scrap. 214. Plin. 20. 23. Gal. 8 meth. simpl. Baraline Auic. Ataigeniti Ar. קצח: Kætsach Hebr. μάραθρον g. Raienegi. Finochio Ital. Fenoil Gall. Funche Hinoio Hisp. Fenel Angl. Kopr. Vulastij Bohem. Kope Vuoloski Polon. Kapriza Vand. ברמעינא: Bramhainach. ἀμβλυωπακής.

PATRIA.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS FOENICVLI HORTENSIS.

PLANTA præsens, inter reliquas Fœniculi species, vulgatissima est & notissima. Sed eas vt magnitudine, ita partium subtilitate, tenuitate, & virium in agendo lenitate grata & iucunda, (siue radicem siue herbam spectes) vincit. Radix formã obtinet oblongam, æqualem, & rectam: inq; superficie læuis existens, & raro eoq; tenui capillamento fibrata, colorem candidum ostẽtat: carne constat lignõsa, cute vero tenera, molli, et succosa: nec degener ingeniũ aut naturã facile mutat: calidiuscula deniq; cũ sit perẽnat, nec frigoris asperitatibus succũbit. Herba siue foliola, capillacea sunt, atq; vt lana mollia, sed facilè elãguida flaccescunt. Præ se ferũt eadẽ, virore quendã intensum, et præterquã q. blanda in odore acrimonia arridẽt, saporis quoq; dulcedine non iniucunda, gustantibus sese commendant. Nouella eorum germina, in primo ex caule primario, vel Adnatis emersu, effigie omnino plumularũ conglobatarũ, in asparagos siue spõgiolas eleganti virore, et tenera mollitie spectabiles conuoluta

FORMA.

Radix.

Herba.



QVALITAS.
Radix habet
☉ 7. ¾ } ♂ 1. ¼ } part. ☽ 3 ¼
Temperamentū radicis constat.
Sal. 7. ½ } Sul. 1. ½ } part. Mer. 3.
Natura eius, discutere, expellere & calefacere.
Herba et caulis.
☉ 6 ¾ } ♂ 1. ¼ } part. ☽ 4
Seminis subtilit.
☉ 8. ¼ } ♂ 2. ¼ } par. ☽ 1. ½
CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda.
☉ in ♌ gr. 2. 4. 6.
♂ ☽ in ♌.
Caulis. Semen. Herba & flores quando metēdi.
Mens. August.
☉ ♂ in dom. 1.
☽ in ♌ ♈
Semen quando carpendum. Mens. Septemb.
☉ ♂ ☽ in dom. 1. 12. 9.

conuoluta visuntur. Caulis altior euadit, & gracili proceritate erectus, cum fibris siue lineolis per longitudinem intercurrentibus, colorē quoq; herbaceū spectāti exhibet: atq; arundinū more geniculis, quorū singula Stolones siue ramulos ꝓducūt, per interualla nodatus, Abietis imaginem quādam repræsentat: Robustus deniq; est, succulentus & inanis: sed tandē medullā candicantem concipit, qua odorem simul & herbæ & radicis refert. Florum exortus non solum est inæqualis, sed & serotinus: partim tamen emergunt mense Iunio, ydemque candidi & fragrantes, & foliolis tenuibus circaq; staminum apices non nihil coloratis, extuberantes. Semen oblongum est, striatum, & quodammodo instar Lunæ corniculatæ incuruum. Atq; hæc est descriptio radicis, herbæ, & seminis, quorum non solum notitia, verum etiam vsus admodū est vulgatus. RADICI qualitatis suæ impertit Sol partes septem cum tribus quartis, Mars vnam cum vna quarta, Luna tres. Temperamentum itaque eius conflatum apparet, ex partibus Sulphuris septem cum dimidia, Salis sesquiduabus, Mercurij tribus: naturamque ei inde extitisse, discutientem, expellentem, & calefacientem. Herbam & caulem ostendit examen (quod in omnibus rebus certissimum est argumentum) è Sole possidere partes sex cum tribus quartis, è Marte vnam cum quarta vna, & (quoniam satis copioso humido abundat) è Luna quatuor. Oleum & reliquæ Subtilitates artificiosa destillatione ex semine eductæ, qualitatis Solaris possident partes octo cum vna quarta, Martialis duas cum quarta itidem vna, Lunaris vnam cum dimidia. RADIX exemplo prioris foditur, Sole in Leone domo sua, (& quidem gradu eiusdē, secundo, quarto vel sexto) commorante: Marte vero et Luna (vt comites & pedissequæ) eiusdem iter tenentibus. Herba & flores (cum viribus ferè inuicem æquentur, & inter assidua augmenti sui, vsq; ad tempus floris perfecti incrementa, multum humoris maligni deponant: atq; ita succo tū probe excocto, maturitatē exactius assequatur) metūtur mēse Augusto, Sole et Marte in domo prima, Luna vero in Leone siue Ariete existētib⁹. Semē (quod Galenus li. 8. methodi simpliciū, marathrū nōinat, Arabes Bizeri Atasigeiti) carpitur mense Septēbri, Sole in domo prima, Marte in duodecima, & Luna in nona versante. Cum vero in eo lateat, natura veneni cuiusdam tenuissimi & acerrimi, alijs venenis naturali quadam ἀντιπαθείᾳ seu discordia repugnans, Arte itaque inde producitur, Antidotum, Oleum, & Sal subtilitate & tenuitate iucundiusculum, & vsu simul atq; bonitate præstans.

MODVS DESTILLANDI.



SVBTILITATES specierum Fœniculi omnium trium (vt solo aspectus indicio, sapiens quilibet & solers virtutis herbarum vestigator, facilè perspicit) non solum efficacia virium potenti eminent, sed etiam essentia spiritali eximie tenui, volatili, & pura præstant: Ideoq; naturæ proprietate ingenita, recta sursum educi amant. Nam quemadmodum homo, contemplationum & cogitationum sagacitate, atq; solertia quadam Dædalea, reliquis animalibus præstans, spiritum vitalem (vtpote cœlo conditus) in superna euehit: ita et spiritus Subtilitatum, cum harum ex plantis tribus præscriptis, & membris earum (semine scilicet et floribus) tum quæ simili naturæ qualitate et habitu constant alijs omnibus, in destillatione, rectà in sublime (ex loco nimirum A in B.) oportet educi: nec vel deorsum, vel transuersim, vel oblique à corpore suo segregari: Vbi vero ad locum B. euecti in humorem abierint, inde in vitrum C. deriuatos, excipi.

PRODVCTA.
Antidotum.
Oleum.
Sal.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS FOENICVLI HORTENsis, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

PARACELSI de virtutibus Fœniculi testimonium.

Paracelsus lib. 63. cap. 1. Fœniculum breuibus verbis magnificè commendat, et docet: Vsum tam ipsius, quā aliarū plantarū omniū, vt ad temperamenta hominū ita & ad positus Lunares, esse accommo-

accōmodandum. Si enim ingressus Solis in Leone, incidat in primum mensis quadrantem, qui est à Coitu ad primā quadraturam, tum plātam istam vel Subtilitates eius, præcipuè autē Oleum (cum medium locum teneat) pueris annum sextum & decimum nondum egressis, omnium commodissimè adhiberi: Sin in secundū, qui est à prima quarta ad Oppositionem, tum easdē (præsertim autem Antidotum) ætate inter annū decimumsextum, ac tricesimum medijs quadrare: Sin in tertium, qui est ab Oppositione ad vltimam quadraturam, similiter easdem, inter annum tricesimum & quadragesimumquintum degentibus, maxime vero Sal (cum ijsdem tum temporis calor naturalis paulatim incipiat decrescere) commodè in vsum adsciſci: Sin denique in quartum, qui est ab vltima quadratura vsq; ad nouam Coniunctionem, annum quadragesimum quintum transgressis, omnes tres simul (cum ætati isti vires naturales deficiant, & spiritus vitales sensim contabescant) sine noxa et periculo vsurpari. PORRO, Oleum epati & omni humori sanguineo, eiusq; receptaculis destinatur: Præterquam autem, quod cum præcedentium specierū oleis, naturam facultatum, & virium in corpore humano efficaciam, habet eandem, insuper etiam, in fluxionibus & abscessibus oculorum, Ischuria, Lithiasi, & Gonorrhæa, opem magnificè affert. Antidotum cordi, & arterijs dicatur: atq; eadem vi pollet. Priuatim tamen etiam contra venena quæuis (siue ea in cibis hausta sint, siue pota, siue illita) interque hæc omnium maxime, contra Mercurium, Cerussam, Arsenicum, & Auripigmentum, nec non morsus animalium venena eiaculantium, egregiè opitulatur. Sal, pulmonibus, humori radicali, & ōnibus partib⁹, quib⁹ ille insidet et inhæret, familiare habetur. De virtutibus autē, quib⁹ plāta hæc in membris interioribus agit, hoc loco Paracelsus cū Philosophis antiquis cōsentit, nisi quod vice corporis cum materia terrestri coniuncti, essentiam spiritalē, et Subtilitates ex radice herba, floribus & semine eductas (cum virtus earum sit fortior, & vsus naturæ gratior & familiarior) imperat adhiberi. Oleum itaque, si sumatur pondere siliquarum sesquiquinque, ad apostemata, nec non inflammationes pulmonum atq; epatis, tussim item & Strangulariam, siue συνάγχην puerorum plurimum prodest: Sin pondere drachmæ semis ex lacte, tineas siue lumbricos alui eijcit, & tormina sedat.

OLEI VSVS Ad epiphoras oculorum, Ischuriam, Lithiasin et Gonorrhœam.
ANTIDOTVM. Ad venena.
Ingressus Solis in Leonem, pro ut in quadrantes mensis inciderit ita cuilibet ætati plantam vsui appræstat.
Pueris quando. A Coitu ad primam Quadram.
IVVENIBVS A prima quarta ad oppo.
VIRIS Ab opp. ad vlt. quadr.
SENIBVS. Ab vlt. quadr. ad ☌.
SAL. Paracelso magis probatur vsus subtilitatum ex corpore impuriore et terrestri separatarum quā corporis ipsius.
OLEVM. vtile pueris Ad apostemata, pulmonum & epatis. Ad tussim, συνάγχην, lumbricos & tormina.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS FOENICVLI hortensis, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Antidotum cū oleo Chamæmelino mixtum, illitu pueros conuulsos iuuat: circa vmbilicū man⁹ latitudine inunctum, tormina discutit, lumbricos eycit, flatibus excitatis aluum soluit, ventriculum & intestina expurgat, atque vapores deniq; malignos intra cutem & carnē erumpentes, inq; humores prauos solutos, per meatus cutaneos euacuat. Sal cum butyro verno in vnguentum redactum, simili modo si adhibeatur, porrigines vlcerosas capitis, & serpigines reliqui corporis exiccat & sanat.

Antidoti vsus Ad conuulsiones Aluū astrictam, Humorum per cutē euacuatio. Ad Lichenas, & porrigines vlcerosas.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS FOENICVLI HORtensis, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veteres hanc plantam tertio ordini calefacientium & primo siccantiū annumerant: & tradunt, Fœniculi vires primum commonstrasse Serpētes, succo eius, cum senectam exuendo, tum visum hiberna latebra obscuratum refouendo & acuendo. Herbæ & seminis cum aqua fontana decoctum quotidie largius haustum, omnes calores præternaturales extinguere, & visū roborare: Eadē vel puluerem eius, aut semina deuorata, stomachum iuuare, functiones eius promouere, ac lactis defectu mammas replere: quanquā posterius hoc, quî fieri possit, videatur adhuc probabilibus argumentis obtinendum. Semen insuper si comedatur, vrinam, calculos, saniem renum, mensesque educere affirmant: similemque effectuum etiam decocto herbæ & radicis, nec nō succo epoto tribuunt. Radicem cum melle coctam, ab animalibus venenatis, & cane rabido demorsis exhibent. Succum deniq; haustum docent, pulmones aperire, cerebrum confortare, pectoris angustias remouere, stomachum, & epar officinā sanguinis expurgare, tormina ventris mitigare, splenem induratū & obstructum emollire & aperire, icteritiam flauam profligare, atque oculorum caligines discutere.

Veterū de qualitate et virtutibus Fœniculi hortensis iudicium.
Ad: æstus præter. vi sum debilē, stomachum imbecillem, lactis inopiā, ischuriā, Calculos, Saniē renum Menses, morsum canis rabidi, Pulmones obstructos, cerebrū debile, Pectoris angustias.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS FOENICVLI HORtensis, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Ad Visum debilem. Maculas rubentes in facie. Aures verminosas. Vitia verendorũ. Vlcera & vulnera manantia. Tormina

Succus Fœniculi, siue aqua stillatitia oculis illita, visum serenat. Herba cũ adipe Maialis rubicundi (quidã addunt portiunculã Cerussæ) in vnguentum redacta, illitu maculas rubentes in facie abstergit. Succus cum melle coctus, aurib⁹ si instilletur, vermes ibidẽ contentos necat. Radicis vino decoctæ vapor, encathismate siue insessu recept⁹, vitia verendorum curat. Eiusdem ex aceto decoctum, vulnera & vlcera manantia sanat, & tormina deniq; ventris impositu sedat.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS FOENICVLI hortensis, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Fossio plantæ. ☿ ♀ in ♌. ☽ in ♈.

ELECTVARIUM ex Fœniculo & vsus eius.

Ad Declinationẽ mor. Ingeniũ et memoriam rob. Catharro. Ven exc. Sem. aug. Fœc. Mu. Cap. pur. Visu acu. Apoplex προφ. Stomach imbecill. Lithiasin.

Herba cum radice & floribus, Mercurio & Venere in Leone, Luna vero in Ariete cõmorãte, et quidẽ dũ sicca est, ante ortũ Solis metitur: ac minutim cõcisa, vino albo (quãtum superficieten⁹ eã inundet) mergitur macerãda. Postea õnia simul minutatim cõteruntur, et succus per pãnũ dẽsũ inde expressus coquitur, vsq; dũ spissescat. Excocto, gummi Fœniculi & saccarũ (hoc põdere duplicato, illud æquali) adyciuntur, & Electuarium inde conficitur. Quod, mane et vesperi põdere drachmæ si sumatur, omni sexui ad præcauendas multorũ morborũ iniurias, προφυλάκτικον præstat admodũ salubre: ingeniũ simul & memoriã iuuat: catharros á capite in pect⁹ & pulmones decũbẽtes profligat: Virũ in Venerẽ extimulat: Semẽ auget: Fœminam conceptui habilem reddit: caput expurgat: visum acuit: ab Apoplexia tuetur: digestionem roborat: appetitũ prostratum excitat: atque calculos deniq; renum, & vesicæ educit & purgat.

GVMMI FOENICVLORVM.



CAVLES Fœniculi, in summo vigore & medio florũ pullulatu existentis, die á plenilunio proximo, in virgulas siue taleolas palmares dissecti, in tubum firmũ atq; adeo vitreũ A (cuius amplitudo sit palmi vnius, longitudo sesquiduorum) confertim, donec tota cauitas expleatur, immittuntur. Hinc tubus ille, subdito primum fundo semirotundo & foraminulento, infundibulo B. (Ita vt illud, conuexum fundi complexu suo æqualiter includat) imponitur: ac parte superna probe obturata, infundibulum cum suo rostro B, per patellam orbiculatam C. (latitudine tripedali, & margine digitos tres vel quatuor alto constantem, eq; lamina siue ænea siue ferrea fabrefactam) traycitur: orificio vero ipsius inferiori receptorium vitreum D committitur: tandemq; per totum areolæ laminaris C ambitum, spacio á tubo palmi vnius, ignis perpetuus circumquaq; excitatur. Tubo ergo vitreo hoc modo incalescente, ex segmentis caulium insertorum, guttulæ quædam exudant: quæ dum ignem vrgentem fugiunt, per fundum foraminulentum in infundibulum decidunt, atq; ita in receptorium D collecta, gummi præstant, qualitate Fœniculi æmula, vsuq; ad valetudinem tuendam nequaquam spernẽdo.

CAVTELA.

Si plantæ huius vel radix fodiatur, vel herba metatur, vel semen carpatur, dum vel rore nocturno vel pluuijs madẽt, vel cum cœlum tẽpestuosum modo detonuit, vel Sol radijs suis iusto longius incubuit, siue denique Saturnus Solem, Martem, aut Lunam malefico radiorum vibratu aspiciat, omnis vis & efficacia in ijs emoritur ac perit.

Caput vicesimum.

DE CVMINO MARE, QVOD ALIIS HÆMODORON ET CVMINVM ROMANVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Aetiologia cur a Fœniculo mox ad Cumini historiam transeat.

GENVS Varia apud veteres Cumini genera.

PROXIMVM á Fœniculis locũ merito occupat Cuminũ: cũ quod genera illius tria ista, de quibus hic historiam texere instituimus, hoc tempore vulgo innotuerint, tum in vsu & cultu frequenti passim habeantur. Non autem me fugit, varia ab Herbarijs antiquis Cumini genera referri: vtpote á Galeno lib. 9. de composit. Medicament. Æthiopicum Syluestre & Hispanicum, ab Hippocrate βασιλικὸν siue regium, á Dioscoride agreste, atq; ab authoribus alijs alia. Quæ omnia, licet in præsentium numero (quippe quod ad eadẽ haud pertineant) non describantur: nihilominus tamen de singulis suo loco

oco & tempore mentionem sumus habituri. Cæterum, planta præsens, antiquis illis rei herbariæ Authoribus, præcipuè vero Theophrasto (cui, sicut etiam cum secutis, αἰμόδωρον appellatur) optimè cognita fuit: & Hebræis כַּמּוֹנַח: Chammonach cognominata. A quo posteriore dubium non est, tam vocabulū Kamum quam κύμινον (hoc quidem apud Græcos & Discoriden, illud apud Arabes) originem accepisse. Dioscoridi li. 3. cap. 68. κύμινον ἥμερον, siue Cyminum satiuum dicitur: Germanis (vt puto, vel quia primū ex Italia in Germaniam est importata, vel inter genera reliqua pro efficacissima et potentissima habita) Rōmischer Kümich, Italis Cimino, Gallis Cumin, Hispanis Cominos, Latinè vero alijs Gentibus omnibus differentiæ causa Cyminum Romanum: Polonis denique idiomate gentilitio Kminc, Bohemis Kmyn, Sclauis & Vandalis Romska Iabrosina, & Romska Costrouka, Anglis Comyac. NASCITVR in Apulia maximè, et ferè ōnibus traclibꝰ Italiæ. Veruntamen hominum industria, iam nullis non terris cœpit esse familiaris.

NOMEN. Theophrastus. αἰμόδωρον. Heb. כַּמּוֹנַח Chammonach. Arab. Kamum Græc. κύμινον ἥμερον.

Germ. Rōmischer kümmich / vnde Ital. Cimino. Gall. Cumin. Hisp. Cominos. Comm. Cyminū Romanum. Pol. Kminc. Boh. Kmyn. Sclau. Vand. Röska labrosina.

PATRIA.

SIGNATVRA GENERALIS.



QVANQVAM in sequentibus doceatur, vsum plantæ huius, venis præcipuè cerebri, cordis, & pulmonum proprium: tamen, quia hæ in illis partibus vitalibus tribus, ijsq; principibus contentæ, cum reliquis omnibus, in toto corpore virili essentiam & originem habent communem, nobis vehicula ista spiritus & sanguinis, imagine eadem, qua ante reliquas venas, visum est signare.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS HÆMODORI.



RADIX plantæ huius, ad magnitudinem herbæ & seminum, proportionē habet admodum exiguam, et crassitiem satis non magni momēti. Quanquam autē fibrarum in latera circulariter dispersarum amplitudine, eam quæ Cari est vincat, longitudine tamen etiam Cumini Sylvestris concedit: & caulem, quem vnicum quidem, sed robore, proceritate, atque adnatorum copia spectabilem, vtplurimū producit, potius capillamentorum sparsim & latè serpentium adminiculo, quam corporis robusti ope, erectū sustentat. Herba procul spectantibꝰ, ferè speciem Fœniculi aut Anethi exhibet, sed reuera (nō de caule loquor, sed foliolis exilibꝰ et āgustis) Chamæmeli siue Delphinij, nō parū refert. Flores emergunt medio mense Maio, ex fastigio caulis nō solum primarij, sed & adnatorum superiorum atq; insigniorum: & hi quidē vmbella, & semine quoq; (vbi id maturuerit) Fœniculi æmulo: nisi quod hoc idē et minus est, et magis fuscū siue ex cinericeo nigricans, illud cū magnitudine, tum flauedine antecellit. Semina singulorum generum, cum natura calidiuscula & sicca prædita sint, satis tempestiuè perficiuntur

Radix. Herba. Flores. FORMA. Semina.

CONFECTIO OLEI ARTOICI.



OLEVM istud, quemadmodū & Pannonium, qualitate nō solum coloris, verum etiam pinguedinis ab oleis reliquis dissidet. Sed tamē Pannonium inter hoc & alia (vtpote Fœniculi, Saluiæ, Absinthij & cætera) mediam quandam naturam possidet: quanquam nō sim ignarus, vtraq; hæc quibusdā (sed eorum tam segregationem veram, quam ingenium & efficaciam ignorantibus) pro vnis & ijsdem esse habita. Producitur autē ex radicibus cū viretibus tū aridis: atq; à me, ad mala in partibus corporis vt internis, ita externis, omnē alioqui pinguiū vsū respuētia, modo qui sequitur, consueuit parari. RADICIBVS primum in taleolas longitudine ferè digiti dimidiati dissectis, postea (si aridæ essēt) rudiuscule molitis, vel (si virides) frustillatim concisis, adieci farinam Olyraceam furfuribus coniunctam pondere sexduplo: hocq; modo mixtam, aqua è radice herba & semine aspersa, in massam redegi. Quæ fermento post hæc olyracea condita, per noctē vbi ferbuisset, mane subactam & in frusta grandiuscula diuisam, cum alijs panibus, spacio horarum duarum (vt mos est) dedi coquendam. Quo facto, panes singulos singulis, superficie crustæ infernæ sibi inuicē obuersos, pannoq; lineo (apricatione nondealbato) inuolutos, in fimum equinum calidum (a me æstate quidē tertio quoq; die, hyeme vero sexto semel renouari solitum) immersi, atq; putrificatione subigendos, per dies sexaginta ibidem reliqui. Tempore hoc elapso, in massam farinæ subactæ similem, sed odoris iucundi rediere. Hanc itaq; in vas aneum collo oblongo condidi: & vino albo, donec super eam excresceret infuso, Alembicum capacem & duobus rostris præditum K superlutaui: tandemq; aquam & oleum (quod supernatat vt alia olea, sed vnctuositate caret) destillatione inde eduxi: ac segregatione per separatorium peracta, phlegma quidem alijs pa-

nibus similiter subigendis adhibui, oleum vero in usum reposui. Atq; hoc est Artoicum commemoratum, remedium bonitatis equidem excellentis. Ad Pannonium quod attinet, ubi commodum fuerit, descriptionem eius quoq; non sumus praeterituri.

QVALITAS Radix habet.
☉ 5½, ♂ 4½, ☽ 2 part.
Herba, flores caulis.
☉ 5, ♂ 3, ☽ 4 part.
Herba, caulis & flores quando colligenda.
Semen.
☉ 6½, ♂ 3½, ☾ 2½ part.
Temperamentum plantae
Sul. 6½, Sal. 3½, Me. 2½ part.
Natura, calfaciens, attenuans & expellens.
Semen quando carpendum.
PRODVCTA.
Artoicum, Liquor, Sal Alkali
CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda

tur ita, ut quibusdam in locis mense Iulio, vel (si per Solem remotiorem, vel coelum inclementius citius non liceat) Augusto, maturitatem integrè assequantur. IN RADICE, *imperio suo vendicat Sol partes quinq; cũ dimidia, Mars quatuor cum una quarta, Luna duas itidem cum una quarta. In herba, floribus et caule, qualitatis Solaris existunt partes quinq;, Martialis tres, Lunaris quatuor. Semini cui inter reliquas plantae partes prima est bonitas, Sol imperat partib⁹ sesquiseptẽ: huc accedit Mars partibus tribus, Luna duabus cum dimidia. Temperamentum itaque plantae huius, ex superna virium è corporibus coelestibus impressione atq; influxu, constituunt, Sulphuris quidem partes sesquiseptem, Salis sesquiquatuor, Mercurij deniq; duae: atq; ita eidem emergit facultas sive natura calefaciens, attenuans, seruans, & expellens.* RADIX *foditur sub Spicae exortum, nostro saeculo circa diem mensis Octobris tertium fieri solitum. Quod si tum temporis Luna in Ariete, et Mars in Cancro, (posita sc. in domibus suis permutato) existerent, admodum esset huic negotio opportunum, & ad radicis fodiendae efficaciam perfectiorem, plurimum afferret momenti. Herba, caulis & flores, colliguntur Sole nondum exorto, circa diem mensis Iunij sextum & decimum, & quidem signo Arcturi (quod naturam quadamtenus Martis refert) occasu matutino sive Cosmico infra Horizontem descendente, Luna deniq; vel in Leone, vel Ariete vel Cancro domo sua commorante. Semen in usum medicum carpi desiderat, die mensis Septembris duodecima, Arcturo ortu matutino sive Cosmico Solem praecedente, & Luna in dictorum signorũ aliquo versante.* PRODVCTA *exhac planta sunt, Artoicum (sive potius Artelaeon) sive Oleum sanguineũ rubẽs, Liquor, atque Sal Alkali acri qualitate constans.*

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CVMINI MASCVLI, doctrina Paracelsica animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.


ARTOICI usus intra corpus:
Ad: Affectus cerebri fr. / κατοχ. / veternũ. / Vertiginẽ / ὀφθαλ.
PARACELsi de Artoico sententia.

Oleum illud *quod splendore rubicundo nitens* Artoicum appellatur, *fibris cerebri, ligamẽtis exanguib⁹, & omnib⁹ neruis carnis & sanguinis expertib⁹ dicatur. Usus autem ei est ad cerebrum calefaciendum praecipuae efficaciae & bonitatis excellentis, si Luna in latitudine ascendente (tum enim maxime vim suam in superna exercet) & quidem quotidie inter tres vices põdere drachmae semis hauriatur: Ideoq; idipsum Paracels⁹, magnificis laudibus extulit, et exemplis adductis, contra omnes affectus cerebri frigidos, praecipue vero Stuporem (quem Galenus lib. de diff. symptomatum* Κατοχὸν *nominat, recentiores Congelationẽ) Veternũ, et Vertiginẽ, docuit adhibere. Ad oculos quoque* ὀφθαλμίᾳ *affectos, si ea sit orta à causa frigida, intra corpus nõ inefficaciter sumitur: sin à calida (ex his duabus enim, malũ hoc plerũq; procreari experientia docuit) sive etiam fluxionibus nimis acribus, usu eius omisso, ad auxilia magis conuenientia recte transitur* Sal Alkali, *venis Stomachi, intestinis atq; alijs partibus interioribus per se sanguine carentibus, proprium est. Eius intra corpus sumpti virtus est: flatus atq; vapores in caput eleuatos discutere: arterias pulmonum obstructione laborantes expurgare, viam respirationi aperire: venenis aduersari: Virum Veneficarum maleficijs impotentẽ à fascino soluere, uxorisq; desiderijs gratificari ut possit perficere: vermes interficere: grumos humorum putridorum ex cibis corruptis generatos, & viscositates tartaricas ventriculo impactas & concoctioni inobedientes dissoluere, eijcere, stomachiq; appetitum prostratum reducere: Cor deniq; roborare, spiritibus serenatis laetitiam inducere, ingenium & memoriam acuere, semẽ augere, somnũ placidũ conciliare: obstructiones meatuũ auditus soluere, sensũq; sonorũ hebetatum*

Causa opthalmiae.

SALIS ALKALI VSVS.
Ad: Vap. cap. / Difficultatem resp. / Venena / Veneficia Ven. / Vermes / Stomach. imbecil. / Cor rob. / Ing. & memoria. acuend. / Sem. aug. / Som. con. / Audi. ob.

PRAEPARATIO SALIS ALKALI.



RADIX herba & flores, in vasculum amplitudinis aequalis (luto probe obducto) conduntur: eoq; fornaci laterariae sive figulinae commisso, in cineres candidos exuruntur: qui collecti signo literae P in usum reponuntur. Hinc radices, herbae, flores & semina alia eiusdẽ generis, aqua fontana pura & limpida spacio horarum sex decoquuntur: humorq; inde decolatus similiter signo literae X asseruatur. Ex duobus his postea inuicem mixtis lixiuium acre efficitur: Quod ubi per filtrum tribus vicibus quam mundissime fuerit defaecatum, coctura in Sal redigitur. Sal illud postea aqua stillatitia in tabella mox sequenti litera M notata, denuoq; destillata resoluitur: & defecatione eius itidem ter peracta, in vasculo vitrato donec in Sal splendore Crystallino nitens redeat, iterum excoquitur, tandemq; in usum seruatur. Atq; hoc est Sal Alkali, quod acredine & tenuitate alijs nobilius aliquanto est & praestantius.

hebetatum acuere. Liquor siue succus (*cuius in tabula præcedente facta est mentio*) *cumq́ hoc Aquæ extractum, venis capitis, cordis, & pulmonum destinatur. Potu itaq́ Cephaleæ & Hemicraniæ medetur, mentis grauitates & animi inquietudinem tollit, tremorem cordis compescit: atq́ pulmones oppilatos laxat, & euacuat: vnde et cordi cū saccaro dilutū* (*vel Saccari cum Semine ex aqua decoctum*) *simili modo, non parum prodest.* Sal *pondere duarum drachmarum in aquæ huius stillatitiæ drachmis sex resolutū, cū Artoici drachma vna, tempore decubitus haustum, nullo post cibo assumpto, sudorem prouocat, hocq́ modo humores, nec non flatus & vapores malignos venis & neruis insidentes exigit, corpusque hac ratione leue et vegetum præstat.*

PHLEGMA SIVE AQVA.

Radix, herba, flores & semina (qualibet suo tempore lecta) simul conciduntur, hinc artificio segregationis Chymicæ vulgari aqua in Balneo indedestillatur, & conceptaculo eius litera M notato, vsui reconditur.

LIQVORIS VSVS. Ad: Melan. Cordis palm. Obstruct. pulm. Chepha. Hemi.cr.

Ad euacuationem humorum per sudorem.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CVMINI MASCVLI, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

Artoicum *cum Sale æqua portione iunctum, vnguentis* φθειροκτόνοις, *siue homini siue pecudibus adhibendis, vtiliter miscetur: pari modo, vermes in vulneribus & vlceribus putrentibus profligat: Sed tamen in malis, quæ cum periculo inflammationis sunt coniuncta, ab eo est abstinendum. Auribus instillatum numero guttarum trium, vermes earum interficit.* Sal *aqua rosacea dissolutum, & Luna decrescente faciei collutione adhibitum, næuos & maculas quasuis discutit & extergit: Temporibus vero illitum, Vertigini siue scotomiæ medetur.*

ARTOICI vsus extra corpus. Ad: pediculos, Vermes vulnerum & auriū.

SALIS vsus Ad næuo & maculas & vertiginem.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS HÆMODORI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Veteres huic plantæ tribuerunt qualitatem calidam & siccam, ad tertium vsq́ gradum accedentem. Decoctum seminis, radicis & herbæ ex vino vesperi potum, quidam Medici haud imperiti, ad Ascensionem, sorditiem, & frigiditatem matricis curandam, Hominib⁹ Illustri loco natis plurimum commendarunt: qui & (quod ipse fatentes audiui) non parum leuationis inde perceperunt. Semē vino coctū si partim bibatur, partim vmbilico imponatur, traditur vrinā egregie ꝓmouere, tormina sedare, stomachū lāguentē reficere, atq́ (quod etiā plantæ sequētes præstat) cōcoctionem iuuare.

Galenicorum doctrina de viribus Hæmodori intra corpus. Ascens. sord. & frig. matr. Iscuria Tormi. ventris Stoma. debilit. Digest. tard.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS HÆMODORI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Liquor ex planta decocta expressus, & denuo donec spissescat coctus, creditur membra frigore emortua, præcipuè vero pedes & digitos eorum in integrum restituere. Lixiuio iniecta doloribus capitis ex vaporum malignorum ascensu commēdatur. Tritæ et in olla ex vino decoctæ vapor, in oculos admissus, caliginem eorundem discutere, fluxionesque profligare dicitur. Succus radicis, vlceribus frigidis & manantibus siccandis, imponi iubetur. Idem cum alumine & vino coctus, collutione fætorem dentium emendat, & tophos ijsdem ad natos soluit. Cum succo vero herbæ & Terebinthina impositus, apostemata & abscessus curat.

Ad: Noxas frig. hyb. Cephalal. Oculos caligant. Vlcera frigida & manantia Fœtore et tartent. Apostē.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CVMINI MASCVLI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Semen herba & radix in puncto pleniluný lecta, hincq́ mox concisa vino sublimato, eoq́ forti in loco calido, per dies triginta macerantur. Hinc limpidum et sincerum quod est decolatur, et donec

Ad corpus in itinere siue terrestri siue maritimo asiton seruandum in sextum usq; diem.

spissescat coctum, cum momento Olei frumentacei, & Tincturæ Corallorum diluitur. Mixturæ huius itaque si guttas triginta ter per diem hauriant, qui vel terra vel mari iter faciunt, hi inediam (primo quippe mixtorum cerebrum roborãte, altero vires cordis fouente, vltimo deniq; epati nutrimentũ suppeditante) vel in sextum vsque diẽ, donec sors aliter ferat, sustinere facilè possunt.

Ad pudendagram & inflammationem virgæ ex concubitu infectarum.

Ad flatus in uentriculo conclusos tam per superna quam inferna exigendos

Radix (siue etiam semen) vino macerata, flatus in ventriculo conclusos cum per superna (si fossa sit Luna ascendente) excitatis ructibus, tum inferna (si Luna descendente) crepitibus editis extrudit. Semẽ Luna decrescente lectum, pudẽdagram ex Venereo cũ mulieribus infectis cõgressu (quod admodum familiare est) cõceptã, si cũ Tartaro albo põderis subtripli minutim tritũ, & aceto affuso in pulticulam siue massam redactũ, dicto tẽpore loco affecto per diem bis imponatur, curat: virusq; contagiosæ infectionis longius serpere prohibet. Idem si carpatur in plenilunio, perpetuo à magnitudine sua postea minus deficit, quam si in nouilunio legatur: estque hæc natura & ingenium, omnium plantarum (huius generis) trium, Seminibus commune.

OLEVM FRVMENTI.



OLEVM in vsum commemoratũ, modo sequẽti soleo parare. Farinam ex tritico (siue ex olyra hordeo, aut auena, si inde facere libeat) ita moli iusso, vt secretione per incerniculum siue cribrum excussorium dimissa, tam furfures & glumulæ, quam farina iuncta maneant, more pinsendi consueto tum conspersam (nisi quod id aqua eius stillatia fit) tumsubactam, fermento in panificio vsitato, aq; pistore mutuato, condio: postea ex Massa iam fermentata, pastillos pugni magnitudine iubeo formari, formatosq; furno non nimium æstuanti, ne plus iusto durescant, committi. Coctura peracta, omnes simul panno lineo (eoq; mundo) inuolutos, in fornacem putrificatoriam (literis A B C D E F hic annotatam, & forma partibusq; suis interioribus omnibus perspicuam) per dies sexaginta siue (spatio duplicato) centum & viginti, vsq; dum exacte putruerint, suspendo: hincq; demum exemptos, in Pelicanum siue vas Hermetis recondo, & Alembico agglutinato, oleum inde elicio. Atq; hoc est oleum frumenti, virtute sua conseruans, nutriens, spiritusq; naturales labascentes siue tabe deficientes instaurans, & sanitatem restitutam constantem seruans.

A Panes denotat
B Ahenum aquam continens
C Lychnum cum lucerna
D Ventile superius
E Ventile inferius
F Operculum furni complexu suo omnia includens.

Caput vigesimum primum.

DE CVMINO FÆMINA, QVOD ALIAS CARVI ET CVMINVM GERMAMICVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

NOMEN. Matten kümich. כַּמּוֹן Chemmon, Κάρος. Caruia, Carui, Carotes, Alcarauen, Kmyn Cauenni Costrouka.

GENVS.

PATRIA. Germania. Italia Græcia.

ALterũ hoc Cumini genus, Germanis nomine Matten siue Wiesenkümmich celebratum, atq; ab Horatio quoq; lib. epist. 1, nec non Aristotele li. 4. moraliũ relatũ, lingua Chaldaica dicitur כַּמּוֹן Chemmon, Græca κάρος Arabica (vt quidam putãt, appellatione forte à Chærephyllo perperam mutuata). Caruia, Italica hoc quoq; tempore Carui, Gallica Carotes, Hispanica Alcarauẽ, Bohemica Kmyn Cauennij, Polonica Kmyni, Vãdalica et Sclauica Costrouka vel Costroaka. Nomẽ autẽ Eruditis vulgo receptũ, forte à Caria regione, quod ibi laudatissimũ nascatur, descẽdit: & gentilitio linguæ cuiusq; idiomate variè effertur: dicitur enim Caros, Careum, Caroon, &c. Sed nos ista appellationum varietate dimissa, magis necessarijs occupabimur, & suam cuilibet in decernendis appellationibus libidinem relinquemus. PLANTA ergo hæc, cum ex manifestis naturæ diligenti examine excussæ argumentis, tum sufficientibus obseruationum accuratarum indicijs, nobis alterum est Cumini genus, & robore virium antecedente imbecillius habetur. Prouentus autem eius omnibus, ferè locis Germaniæ, Italiæ, et Græciæ est familiaris: omniũ uero maxime pratensibus, atque ijs, qui olim seri & frequentari soliti, nunc aratri culturæq; expertes, atq; deserti iacent.

SIGNATVRA GENERALIS.



IMAGVNCVLAM præsentem, vt capite præcedenti, Signaturæ venarum & arteriarum, quæ per substantiam cerebri, cordis, & pulmonum sparguntur, adhibuimus: Ita eadem hoc loco, ligamenta & neruos, tam cerebri quam matricis, nec non venas & vasa seminaria (quod cum alijs reliquarum partium, colligantia & affinitate mutua cohæreant) in corpore fæmineo, putauimus adumbranda.

FORMA CONSTELLATIO, ET QVALITAS CVMINI FÆMINÆ.

Planta hæc vulgaris, & vel pueris in triuio cognita, soloq; (vt dictum est) non subacto inter gramina



gramina pullulare solita, radice nititur capillata, dura, lignosa, mediocriter longa, subflauescente, acri, & linguam astringente. Caulis eius, quemadmodum Fœniculi, mense Aprili emergit: isq; non exactè teres, sed in angulos plures extuberans, concauus simul, lanuginosus, & multis geniculis articulat⁹. Herba exanguis est et macra, intensoq; virore nitet. Folia incisuris profundiusculis diuisa, in mucrones oblongos, excurrunt, mediumq; inter Anethi, et ea quæ superiorē Corianni caulem cingunt, habitum exprimūt: sapore subacri & linguam quoq; mandātur, vellicante. Flores, qui in Ægipto, Æthiopia & India, colore luteo Lybisticū æmulari visuntur, in nostra Europa candicant: iidemq; celeritate exortus, tam Fæniculum quam Anethum præuenientes, non solum ex fastigio caulis primarij, verum etiam Adnascentium singulorum, mense Maio numerosè erumpunt. Hos sequuntur sub medium mensis Iulij semina exilia, aspectu decora, mutuoq; quasi cōtuitu sibi inuicem

COLLYRIVM SIVE VNGVENTVM OCVLARE.



SEMEN Cumini maturitate integrè absolutū, atq; (quod in hunc vsum parando, inter pistilli insultantis impetus, virtus spiritalis magna ex parte dissipetur, ideoq; contusionem respuat) instrumento hoc, corio ita obducto & in orbem circum acto, ne quid odoris expiret, molitum, Primo aqua rosacea in vitro maceratur, vncijs singulis pulueris, tribus aquæ affusis: post vitrum probè obturatum in fimum equinum, vel (si placeat) in cupellam arenariam, æqualem cum fimo calorem obtinentem, per dies triginta collocatur. Tempore hoc elapso, contentis putrefactis affunditur primo acetum rosaceum pondere subdecuplo, vinumq; sublimatum optimum subuigecuplo: hisq; inuicem bene agitatis, liquor inde exprimitur: expressus per pannos mundos colatur, atq; in vasculo vitrato, donec vnguenti modo spissescat, coquitur. Tandem in Succi decocti vncias singulas, additur pinguedinis Gobinæ exactissimè depuratæ, drachma vna, atq; coctura (agitatione diligenti, vt mixtio perfecta fiat, adhibita) leuiter repetitur. Hoc ergo est Collyrium, ad oculorum fluxiones calidas, vsus cum securi admodum tum salubris. Sed hic forte interrogauerit aliquis, cum ex testimonio Plinij lib. 20, cap. 14. & 15, varia Cumini genera existant, quodnam eorum ad hoc negocium rectè adhibeatur. Huic respondeo, Eligendum istud ipsum Cuminum nostrum Germanicum.

obuersa. Hæc exitu mensis Iulij maturescunt, colore fusco, & forma (quæ Lunæ cornicularis est) incurua. Sapor iisdē est iucund⁹ et penetrans, odor vero acris et vehemens, vsus deniq; ad varia, præsertim vero condimentorū fastidia, accōmodat⁹: maximè si cœlo sicco, & Luna Soli opposita carpantur. RADIX imperio solari subiacet partibus quatuor, Marti sex, Lunæ duabus. Cauli, herbæ, & floribus, Sol qualitatis suæ confert partes quatuor, Mars totidem cū vna quarta, Luna tres cū quartis tribus. Semē, quod in hac planta virib⁹ præualet, Soli acceptas refert partes quinq; cū dimidia, Marti 4. cū quarta vna, Lunæ duas cū quarta itidē vna. Tēperamentum itaq; plantæ totius constituunt Sulphuris partes sex, Salis tres, Mercurij totidem: hocq; modo in vnum coeuntes, eidem facultatem calefacientem, attenuantem & expellentem acquirunt. RADIX, secus atq; aliarum herbarum omnium, maxime vegeta deprehenditur, floribus emersum molientibus: quod à vi quadam cœlesti dimanet necesse est. Roscidus enim ille humor, qui tum temporis in herbam & prima florum rudimenta decidit, sub exortum Solis, manifestè percipitur per caulem, non aliter ac per siphunculum, in radicem descendere. Obseruatum etiam à me est, eodē tempore: Herbam, si rore nocturno rigetur, læta admodum fruticatione luxuriare: sin humore illo destituta sitiat, eandem tristem quasi & languidā, nulla habitus incrementa, capessere. Foditur itaq; radix, die mensis Maij quarta, Sirio siue Canicula circa δωδεκατημόριον Leonis (vt pote domus Solaris) occidēte, & Luna atq; Sole infra nostrum Horizontem demersis. Idq; ideo, quod tum tam signi dicti, quam Solis atque Lunæ natura sit, subtilissimas plantæ huius vires, ex floribus ad ἀκμὴν iam contendentibus, nec non herba & caule, motui suo conformatas, deorsum in radicem impellere. Herba metenda est circa diem mensis Maij, sextum & vicesimū. Veruntamen hîc contrario, quam in radice, modo agere conuenit. Resecetur enim oportet tempore matuti-

QVALITAS
Radix habet.
☉ 4, ♂ 6, ☽ 2 part.
Caul. herb. flor.
☉ 4, ♂ 4¼, ☽ 3¾ part.
Semen.
☉ 5½, ♂ 4¼, ☽ 2¼ part.
Temperamentum p[illegible]
Sul. 6, Sal. 3, Mer. 3 part.
Natura, calfaciens, attenuans & expellens.

CONSTELLATIO.
Radicis cū cœlo sympathia a Thurneissero obseruata.

FORMA
Radix.
Caulis.
Herba & folia.

Tempus fodiendæ radicis D. Maij 4. Sir. siue Canic. Heliac. occid. ☽ & ☉ ὑπόγ.

Flores.

Herba, quando colligenda. D. Maij 26.
Semina.

Corpora cœlestia ad motus sui exemplum trahunt vires nascentium. Semen quando carpendum. Plena et supra Horizont. euecta. PRODVCTA. Artoicum, Sal Alkali, Liquor.

matutino post emersum Solis & Hyadum, & (si contingat) Luna supra nostrum Horizontem euecta, loco sicco in vsum reponenda. Nam hoc modo vis omnis, ex radice in herbam, caulem & Semen ἔμβρυον *(vt ita dicam) siue iam inchoatum, ad gressum Solis & aliorum signorum eleuabitur, atq; herba quidem vsui commoda reddetur, radix vero cassa & in efficax euadet. Seminis, quod sub finem mensis Iulij maturescit, collectio optima est, Luna Soli opposita, & Sole cum Canicula oriente, Marte vero à malignis aspectibus immuni, neq; vicinitate Solis combusto. PRODVCTA ex planta hac, quemadmodum ex priore sunt, Oleum quoddam præstantissimum nomine Artoicum, Sal Alkali bonitate eximium, & Liquor.*

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CVMINI FOEMINÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fœminei interioribus.

OLEVM Olei vsus intra corpus. Ad Ascensionem mat. ἐπιληπτικοειδῆ Menstrua retenta, Cerebrum humidum & frigidum. SAL Vsus Salis. Ad Catharros, Polypos & hæmorragiam narium. LIQVOR. Vsus Liquoris.

Oleum siue (*vt modo nominauimus*) Artoicum, *cerebro, neruis, atq; venis eiusdem, nec non, substantiæ vteri carnosæ, & vasis seminarijs, proprium habetur. Ex aqua enim florum stillatia, siue succo herbæ, simul & pondere drachmæ potum, & pari quantitate in Muliebria instillatum (cum flatus & vapores discutiat atq; euentilet) affectum matricis epilepticum, siue ascensionem coercet. Eodem pondere, cum aquæ propriæ ligulis tribus, triduo ante plenilunium haustum, tertia ab assumptione hora, venæ quam Sapheam dicunt, circa malleolum internum pedis incisione, & spinæ dorsi ex oleo eodem inunctione superad hibita, mulierum purgationes menstruas suppressas, mouet atq; educit. Simili efficacia, cerebrum quoq; humidum & frigidum siccat, atq; calore familiari imbuit, si pondere Sicilici, ore & manibus aqua fontana recenti prius probè elotis, à decubitura hauriatur.* Sal *fibris cerebri, matricis & vasorum seminariorum destinatur. Per nares attractum, ex aqua quidem hordei, catharros mirificè educit: ex sinapi vero, Polypos & hæmorragiam narium curat. Ventri tam per superna, quam inferna anterius iniectum, vlcera & abscessus matricis curat.* Liquor (*siue aqua*) *plantæ totius, neruis spinæ dorsi, & reliquorum membrorum dicatur. Vsu frequenti sumptus, neruos totius corporis firmat, dolores spinæ dorsi profligat, Ischiæ medetur, calculos renum, fœtum mortuum, & secũdas soluit, atq; expellit: Matricẽ itẽ calefacit, humores flatulẽtos expurgat: cor deniq;, cerebrum & visum præcipue reficit atq; roborat.*

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CARI, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

OLEI, vsus in partibus exterioribus. SALIS vsus.

Oleum & Sal (*illud quidem temporibus nec non ceruici Luna crescente inunctu, hoc vero dicto tempore potu ex aqua stillatitia, menstruatim per dies tres adhibitum*) *caput expurgant: memoriam potenter roborant: oculorum caligines discutiunt, fluxiones profligant, & ruborem eorundem emendant. Simili vsu quoq; organa auditus, ab omnibus excrementis & superfluitatibus exonerant, si tum quoq; insuper regio ossis petrosi oleo dicto perungatur. Salis vino decocti fotus, vermes aurium, gingiuarum, nec non vlcerum putridorum profligat. Eiusdem in aqua resoluti collutio, cum inunctione olei sequente, morsibus, aspersionibus, & ictibus animalium venenatis, nec non apostematis, in partibus obscœnis mulierum efficaciter medetur.*

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CARI, DOctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

VETERVM de qualitate plãtæ huius iudicium. Semen frequentius sumptum incõmodat. Cui sententia Dioscoridis est contraria. VSVS SEMINIS.

Veteres huic plantæ tribuerunt facultatem calidam & siccam tertij ordinis, cum mediocri acredine coniunctam. Semen crebro bibentibus pallorem conciliare, sanguinem vitiare, mensesq; sistere perhibetur: cui opinioni Dioscorides contrarium statuere videtur, inquiens: illud ipsum stomacho vtile, & concoctionem adiuuare. Idem ad mictus cruentos & stranguriam prodest, flatus discutit, & dysenteriam profligat. Decoctum eius ex vino potum, humores & vapores malignos ex stomacho in cerebrum inuectos discutit, & incidit: Alborum profluuia corrigit, matricem & vasa

vasa generationi seruientia expurgat, caloriq; pristino restituit. Cum aceto, Asthmaticis succurrit, & cor languens reficit. Radix cocta in cibos recepta, stomachum refrigeratum calfacit, & diarrhœam siue ventris fluores immodicos cohibet.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CARI, DOctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Semen in sacculo coctum, & vmbilico illigatura calens applicatum, tormina matricis refrigeratæ sanat. Eodem modo adhibitū capiti quidem, Cephalææ medetur, oculis vero cum albumine oui, lippitudinem siue ξηροφθαλμίαν profligat: atq; nitorem pristinum eisdem restituit. Decoctum eius ex aqua, collutionibus faciei additum (certis tamen temporibus) maculas & lentigines, non solum in facie, verum etiam reliquo corpore extergit. Triti puluis, coctura ex aceto in pulticulam, hincq; in massam redactus si odoretur, sanguinis eruptiones ex naribus comprimit: Sin vuluis subijciatur, menses præter modum fluentes coercet. Idem cum cera & oleo oliuarum, contusis & suggillatis impositu medetur, sanguinem concretum dissoluit, & tubercula callosa, nodos, strumas, poros atq; alias ex sanguine & humoribus viscosis collectiones scirrhosas, emollit & expugnat.

SEMINIS Vsus exterior.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CARI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

In doloribus capitis intensioribus, qui affligunt tempore antemeridiano, nimirum à puncto mediæ noctis vsq; in horam duodecimam, Semen (atq; adeo etiam Subtilitates) adhibere conuenit, primo mensis quadrante, siue spacio inter Coitum & primam quadraturam intercedente lectum: Qui vero pomeridiano, ab hora scilicet duodecima meridiana vsq; ad medium noctis, aduersus hos, Extractis seminis inter Oppositionem & vltimā quadram decerpti, vtendum. D. Ioannes Nosterdamus, Mathematicus fama ingenij et artis celebris, retulit: Duplicē esse Seminū in hac plātanaturam. Quæ enim circa æquinoctiū autūnale, cum videlicet Sol Libram ingreditur, Lunæ obuertant superficiē conuexam, eorum vsum maximè sexui fœmineo quadrare: quæ vero eandem spectent, superficie cornuum lunatorum concaua, ea viris quouis tempore esse accōmoda, mulieribus vero minimè. Porro quibusdam in locis, Mulieribus à balneo cum Sale datur deuorandū: Quo non solum vapores, ex balneo in corpus collecti discutiuntur & euacuantur: verum etiam vires naturales, partim à calore aëris ambientis, intensiore dissipatæ, partim per sudorem largiorem subductæ, roborantur: & humores deniq; viscosi, æstu vaporum in ventriculum depulsi, exiguntur. Mos itaq; iste à Maioribus nostris non sine ratione est inuentus, et cōmunis salutis gratia in mūdū introduct⁹. Eiusdē Luna intermestri decerpti puluis, cū adipe gallinaceo in vnguentum redact⁹, si per dies nouem, & quidem quotidiè semel, nimirum per quadrantem horæ postmeridianæ (cum Sol à plaga meridionali in occidentem declinat) regioni ventriculi probè inungatur, βραδυπεψίαν, id est facultatē ventriculi alteratricem languidam emendat.

Ad dolores capitis antemeridianos. ☽ inter □ & ☌

Cuminū mulieribus a balneo cum Sale cur exhibeatur?

Ad dolores capitis pomeridianos. ☽ inter □ vl. & ☍.

Experimentum NOSTERDAMI de semine, sub æquinoctium autumnale.

Quorum seminum vsus viro quorum mulieri conueniet.

Ad βραδυπεψίαν.

AQVA CAVLIVM CVMINI αὐτόσακτος.

CAVLES Cumini, si circa plenilunium, horis viginti quatuor ante resectionem, in ima sui parte vulnerentur, exemplo vitium mense Aprili incisarum, aquam extillant, odore iucundā, sed gustu insipidam: quæ ad χήμωσιν siue inuersionem aut retorsionem palpebrarum, cum rubore coniunctam, collutione si his adhibeatur, remedium præstat admodum salubre.

Caput vigesimum secundum.

DE CVMINO SOBOLE, QVOD ALIAS CHÆMONASVS, ET CVMINVM THEBAICVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Plinius

NOMEN.
Plin.lib.20.ca
14. p



Linius lib.20. cap.14. mentionem facit Cumini cuiusdam syluestris. Id mihi (saluo tamen aliorum iudicio) videtur esse illud ipsum, quod Dioscorides κύμινον ἄγριον, *alij latinè Thebaicum, Græci* ἱπποκύμινον, *Hebræi* כְּמוּנָאסוּס *Chemonasus (id est, vt nos Germani idipsum dicimus Roßkümich, siue Cuminum equinū) Germani quidam Bawren Kümmich, alij Bergkümmich, Vandali Iabrosin, alij deniq; (& quidem pars maxima) Cuminum paruum appellarunt. Quarum appellationum posteriorem dum considero, in mentem mihi venit suspicari, an forte hoc quod exhibemus, sit planta* קִימְעָא *Kymehah siue Kymehá, cuius semen etiam his sæculis, apud Æthiopas in honore & precio magno habetur. Kymehah enim vocabulū est Chaldaicum, & idem quod* μίκρον *siue paruum significat. Ideoq; respectu huius, vocabulo* ἵππος *in* ἠβαιος *mutato,* ἱπποκύμινον *quasi* ἠβαιοκύμινον, *id est Cuminum paruum, expositū fuisse si dicamus, nō vtiq; fuerit absurdū: præsertim cum nomen Kymehah, originem non tam vocabuli Cuminum, quam epitheti siue cognominis paruus, haud obscurè prodat. Veruntamen cū me (vt pote nec ingenio, nec eruditione insigni valentem) cum nemine* λογομαχίας *moturum, sed solummodo simplicem animi sententiam propositurum, ante sim testatus, maneat sane plantæ appellatio* ἱπποκύμινον, *nostro iudicio incorrupta: & ab exilitate seminis, Cuminum paruum dicatur. Cæterum Arabibus etiamnum Kemum appellatur. Ex quibus omnibus apparet, à vero plurimum recessisse eos, qui alias plantas multas, pro Cumino Syluestri habuerunt. Quanquam grauius impegerint, qui vnum tantum Cumini genus agnoscere voluerunt. Quorum sententiā vel illud solummodo redarguit, quod Galenus Meth. simpl.li.7.affirmat, inquiens: sibi vsum seminis Cumini nō minus frequentē, quā Anisi, Ligustici, Petroselini aut Cari. Quod si itaq; ille nō plura (quā vnū) Cumini genera agnouisset, haud equidē Cuminū æquè ac Carui sibi familiare esse, affirmaturus fuisset.*

כְּמוּנָאסוּס
Chemonasus.
Roßkümmich.
Bawrekümmich
Bergkümmich.
Iabrosin.

Cuminū paruū.
Multæ plantæ pro Cumino agresti habitæ.

קִימְעָא
Kymehah.
Etimologia nominis ἱπποκύμινον ex Hebraico Kymehah deducitur.
Contra eos, qui vnam tantum Cumini speciē agnoscere voluerunt, testimoniū ex Galeno.

ἱπποκυμιν. quasi: ἠβαιοκύμινον Kleiner kümmich.

SIGNATVRA GENERALIS.



IMAGVNCVLA hæc, in historia Cumini masculi quidem, signauit arterias & venas cerebri, cordis, ac pulmonū: in Fœmina vero, ligamēta, neruos & venas seminales, cerebri, matricis atq; testium. In hac autem quæ Sobolis est, iam iterum ad neruos, venas & tendones principales cerebri, epatis & splenis in corpore puerili signandos (quod hæ partes ab eadem qua reliquæ, origine propagentur atq; descendant) accomodatur.

FORMA CONSTELLATIO, ET QVALITAS CVMINI SOBOLIS.

FORMA
Radix.



Caulis.

Herba.

Semen.

TERTIVM hoc Cumini genus, non tam ratione efficaciæ remissioris, quam exilitatis seminis, à nobis loco Sobolis collocatum, Radicem obtinet mediocris magnitudinis, foris cute molli, intus vero carne lignosa quodammodo, & colore citrino præditam, densoq; fibrarum capillamento syluescentem. Caulem idem erigit inanem, striatum, & multis geniculis articulatum. Herbæ quantitas minuscula est. Foliola enim curta, formam Cicutariæ siue etiam Chærefolij æmulantur: nisi quod macriora existunt, & incisuris profundioribus diuisa, crenarum laciniolas exiliores, graciliores, atq; adeo longiores habent: Tactu eadem mollia sunt, & colores herbido eleganterq; viridi nitent: Vnde fit vt tempestiuius, & quidem ante seminis maturitatem flaccescant, eamq; ob causam (cum cuilibet rei tempus exortus certum sit definitum, peculiarisq; naturæ facultas deputata) postea eo maturius, mense nimirum Aprili, in lucem emergere soleat. Odoris vero iucunditate intér reliqua Cumini genera, hoc primas tenet. Semen, cū in eo (meo quidem iudicio) humiditas calorem superet, serò, atq;

atq; adeo mense Septembri primũ perficitur. Exile id est admodum, incuruum quodammodo, odore graueolens, & sapore cum acredine subamarulentum: vnde ventre ieiuno si deuoretur, sæpe nauseam excitat, & bilem πρασοειδῆ siue etiam ἰώδη id est æruginosam (quod malũ Germani das Hertzwasser *nominant) procreat. RADIX è Sole possidet partes tres cum dimidia, è Marte quatuor cum quartis tribus, e Luna tres cum quartis totidem. Herba, caulis, & flores, Soli acceptas referunt partes tres cum vna quarta, Marti itidẽ tres cum totidem quartis, Lunæ quinq;. Semen vegetatur qualitatis Solaris partibus quatuor cum vna quarta, Martialis partibus totidem, Lunaris tribus cum totidẽ quartis. Temperamentum itaq; eius constat, Sulphuris partib⁹ quinque, Salis quatuor cum dimidia, Mercurij sesquitribus. Cum enim Mars & Sol, partibus caloris et siccitatis suæ, Lunæ (cuius partes ex dimidio tantum superant) nihil virium detrahere vel surripere possint: neq; vicissim Luna frigidi & humidi sui (quæ immiscet) proportione ferè subquintupla, quicquam de qualitate illorum imminuat aut deroget: Fit itaq; vt virium & facultatum suarum dominium, in semen (exigua tantum parte excepta) ἰσοδυναμῶς & æquabiliter exerceant. Quapropter & plantæ, totius natura est, calfaciens, aperiens, & discutiens. RADIX fodienda est pede dextro Orionis ferè occidente (quod tempus in finem mensis Aprilis incidit) & Luna in Ariete, siue Marte in Cancro existente. Herba cum caule & floribus insidentibus (cum planta ipsa sit syluestris & ὀψίκαρπος, siue fructus serotini) metenda est die mensis Augusti quarta: πλοκάμω nimirum siue coma Berenices Cosmicè exorta, Sole vero in Leone, & Luna in Cancro siue Ariete versante: atq; in desiccatione loco à radijs Solaribus remoto, seruanda. Semen carpitur circa diem mensis Octobris, tertium, quartum, quintumue & decimũ: et quidem antequã cauda Leonis occidat: atq; Sole insuper cum Marte Leonem, Arietem, siue Cancrum tenente.*

Bilis æruginosa
Das Hertzwasser.

CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda? Aprilis fine.

Natura plantæ,
Calfaciens,
Aperiens.
Discutiens.

QVALITAS:
Radix habet
☉ $3\frac{1}{2}$
♂ $4\frac{3}{4}$ par.
☽ $3\frac{3}{4}$

Herba, caulis, flores.
☉ $3\frac{1}{4}$
♂ 3 $\frac{3}{4}$ part.
☽ 5

Semen.
☉ $4\frac{1}{4}$
♂ 4. par.
☽ $3\frac{3}{4}$

Temperamentum cõpositum ex.
Sul. 5.
Sal. $4\frac{1}{2}$ par
Mer. $2\frac{1}{2}$

Semen quando carpendum.
D. Octob. 13. 14. 15.
Ante caudæ Leoninæ occ.

☉ ♂ in ♌ ♈ ♋



MODVS DESTILLANDI.

GENERA Cumini ista tria, essentia crassiorum partium, naturaq; flatulenta & vaporosa cõstant: vnde ad destillationem eorum, organa ampla eademq; humilia requiruntur: cumq; flatus & vapores propellant, sibi ipsis flatuositatis (vt ita dicam) halituosæ, quæ robore spiritus cuiusdam viuifici subnixa, in cauitates corporis penetrans, vapores ibidem desidentes (vt pote vitiosos, ignauos & inutiles) expellat, plurimum inesse, indicio euidenti conuincunt. Eorum itaq; vis illa spirituosa, vt totum hominis corpus, ex omni parte modo sursum modo deorsum rimatur ac peruadit: Ita & in destillatione, Subtilitates ex ijsdem eliciendæ, primo ex aluo vasculi ampliore, velut ex ventre vrsi litera X. hîc insignito (cui animali, vtpote ὀξυχόλῳ siue in iram præcipiti, atq; adeo substantia carnis & sanguinis crassa admodum, ideoq; tam animo melãcholico, quã corpore villis horrẽte prædito, modũ destillationis cõparauimus) in caput, inde vero per pedes priores (vt pote per Circulatorium) ad feces, et ab his ἐναλλὰξ siue vice alternata (vt non solum cruditatẽ exuant, verũ etiam naturæ vagabundæ ἕξιν siue habitũ acquirant) sursũ ducũtur: tandẽq; destillatione vulgari (sed tamẽ tractu amplo eoq; humili) rectificantur ac defecantur.

Siccari autem idipsum desiderat loco vmbroso, neque radijs Solaribus illustrari solito. PRODVCTA ex hac planta integra sunt, quemadmodum ex antecedente, Oleum rubicundum nomine Artoicum, Sal Alkali, atq; deniq; Liquor.

PRODVCTA
Artoicum,
Sal Alkali,
Liquor.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CVMINI SOBOLIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Oleum, *neruis, tendonibus, atq; venis primarijs, cerebri, epatis, nec non splenis in corpore puerili dicatur. Exhibendum itaq; est pueris tenerioribus, singula hebdomade semel, ex ligula aquæ herbæ stillatitiæ, pondere siliquarum sesquiquinq;, idq; spacio quinquemestri: mensibus nimirum, Iunio, Iulio, Augusto, Septembri & Octobri. Cum enim tum temporis, humores plurimi crudi & viscosi, Stomachum ex inopia caloris naturalis (qui tunc membra exteriora petit) quàm alias frigidiorem, ideoq; cibis concoquendis imbecilliorem obsideant: Vsus illius eiusmodi, pueros à multis ægritudinum iniurijs, immunes seruat.* Sal, *fibris & meningibus cerebri, nec non membranulis epatis & splenis familiare habetur. Datur autem Pueris resolutum, in lacte caprino quidem ad siccandos catharros capitis, in vino vero rubeo ad malitiam Erisypelatum mitigandã, in lacte deniq; communi ad vermes necandos & educendos, torminaq; sedanda.* Liquor (siue aqua stillatitia) *itidem membranulis omnibus cerebri, & cuti destinatur. Tepidus pondere vnciarum sesquiduarum potus, puerorum tussi, vomitionibus, & Ischuriæ medetur. Eodem modo (si simul accedat, eiusdem circa aures applicatio) parotidas curat. Ad fluxiones denique, illuuie humorum crassorum & viscosorum palpebras ceu glutino compingentes vtilis est, & per os exhibitus, & simul tempore vespertino capiti in panno illigatura applicatus.*

OLEI VSVS,
ad calorem naturalem conseruandum.
Ventres æstate frigidiores.

LIQVORIS VSVS.
Ad Tussim. Vomitio. Ischuriã. Parotidas. Flux. ocu

SALIS VSVS
Ad Catharr. Erisype. Vermes. Tormi.

H Natura

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CVMINI SOBOlis, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

AQVAE Vsus extra corpus. Ad { ἰόνθους, ἐξανθ. Maculas rub. in fac. } OLEVM. Ad foetus debilitatem.

Aqua stillatitia croco diluta, regioni epatis in epithemate si applicetur, accedente quoq; haustu frequenti seminis integri ex iusculis, ἰόνθους siue Varos & ἐξανθήματα, quae Iuuenibus plethoricis (vel ex sanguinis abundantia, siue epatis intemperie calida) in facie erumpunt, profligat. Oleum manu calida circa vmbilicum, latitudine pollicum octo, praegnanti probè inunctum (Sale quoq; insuper sumpto) foetū debilem & languentem viribus instauratis reficere creditur, & roborare. Hocq; remedio, Foeminae aliquot illustri loco natae, non solum ipsae foeliciter sunt vsae, verum etiam alijs, quae se inde non parum leuatas senserunt, idipsum cōmunicarūt. Aqua dicta, Luna crescēte in collutiones puerorum addita, & suapte desiccari missa maculas à scabie & morbillis depereuntibus remanentes extergit, cutemque candidam & leuem praestat.

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS CVMINI THEBAICI, doctrina Philosophiae veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Cuminum Thebaicum efficaciæ robore creditum est apud veteres reliquis præcellere. Cur hæc species contra veterum sententiam loco inferiore collocetur? VSVS CVmini Thebai. Ad { Concept. Ocul. flu. Tormina Vulnerat. Lib. exti. }

Veteres, quemadmodum duobus prioribus, ita quoque huic tertio Cumini generi, qualitatem calidam & siccam tertij gradus, atq; simul (cum syluestre sit) efficaciam quam reliquis maiorem tribuerunt. Sed experientia docet, vires eius neutri illorum aequipollere, sed potius imbecillitate in agendo infimum locum tenere. Quod cum ita sit, nos illud ipsum loco Sobolis putauimus statuendum. Hoc itaq; genus, vt Dioscorides tradit, in Pessarys siue Suppositorys locis muliebribus iniectum, creditur conceptionem iuuare. Haustum fluxiones oculorum sistit. Ex melle torminibus commendatur. A balneo, vulneratis, atq; ijs quoq; qui affectibus libidinis praeter modum tentantur, vtiliter exhibetur. Quae reliquae ei facultates insunt, de ijs cum apud Galenum (lib. 7. de Medicamentorū simplicium facultatibus) tum Authores plerosque alios, expositiones extant. In genere autem (vt ipsi tradunt) ad omnia, ad quae Foemina capite praecedenti descripta, conducit.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CVMINI THEbaici, doctrina Philosophiae veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS CVmini theb. extra corpus. Ad { Infl. vteri. Ocu. dol. Vis. cal. Podagrā. }

Decoctum plantae ex vino ventri applicatū, vterū flatibus & vaporibus malignis liberat, eūque calfacit. Semen tritum in sacculo capiti impositum, doloribus oculorum commendatur. Ad idem valere creditur, atq; insuper visum caligantem reficere, eiusdem mansi halitus siue vapor, afflatu in faciem admissus. Idem (quod recēns experientia est deprehensum) in butyro verno frixum, atque adeo vstulatum, dum adhuc calet si imponatur, traditur aduersus dolores podagricos magnificè opitulari. Quod ita fieri non dubito: praesertim, si in collectione tempus quoq; et occasio, temperamento Affectorum respondens, simul obseruetur. Atq; idem ferè (quanquam paruae diuersitatis in frixatione) mihi D. Rheticum (Virum inter Medicos vsu & arte excellentes haud postremū) & de semine Pimpinellae praedicare memini.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CVMINI SOBOlis, doctrina Magiae veteris & recentis, spiritalis, coelestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Cumini Thebaici radicibus, ad conceptionem iuuandam quale tempus deligendum? ♊ Ascend. ☉ in { 3 7 9 } Gr. ♊

Cumini syluestris radices tres, in momento exortus Geminorum, & Solis in prima eiusdem signi Decade, (praesertim autē gradu eius tertio, septimo, siue nono) positu, vt plurimum inter dies mensis Maij duodecimum & vicesimum secundum contingente, virtutisq; earum nondum vel in herbam vel flores diffusae vigore medio, si fodiantur: & ante coitum, harum vna ex collo suspendatur, altera in potu adhibeatur, succo tertiae genitalia inungantur, sequente mox congressu, perhibetur foecunditas

fœcunditas mulierum & conceptionis facultas iuuari. Qua in re, physica quædam solũmodo naturæ dispositio siue præparatio, & causarũ quæ conceptioni obsũt, depulsio spectatur. Homo enim quilibet prudens & sapiens, liberorum procreationem, Solius Dei dantis donum esse cognoscit. Neq; tamen id etiam quenquam sanæ mentis hominem fugit: Dei voluntati ordiniq;, vires naturæ ad negocium istud, ceu instrumenta & ministras, accedere. Sed mirabuntur fortasse hoc loco Eruditorum aliqui, cur Signum Geminorum, alioqui ipsis pro sterili habitũ, aliquid ad fœcunditatẽ conferre doceatur. Illis ergo hoc responsum volumus, Omnes res physicas, opera sympathiæ & antipathiæ cuiusdam, & impediri & perfici. Quod vero ex impregnatione influxꝰ cœlestis dissimili, conceptus pluvimi, naturæ parentis ordinem leges q; statas, non solum non referentes, verũ etiam ab iisdẽ exorbitantes proficiscãtur, testimonio est (quã aliquando Maiores nostri doctore spiritu Dei, in Magiæ veræ cognitionem ingressi, constituerunt) in multas partes haud absurdè diducta, eademq; allegorica generationũ diuisio. Verum sincerior Magiæ doctrina, hoc sæculo (proh dolor) cum ipsa fide atq; virtutis studio, iam tota exoleuit: atq; tã ipsa quã vera physices sapientia, in maliciosam quandam & callidam sophisticam degenerauit. Vnde factũ est, vt iã omnes artes diuinitꝰ homini concessæ, nõ solũ cõtemptui habeãtur: verũ etiam, quasi obseruatio & doctrina effectuum eiusmodi in corporibus cœlestibus, cum quibusdam incantationum Diabolicarum præstigiis, & superstitionibus profanis sit coniuncta, calumniis et obtrectationibus hominum proscindatur et exagitetur. Quamobrem & plurimi Viri excellentes, experimenta sua præstantissima, atq; à Maioribus suis non sine magno labore, & vigiliis assiduis inuenta, haud temere aut iniuria, vel prorsus occultarunt, vel saltem à scriptis posteritati consecratis secluserunt: & (ne pro exorcistis, incantatoribus, & superstitiosis præstigiatoribus haberentur) vsum eorũ prorsꝰ abdicarũt. Atq; ita Magia, ars illa sana, Deo pbata, & naturæ nota, in obliuionem abyt: ita, vt si iam à quopiam in lucẽ proferatur, ludibrio & risui potius sit, quam vt physices sobriæ loco habeatur. Sed tamen Scopticorum contumeliosorũ causa, nullius rei, quæ hominibus vsui esse possit, diuulgatio est intermittenda.

Multa sapientiæ recõditæ inuẽta vtilissima, Viri Præstantes, deterriti malignitate iudiciorum occultarunt

Quomodo Signum sterile aliquid ad fœcunditatem conferre possit.

Magna vis in sympathia et antipathia, ad omnes actiones.

Geniturarum diuersitatem efficiunt diuersimodæ impregnationes, influxus cœlestis.


CAVTELA.

In collectione seminis, & fossione radicis, nec non resectione herbæ & florum, vitandi sunt Mars & Saturnꝰ, tam in eodem Signo vel Domo coniuncti, quam in ortu constituti. Captetur ergo Oppositio eorundem, vel distantia ab inuicem quam fieri potest longissima. Quod si enim coniunctio siue vicinitas Planetarum horum coincidat, virtus plantæ in vsu euadet imbecillior: sin distantia longior, efficacia euidentior & fortior reddetur.

Vera Magia sublata, superstitiosa & phanatica successit.

EXEMPLVM.

PLANTA hæc anno 1561. iussu Comitis cuiusdam Reinsteinensis prope Blanckeburgum arcem in aditu sylua Hercinia est fossa, & Comitissæ cuidam nomine Sophia (quæ coniunx fuit Alberti Comitis Lindouiensis & Mæcerensis, ac Domini Rupini Veteris) in medicatione adhibita. Cuius fossionis tempus themate descriptum, inter pagellas aliquot Ioannis Carionis, Nobilis illius Mathematici accepi: ac tum cœlum, quem Figura præsens prabet spectandum, Signorum & Planetarum positum obtinuit.



Caput vigesimum tertium.

DE PETROSELINO MARE, QVOD ALIAS PETROSELINVM MACEDONICVM, ALIAS VERO OLYSATRVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



ISTORIÆ Cuminorum iam simplicissimè pertractatæ, ratione cognationis viriũ diligenti examine exploratæ, merito subiungitur descriptio Petroselinorũ, de quibus inter Homines præstantissimos, ab obitu Apis, Aesculapii, Apollinis, Arabiq; eiusdẽ ex Babilone filii (qui õnes prima artis Medicæ fundamenta iecerunt) ad hæc nostra

Astrologia subiunctæ historiæ Petroselinorum.

Primi artis Medicæ cultores & inuentores.

Thurneisserus nullius scripta reprehendit, aut contemnit.

nostra tempora vsq, disputationibus tam diuersis est certatum. Quo in negocio, cum quilibet pro ingenij sui excellentia, sententiam suam publicæ vtilitatis causa scriptis diuulgarit, in spem haud dubiam adducor: neq mihi vitio datum iri, si meæ quoq experientiæ qualiscunq notitiam, animo bono proponam: præsertim, cum nullius Lucubrationibus quicquam derogem, aut aliorum sententias conuellam aut improbem: Sed potius quicquid à me profertur, illud omne Virorum honestorum & Eruditorum iudicijs subiectum, atq adeo commendatum velim. Cum itaq tria omnino Petroselini genera existant, non solum forma, verum etiam viribus & effectibus ac sexu deniq à se inuicem variantia, Ideo vt eorum & ordo constet, & notitia quoq sit expedita, nunc distinctim de singulis referemus. Primo ergo loco à nobis statuitur Petroselinum Macedonicum. Quam plantam, quod fuerint qui cum Petroselino Alexandrino statuerent eandẽ, aut Petroselinum Macedonicum (quorũ magnus est numerus) pro Bibenella haberent, quemadmodũ nec defuere qui Smyrnium & Olusatrum confunderent, Hoc inquam nihil equidem isto in loco moror. Appellatum est autem illud ipsum quoq Aestreoticum, atq (vt quorundam fert opinio) apud Syros Sinon, & Olysatrum. Quamuis vero in Epiro quam ipsa Macedonia copiosius prouenit: Tamen, vt Alcea Veneta, Spica Romana, & faba Ægyptia: ita quoq hoc, cognomen gentilitium & primigenium, natalibus variatis nunquam deponit. Certo enim constat, hanc plantam non tam in Macedonia, quam reliqua Græcia & regionibus vicinis frequentissimã & sua sponte, in nostris vero terris, quemadmodum etiam in Italia, raram vel (nisi colatur) omnino non prouenire. Porro ad etymologiam appellationis Petroselinon quod attinet, fieri poterat: Vt primo apud Græcos ex Hebraico Selah, affictione duarũ syllabarũ ιν & ον, σέλινον extiterit: atq ex hoc postea assũpto ab alijs gentib⁹ vocabulo πέτρα et addito λίνον (quod quibusdam appellatio est seminis) πετροσέλινον sit profectum: Sicq vocabulum Petroselinũ, atq adeo Germanicũ Peterlein (cũ quoq Linũ semẽ, et plantã suã et oleũ à se denominet) quasi Steinlein siue Petrolinũ id est semẽ petræ, respectu nõ solũ loci natalis (quod scilicet petris, muris, & conuallibus lapidosis innascatur) verum etiam virtutis λιθοτριπτικῆς, ob quã nõ iniuria nomen סלִזֶרַע Selizerah tulerit, videatur posse exponi. Ad solum natale quod attinet, prouenit hæc planta, hoc etiam sæculo (vt dictum) in Græcia, Epiro, Peloponeso & Insulis vicinis sua sponte, alibi vero quidem vbiq locorum, sed ferè non nisi diligenti Hominum rei herbariæ studiosorũ cultura. Spontanee tamẽ innascitur petris (vnde & Plinio nomẽ obtinuisse videtur) nõ solũ in Græcia, verũ terris alijs plurib⁹: in Trãsyluania scilicet circa fontes Alti fluuij, et in Germaniæ mõte illo celebri, quem incolæ Den Fichtelberg nominant, itẽ quoq eiusdem (quod Syluæ nomẽ obtinuit) circa vrbem Vuonsidelium. A me deniq inuenta est, anno 1575. (cum comite D. Iohanne Camerario Consiliario aulico ex Borussia proficiscerer) in monte Pomeraniæ Gallo, Ceslino vrbi imminente, prope Sacellum quod ibi visitur vetustum: vnde Berlinum transportatam, in horto meo domestico seui, vbi adhuc durat.

Etymologia vocabuli Petroselinon. Petroselinum dictum quasi linum petræ, id est semen petræ

Ratio etymologiæ.

Petroselini tria genera.

Selizerah.

PATRIA. Græcia. Epirus. Peloponesus.

NOMEN. Petroselinum Macedonicum.

Petr. Ma. hab. pro { Petr. Al. Bibenel. Smyrni.

Aestreoticum. Sinon, Olysatrum.

Planta hæc vbicunq locorum nascatur, nomen primigenium retinet.

Transyluania. Altus fluuius. Fichtelberg mõs Germ.

Thurneisserus proficiscitur ex Borussia, comitatus a Iohanne Camerario Consiliario aulico. Gallus mons Pomeraniæ.



SIGNATVRA GENERALIS.

CVM plantarũ istarũ natura sit, omnes humores tartarosos & viscosos in toto corpore virili (siue hi in intestinis, siue sanguine, siue musculis, siue neruis tẽdonibus & venis, siue deniq intra cutem & carnẽ delitescãt) resoluere & euacuare: Ideo loco partium dictarum, effigiem Viri integram huc adduximus: Atq ita eadem corpus virile cum omnibus suis partibus, visui tam expositis quam recõditis, signamus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS PETROSELINI MARIS.

Comparatio Petroselini Macedonici cum alijs plantis

NON falso quidem omnino dicitur, Petroselinum Macedonicum similitudinem quandam Apij & Smyrnij quodammodo referre. Veruntamen si libera sit eiusmodi collationum audacia, id potius speciem quandam Chærefolij aut Corianni, quam vllius alterius exprimere affirmarim. Quod non eò dicitur, quasi propter similitudinem Chærefolium pro Apio, siue Coriannum pro Chærefolio, siue deniq Chærefolium pro Petroselino sit habendum. Nec est (quod in omnibus plantis obseruari oportet) cur de forma eius (cum plantæ singulæ inter quotidiana à primo originis emersu incrementa, habitum suum haud parum immutent: atq eodem simul terræ vbertas, humiditas, durities, & mollities &c, nec non aëris et cœli patrij, atq etiã fluuij viciniam rigantis natura, haud parum afferat momenti) hoc loco pluribus disputetur. Quod itaq nos Petroselinum Macedonicum esse statuimus, planta est fruticosa, densa foliorum serie ex omni parte syluescens, altitudine cubitum raro excedens, atq virore in flauum potius quam herbaceum vergente conspicua. Radix, qua nititur robusta est & longa:

Plantarum habitus diuersimodè mutatur.

FORMA.

Radix.



longa, foris in nigro pallet, intus albicat: Cutis crassa est, & quam caro durior, quæ tamen etiam solidiuscula est, ita vt si fortius flectatur, cum sonitu quemadmodū Raphanus dissiliat: Per medium longitudinis eadem exemplo Petroselini vulgaris, neruulo siue medulla (quod in alijs radicibus rarum est) trajcitur: Odor inest iucundus & dulcis, sed tamē penetrans: sapor vero gustantibus acris, & linguam quodammodo mordicans. Herba sub exitum mensis Aprilis, germine purpureo, quēadmodum Chærefoliū, emergit: adulta ex viridi pallet, & caulem (qui angulosus potius quam teres, nec non geniculatus, concauus & ramosus exurgit) densa fruticatione stipat. Folia incisuris, atq; adeo forma ipsa, imam Corianni partem ambientia (nisi quod horum viror est dilutior paulo, illorum odor iucundior & gratior) ferè imitantur. Flores è summo caule (qui raro visitur sesquicubitali maior) emicant cum fine mensis Maij, colore cādido, & tam forma quam odore eorū, quos Imperatoria educat, æmulo. Foliolis horum exilibus (vbi ea defluxerint) succedūt capitula, initio viridia & oblonga: quæ postea diuisura plerunq; trifida dehiscentia, semina oblonga, incurua, eademq; superficie conuexa sibi mutuo opposita, exhibent. Ea tandem, circa tempus exortus Pleiadum, qui in diem mensis Octobris vicesimum, vicesimum secūdum, & vicesimū quartum incidit, colore nigricante conspicua, vt plurimum perficiūtur. IN RADICE, quæ partium plantæ huius nobilissima est, Sol imperio suo obtinet partes octo cū tribus quartis, Venus duas, Luna vnā cum quarta vna. Constatq; ita compositio eius, partibus Sulphuris octo, Salis duabus, Mercurij totidem: hincq; naturam calefacientem, attenuantem, & expellentem sortitur. Proximum à radice locū, bonitate et efficacia occupat herba: quā Sol quidē vegetat virium suarum partibus septem cum vna quarta, Venus sesquiquatuor, Luna vna cum quarta vna. Vltimas, ob imbecillitatem virium tenet semen. Huic enim dominatur Sol, partibus septē, Venus tribus, Luna

Flores.

Semina.

Radix.

QVALITAS
Radix habet.
☉ 8 3/4 }
♀ 2 } part.
☽ 1 1/4 }

Temperament. constat,
Sul. 8 }
Sal. 2 } part.
Mer. 2 }

Herba.

Folia.

Herba.
☉ 7 1/4 }
♀ 3 1/2 } part.
☽ 1 1/4 }

Semen.
☉ 7 }
♀ 3 } part.
☽ 2 }

CLISSVS.



DE medicamento stillatitio, quod Clissū nominamus, hæc fere Lector beneuolus teneat: NOMEN hoc à Paracelso non huic vni soli tribui, verū idipsum Subtilitatibus reliquis omnibus, quæ ex vna vnius generis origine, in varias easq; diuersas partes distractæ, tandem recolliguntur & in vnum coeunt, esse cōmune. Verbi causa. Semen terræ commissum, primo in radicē, hinc in herbā, mox in flores diffunditur, & deniq; ad fructus siue semina redit: & partiū quidem illarū cuilibet, natura peculiaris inesse deprehenditur. Si ergo iam Subtilitates ex his singulis seorsim extrahantur, hincq; congressu & societate mutua vnitæ, denuo in vnum corpus recurrant, Tum sane Cōpositum tale (siue Oleum, siue quod nos Arcanum dicimus, siue Liquor, siue Puluis, siue Sal, vel deniq; similium aliquid aliud fuerit) Clissus æquissime dicetur. Similiter Bona, quæ à patre vno, hæreditate in plures liberos transeunt, ac postea maxima horum parte è viuis sublata, in vnum recidunt, nomine hoc quoq; appellari queunt. Sed nos orationis nostræ institutum, de genere ἀνακυλίσεων siue reuolutionum, non posteriore hoc, sed priore potius, volumus intellectum. CONFECTIO autem Clissi nominati, tali fere ratione perficitur. Radicibus, folijs, floribus & seminibus plantarum istarum trium (siue aliarum quæ natura simili præditæ sunt quarumuis) maturitate absolutis, & quod præsupponimus iusto tempore fossis, collectis ac decerptis, omnes virtutes & Subtilitates, vel destillando, vel calcinando, vel putrificando, siue modis segregationum Chymicarum alijs quibuscunq;: ex naturæ scilicet, ingenij & habitus in qualibet specie delitescentis notitia explorata, quam maxime conuenienter electis, & quidem sigillatim dexteritate tractationis peculiari adhibita naturæ rei accommodatis (quod Chymistam quemlibet ex doctrina ἀρ-σικῇ, quæ rei cuiusuis naturam homini ratione valenti explicat, inprimis nosse oportet) subducuntur & extrahuntur. Vbi vero iam singulæ separatim, vtpote altera in forma Olei, altera Salis, tertia Liquoris (quo nomine appellentur non refert) à corporibus specierum fuerint eductæ, Ibi tum omnes simul (modo qui iam describetur) coniunguntur, atq; in vnam essentiam spiritalem, eamq; postea inseparabilem rediguntur. Nimirum. Cucurbitis tribus B, C, & D, æqualis amplitudinis, & inferna parte, ne ex igne iniuriam aliquam sentiant, luto probè munitis, primum Subtilitates dictæ committūtur (Sal in B, Oleum in C. Liquorem in D immittendo) hincq; Alembicus colli capacioris A, qui orificia omnium trium fideliter cōcludat, accurate superlutatur: atq; ignis æquabilis et proportione Arithmetica distributus, subijcitur. Quo vbi Cucurbitæ æqualiter incaluerint (quod vnicū, vt omni inæqualitati occurratur diligenter obseruādū, si vero secus factū fuerit, mox est corrigēdū) ex contētis singularum, essentia tenuior (quæ volatilitate & fugacitate spiritali præcedentium duarum subtilitatem æquat) & vires animales, habitu vaporis in Alembicum A transmittuntur. eq; coitu horum mutuo, humor quidam (velut fœtus) concipitur: qui postea ex pluribus guttis sese in cauitate Alembici colligens, per orificium eiusdem (ceu vterum maternum) excluditur, & à vasculo E, quasi ab officiosa Obstetrice excipitur, atq; reponitur. Is ergo est Clissus, siue Subtilitas, vt ante ex vna triplicata, ita tandem ἐναλλὰξ ex tribus vnita, et vi sua meatus occultos corporis rimante, insignem in medicando vsum præstans.

CONSTELLATIO. Radix quando fodienda ☉ in vlt. decad. ♉

Semen quando carpendum. D. Se. 12. 14. 16

PRODVCTA Pharma. Clissus. Oleago, & Sallena.

♀ in dom. prop. Herba quando colligenda D. mensis Maij 27. Palilicio orient.

deniq; duabus. RADICES plantæ huius adultiores, tenerioribus efficacia præstant. Fodiuntur autem sub finem mensis Aprilis: antequam tenello foliolorum purpurascentium germine, è complexu terræ extuberent, atq; solo fisso in apertum se proferant: quod fit, Sole in vltima decade Tauri, Luna vero in eiusdẽ Signi gradu, vel primo, vel decimo quinto, vel vicesimo nono: & in mansione siue prima, siue tertia, siue quarta cõmorãte, ac Venere deniq; in Domo propria cursum suũ peragẽte. Herba in vsum medicũ metitur, dũ adhuc tenella est, circa diem mensis Maij vicesimum septimum, & quidem Palilicio siue λαμπαδίᾳ in oculo Tauri exoriente, Luna vero in gradu Signi eiusdem, vel secundo, vel decimo sexto, vel vicesimo nono, & in mansione siue secunda, siue tertia, siue quarta existente. Semen carpendum est, diebus mensis Septembris, duodecima, decima quarta & decima sexta: Sole in prima decade Libræ, & Venere à malignis Aspectibus immuni ibidem, Luna denique in Tauro vel etiam in Libra commorante. EX TOTA PLANTA, artificiosa segregatione producuntur, Clissus, Oleago & Sal facultatis soluẽtis atq; expellentis, quodque ob similitudinem cum radijs Halinitri nitidis & exilibus, Sallena dicitur.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI maris, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

CLISSI vsus intra corpo. Ad: Febr. quo. Ischiam. Nephrit. Lithiasin. Podagra.

OLEVM. Olei vsus intra corpus. Ad: παρα. Αμβλ.

SAL. Vsus Salis.

Ad ευ.: Ventricu. Vrinam. Renes. Vesicam.

CLISSVS omni humori phlegmatico, qui extra venas, carni, ossibus, neruis, & ligamentis inhæret, dicatur. Ideoq; in febribus quotidianis cõtinuis, quæ (vt Eruditorum plurimi docent) ex sola humorum pituitosorum, extra vasa putrescentium inflammatione præternaturali, originem accipiunt, ille potẽter opitulatur: si pondere drachmarum sesquiduarum, ex haustu aquæ Limonũ, quotidie ter sumatur. Cumq; facultate sua penetrante, humores corporis peruagetur, eosq; à putredine asserat, non solum dolores coxendicum, lumbrorum, & spinæ dorsi (quod malum Quidam, ob doloris similitudinem potius quam causam verè communem, λιθίασιν impropriè nominarunt) efficacia præsenti mitigat: verum etiam Podagricos magnificè iuuat, si ex vino sublimato pondere drachmæ hauriatur, & sudor post hæc prouocetur. Aduersus calculum vero propriè sic dictum, omnium maximè efficax est. Nam eundem cum dissoluit & eijcit: tum partes in quib⁹ genitus est, à δυσκρασίᾳ vindicatas ita instaurat, vt longo tempore à mali istius iniuria, liberæ sint et immunes. Oleum *humoribus pituitosis, qui putredinum in venis causa existunt, destinatur: atq; ijsdem, quibus Clissum diximus præditum, virtutibus pollet: nisi quod efficacia eius languidor est & remissior. Priuatim autem, tempestiuè simul & haustum & in loco calido inunctum, membra παραπλήκτικα curat: motumq; & sensum interceptum, ijsdem restituit. Vsu frequenti oculorum quoq; caligini, & visus hebetis vitijs (quem affectum Græci ἀμβλυωπίαν nominant) ex ingenti animi luctu, pauore, aut formidine profectæ, opem mirificè præstat.* Sal *itidem humoribus pituitosis, sed tam intra vasa quã extra vasa delitescentibus, quadamtenus familiare habetur. Ideoq; ad eadem, ad quæ Clissus et Oleũ facit, veruntamen facultate virium infirmiore. Præter hæc autem, assiduè si sumatur, Ventriculũ ab humoribus omnibus viscosis mundat. Vrinam quoq; mouet, & vreteras obstructos reserat, renes expurgat, humoresq; viscosos è vesica (si Luna decrescente adhibeatur) exigit.*

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI MAris, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

VSVS Subtilitatum extra corpus. Clissus ad Arthriticam. Oleum ad ἀγχίλω. Sal ad: Car. et Lithi.

Herba vino decocta, cõtra dolores spasmicos à causa frigida ortos, calida imponitur. Clissus *cum Oleo, Arthriticis (circa loca dolentia in loco calido inunctus) plurimum prodest.* Oleum, *angulo oculorum maiori instillatum, ἀγχίλωπας (quẽ Abscessum ꝓpter oculi vicinitatem, ab ἄγχι καὶ ὤψ denominant) profligat.* Sal, *aduersus ἄνθρακας siue Carbunculos, qui è sanguine μελαγχολικωτέρῳ & bilioso, secretionem criticam moliente fiunt, auxiliatur: si cum aceto rutaceo, in pannis membro affecto applicetur. Ex oleo vmbilico super illitum, mirifica efficacia vrinam & calculos ducit.*

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI MACEdonici, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Qui ex Veteribus peritia artis Medicæ celebres habentur, tradidere: Hanc plantam qualitate calida & sicca, ad tertium vsq; gradum accedere. Aqua eius stillatitia, aduersus tussim, spirandi difficultatem, & catharros in pectus decumbentes, vtilis habetur. Semen deuoratum, flatus ventris extinguit. Cum herba & radice eodem modo adhibitum, vel etiam ex vino potum, calculos renum & vesicæ frangit, vrinamq; & sudores prouocat. Idẽ si comedatur decoctũ, tumores & tormina stomachi discutit, aquã intercutẽ euacuat, & doloribus vesicæ medetur. Aqua radicis, herbæ et seminis, quotidiè largius pota (idq; per dies triginta) digestionẽ ꝓmouet, & morsib⁹ canũ virulentis succurrit.

VETERVM Doctrina, de qualitatibus Petroselini Macedonici.
VSVS eius intra corpus.
Ad { Tussim, δυσπν. Catharros Flat. Ven. Lithiasin. Stomachi tumores. torm. Hydrop. Dige. im. Mors. ca. }

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI Macedonici, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.


Radix conquassata, impositu πιτυρίασιν siue Porriginẽ sanat. Ad quam mihi quidẽ Oleo, si loco hui⁹ vsurpetur, magis (vt experientia ipsa didici) profici videtur. Aqua, collutionibus ad omnes affectus frigidos atq; rheumaticos prodest. Radix, herba & flores concisa, atq; in Sacculo ex vino decocta, pectori si imponantur, Orthopnæam (qua qui afficiuntur, ob pulmones crassis humoribus infartos, respiratione intercepta, sæpe suffocari sibi videntur) profligant. Eodem modo stomacho applicata, ciborum crassiorum & duriusculorum concoctionem adiuuant, epatiq; sanguinem sincerũ præstant. Quæ reliquæ sunt huius plantæ virtutes, eas descripsere. Plinius lib. 20. cap. 12. & Galenus lib. 1. de Antidotis, locisq; alijs.

VSVS Petroselini Macedonici extra corpus.
Ad { Porrigine. Rheuma. Orthop. Conc. im. Sang. ge. }

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS PETROSELINI maris, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Ἀλεξιτήριον modo exposito paratum, ad ordinis cõmmemorati præscriptũ si exhibeatur, Epilepsiam (quæ ab humore frigido, crudo, & crasso, vẽtriculos cerebri obstruente, & simul affectione cũ corporis tũ mentis, omnium quibus homo obnoxi⁹ est, maximè præternaturali existit) auxilio præsentaneo curat. Oleum *ex seminé, (Luna vtpote præside Ventriculi, in Sagittario existente decerpto) tempore Sagittarij ascendentis, hora quaq; vicesima quarta drachmæ põdere sumptum, temperiei Stomachi vel victus intemperatia, vel humiditatis in eum irruentis excessu perturbatæ, & vitio illato corruptæ, sine dubio succurrit. Planta integra, si expetatur ad Hydropem, vrinæ & sudoris prouocandi gratia, fodienda est Saturno in Leone constituto, & Luna infra Horizontem latente: sin ad stomachum refrigeratũ, Venere in Leone, et Sole supra Horizontem, Luna deniq; in Signo calido commorante. Radix, Sole & Luna gradum Leonis decimum sextum, vicesimumquartum & vicesimumsextum tenentibus fossa, vino per noctem si maceretur, vinum vero illud dehinc bibatur, catharros suo ex capite defluxu, glandulas siue tonsillas faucium in tumorem attollentes (qui affectus Græcis ἀντιας dicitur) profligat, auxilioq; præsentaneo leuationem præstat.*

CONTRA EPILEPSIAM.



PETROSELINI huius Macedonici herba & radix, circa ætatem floris semiperfecti, nec dum spacio maturitatis decurso iam casum spectantis, tempore matutino & quidem Luna (vtpote præside cerebri & significatore Epilepsiæ) in gradu Leonis tertio, sexto, siue nono mansionem nonam (quod ea sit naturæ calidæ & siccæ) obtinente, colliguntur: dumq; adhuc virent rudiusculè concisa, cum Vitriolo Vngarico pondere subdecuplo admixto, in Cucurbitam conduntur: plantæ quidem segmenta digiti, Vitriolum vero tritum, culmi lati altitudine, alternis insternendo: Cucurbitæ autem dehinc Alembicus A diligenter superlutatur, vitrumq; C. rostri Alembici committitur. Hoc facto, in cupella arenaria, destillatione lenta phlegma siue aquositas educitur: vbi vero color humoris extillantis mutari inceperit, quod in Receptorium exceptum fuit, per rostrum D. in Cucurbitam B. supra faces refunditur: Atq; inde rursus in Alembicum, ex huius vero rostro in vitrum recipiens (cautione tamen ne aduratur adhibita) nouies iteratis vicibus traducitur. Quod tandem residet, Arcanũ est ἀλεξιτήριον, et (si vsu assiduo, quotidie dum Luna decrescit, pondere duarum drachmarum sumatur) ad Epilepsiam præstantissimum atq; Saluberrimum.

Auxilium ad Epilepsiam.
☽ præses ventriculi.
☉ ☽ in { 16. 24 26 } gr. ♌
Ad ventriculum corruptum.
V s plã tæ totius ad { Hydr. stom. refrig. }
♄ in ♌
♀ in ♌
Ad ἀντιαδ.

Caput vicesimum quartum.

DE PETROSELINO FÆMINA, QVOD ALIAS PETROSELINVM ALEXANDRINVM, ET OLVSATRVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Differentia, Olusatri, Smyrnij, Oreoselini, Hipposelini vnde? *GENVS.* Petroselinum Alexandrinum cur Fœminæ loco statuatur.



QVOd Olusatrum, Smyrnion, Oreoselinō, et Hipposelinō nō vni⁹ et eiusdē plantæ appellationes existāt, vel ex distinctione Galeni li.8. methodi simpliciū (vt Vir erudißimus Petrus Andreas Mathiolus tradit) satis constat. Immo vero, si ab Authoribus illis antiquis, nihil quicquam ea de re literis proditum foret, obtusi sane & hebetis admodum ingenij fuerit homo, qui herbas istas, saltē seminibus (ne quid de odore aut viribus, quibus variant, referam) inuicem discernere non poßit. Ita nec Petroselinum hoc Alexandrinum, cū Macedonico idem existere, etiam ex Galeno (lib. 2. de magnitudine foliorum eius & caulis, nec non seminis nigricantis testante) patet. Ratione autem qualitatum dubium non est, id inter species Apij illius, quod Chrysippus & Dionysius in cibos admittendum negarunt, contineri. Plantam ergo istam, non tam autoritate testimoniorum, quam argumentis efficaciæ illius, vsu ipso & experientia manifestè deprehensæ, atq; formæ etiam & habitus indicijs sufficientibus, pro altero genere (fæmina nimirum) habemus: eamq; (quod semina eius ex Æthiopia Alcairū, hinc vero in alia quoq; loca sint delata) Petroselinū Alexandrinū nominamus. Chaldæis quidem אבנאזרע Abenahzerah, Hebræis סלזרע Selizerah, id est Λιθόσπερμος siue Steinsam appellatur. Prouenit vero (vt dictum) in Æthiopia, copiosißimè & sua sponte. In Germania & Italia vero exemplo prioris, (nisi colatur) non itidem reperitur.

Petroselinum Alexandrinum non est Macedonicum.

Chrysippus & Dionysius Apij vsum in cibis interdixerunt.

NOMEN. אבנאזרע Abenazerah. סלזרע: Selizerah. Λιθόσπερ. PATRIA.

SIGNATVRA GENERALIS.



CVM musculorum, venarum, neruorum, & aliarū partium, vtpote Stomachi, intestinorū, cordis, epatis, pulmonum, membrorumq; affinium omnium, numerus sit immensus, & ex connexione mutua societas indiscreta, nulla alia Signatura conuenientiore quam corporis fæminei (quod insuper, quæ in eo continentur viscositates tartaricæ, eas vi sua planta hæc præcipue discutiat & expellat) partes illas cum interiores tum exteriores in σύνοψιν siue vnū intuitum duximus proponendas.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS PETROSELINI FÆMINÆ.

FORMA

PETROSELINVM Alexandrinum (omisso, quod Galenus lib. 2. methodi, de radice & odore eius forti commemorat) hoc à Macedonico differt: quod radice minore, folijs vero & viridioribus & amplioribus constet: atq; caule insuper altius consurgat.

Radix.

Radix enim habitu gracili in longitudinem extenuatur, & tenuibus fibris capillata, foris quidem nigricat, intus vero flauet: tactu præterea molliuscula est, odore grauis, & gustu deniq; cum exigua mordacitate siue acrimonia, subamarulenta.

Herba.

Folia in primo ortu visuntur nigricantia, rotunda & crassa: sed ætate, quemadmodum Petroselini vulgaris (quam plantam tamen magnitudine & robore superat) incisuris diuiduntur: & cum mollitie iucunda, virorem quoq; Apij, sed nigrore dilutiorem acquirunt: atq; manibus si terantur, odorem Petroselini æmulum initio, sed breuem, argutum, & celeri penetratu in meatus cerebri euolantem, emittunt.

Caulis.

Caulis, colore purpureum quid refert, concauusq; simul, striatus, robustus, & procerus euadit, nec non alis atq; Adnatis pluribus ornatur. Cum autem in regionibus calidis viuat, mense Martio cum ex se ipso tum Adnatis, flores candidos, eosq; Sambuci potius, quam plantæ vllius alterius similes, & verticillo conferto admodum condensatos, promit.

Semina.

Ex floribus his, mense Aprili semina prodeūt: quæ licet singulis pediculis (qui ex summo caulis fastigio extant numerosi) cateruatim conglobata insideant, grana tamen singula (quorum forma Lunata siue Μηνοειδής, color nigricans, sapor acris & odor fortis existit) ex vno principio, petioli duplici, ijdemq; exiles & hirsutuli sustentant. Maturitas eorum, apud Æthiopas perficitur, mense Iulio ferè. Quanquam autem idem istud Semen, à D. Giraldo Cilicio, ex Lusitania non sine magnis impensis acceptum, in hac ipsa vrbe Berlino ter seuerim, nunquam tamen enasci, aut frugem fundere multo

D.Giraldus Cilicius semen Petros. Alexandr. Thurneissero transmittit: sed satum non germinauit.



multo minus maturitatem moliri) voluit. Prouentus autem plantae huius, Indiae nec non locis quibusdam (vt accepi) etiam Ægypti, perhibetur esse familiaris. AD QVALITATES & temperamẽtũ eiusdẽ quod attinet: Radix quidẽ è Sole possidet partes sesquiocto, è Venere duas cum tribus quartis, ê Luna vnam cum quartis totidem. Qualitatum ergo cælestiũ impreßio atq; influxus, in temperamentum eius contulit, Sulphuris partes septẽ, tres Salis, et duas Mercurij. Vnde ipsa facultatem calefacientem, discutientem & expellentem acquisiuit. Diuersa est, caulis, herbæ, & florum conditio. Partium enim istarum vna & eadem est natura, & in examine ab arte instituto, Solaris qualitatis produnt partes quinque cum vna quarta, Venereæ sesquiquatuor, Lunaris tres cum quarta vna. In semine virium copia est paulo maior. Naturam enim Solis refert partibus sesquisex, Veneris quatuor, Lunæ duabus cum dimidia. RADIX foditur (præsertim si ad confortationem facultatis concoctricis expetatur) circa diem mensis Maij sextum & vicesimum, herba nimirum ætate necdum confirmata (vbi enim defloruit, anno illo reliquo inefficax est) et positu Lunæ in gradu Libræ tertio, nono, vel vicesimo septimo, & mãsione decima tertia, decima quarta, vel decima quinta, Solis vero in Geminis obseruato. Herba cũ floribꝰ metitur, sole in Leone et Luna in Geminis siue Tauro existente. Semẽ carpitur, cœlo sicco, et Sole in Libra, Luna in Tauro, et Venere in hæmisphærio superiore cõmorante. PRODVCTA ex plãta ista sunt, quẽadmodũ ex priori, Clissus, Oleago, & Sal qualitate acri præditum.

Caulis, herba & flores.
☉ 5 1/4 } part.
♀ 3 1/2
☽ 3 1/4

Semen.
☉ 5 1/2 } part.
♀ 4
☽ 2 1/2

CONSTELLATIO. Radix quando fodienda?
D. Maij 26.

QVALITAS Radix habet.
☉ 7 1/2 } part.
♀ 2 3/4
☽ 1 3/4

☽ in gr. ♎ 3. 9. 27
Mãs. 13. 14. 15.
☉ in ♊
Herba quando metenda?
☉ in ♌.
☽ in ♊ siue ♉

Temperamentũ constat,
Sul. 7 } part.
Sal. 3
Mer. 2

PRODVCTA Clissus, Oleago, Sal.
Natura. Calfaciens, discutiens, expellens.

AVXILIVM AD Hæmorrhoidas.



SANGVINIS per venas hæmorrhoidas excretio, vt corporibus phlegmaticis & sanguineis, si natura modo ordinato impellente fiat, ad valetudinẽ conseruandam plurimum conducit: Ita è diuerso, corporibus temperamenti diuersi (præsertim si immoderatè effundatur, aut vbi cursum suum aliquamdiu ordinarie tenuit, subito supprimatur) noxæ & detrimenti plurimum infert. Cum enim natura, per hanc superfluitates omnes educere, atq; ita corpus à copia nimia humorũ excremẽtitiorum aut otiosorum exonerare cõsueuerit, necesse est ex eadem impedita & intercepta, morbos plurimos eosq; grauißimos generari. Qua de re (sicut et de speciebus purgationis in hoc genere alijs pluribus) Hippocrates quidẽ paucis, Galenus vero in omnibus ferè libris, præsertim autem in quinto & nono de compositione medicamẽtorũ: libro de Theriaca, et sectione venæ aphorismo sexto, cumq; hoc alij, mentionem fecere. Fluoris itaq; huius, duo præcipuè effectus existunt. Nimirum. Si, vt dictum, cursum suum intra metas à natura sibi circumdatas sese contineat, sanitatem & vitã conseruat, atq; corpus à varijs symptomatis ac iniurijs tuetur: Sin præter modum augeatur, aut post legitimum egressum subito retineatur, cum vires naturales aggrauat læditq;, tũ organa spirituum vitalium & animalium vitiat, ἰυεξίαν siue corporis habitudinem bonam atq; incrementum labefactat, viresq; facultatum siue functionum debilitat, & corporis deniq; totius membrorumq; omnium languorem ac dormitationem inducit. Nomen autem hæmorrhois traxit à dictionibus αἷμα καὶ ῥεῖν (quarum hæc fluere, illa sanguinem significat) & quinq; generum esse à Galeno in definitionibus medicis traditus est. Cum ergo fluxus istius moderatè quidem & sponte fluentis tanta sit vtilitas, retenti vero contra tanta malignitas, Ideo vt is æquabiliter intra terminos & limites cursus sui naturalis coherceatur, ex radice, herba, floribus, & semine plantæ huius, ἀλεξιφάρμακον quoddam, modo qui sequitur paratur. Seminis & florum libræ singulæ, herbæ vero & radicum quaternæ (illorũ quidẽ contusorũ horũ vero minutim concisorũ) in fictile A cõduntur: ipsũq; fictile Alembico grandiusculo B superlutato in arenam calidam collocatur: atq; calore ignis vsq; in gradum secundum adaucto, humiditas omnis cum vaporibus ascendentibus ex contentis traducitur. Quo incepto, guttulæ ex rostro Alembici deriuatæ, per canalẽ exilem D in fictile regurgitabunt, vapores vero Receptorium ingreßi in humorem soluentur. Hi itaq; Liquores duo, pondere Sicilici & ventre ieiuno quotidie si sumantur, hæmorrhoides ἰυμέτρους quidẽ siue modum seruantes in statu suo tuentur, ἀσυμμέτρους vero siue modum excedentes, ad mediocritatem & temperiem naturalem reuocant, & obstructione deniq; compressas cursu æquabili & moderato soluunt: Idq; idem etiam in mulierum purgationibus menstruis præstant.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI Fœminæ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis Fœminei interioribus.

QVOD capite præcedenti de virtutibus plantæ maris commemoratum est, id hîc quoq; in genere (quæ res non solum in præcedentibus, primæ huius libri partis, verum etiam ferè in cunctis sequentibus posterioris, obseruatur) de fœmina, & quoq; post hanc de Sobole intelligatur oportet. Species

ADMONITIO. Omnium generum species vires ad easdem ægritudines habere communes, sed tamen efficacia inæquales: & præter hæc singulis priuatas inesse.

OLEVM. Vsus Olei. Vis. hebe. Ad Cephalal. Vertiginẽ Stomacc. Hern. gut. Venena.

Species ergo hæc, in genere ad morbos eosdem, ad quos mas pollet, sed efficacia imbecilliore: quemadmodum & Soboles, cum hac vires quidem etiam habet communes, sed eas minus fortiter aut efficaciter exercet. Quod hoc loco Lectoris monendi gratia repetere placuit. Præter communes autem naturæ suæ vires, priuatas etiam et sibi proprias hæc planta possidet. Nã Clissus *inde paratus, humiditatibus, non tam ijs quæ in sanguine & alijs in partibus hinc inde diffunduntur, quam quæ in vesica, stomacho, intestinis, & partibus carnis expertibus alijs continentur, dicatur. Etenim si pondere drachmæ, vel ex aqua Rutæ, siue etiam Menthæ aut Polij, siue fellis Taurini ligula vna (pro conditione tẽporis) vesperi hauriatur, corpore dehinc ad quietem composito, mirum est quam efficaciter menses remorantes promoueat. Veruntamen hic diligens cum ætatis tum personæ sumentium habenda est ratio. Fœminæ enim quæ annum vicesimum nõdum excesserit, assumendus est ex aqua Rutacea, spacio inter plenilunium & primam Lunæ corniculatæ quadram medio. Quæ vero vicesimũ trãsgressa, tricesimum nondum attigerit, ei ex felle Taurino, à prima quarta vsq; ad Oppositionem cõpetit. Quarum vero ætas annum tricesimum superauit, nec tamen adhuc quadragesimum est assecuta, his ab Oppositione vsq; ad vltimam quadraturam, ex aqua Menthæ vtiliter exhibetur. Quæ deniq; quadragesimo transacto, circa quinquagesimũ hæserint, eo ab vltima quadratura, vsq; ad Coniunctionem nouam, ex aqua Poly rectè vtuntur.* Oleum, *humoribus cerebri præcipuè, oculorum, & partium quæ his sunt cognatæ, destinatur. Pondere itaq; drachmæ semis, in ore aliquamdiu detentum, si postea deglutiatur (vsu quotidie repetito) aciem visus languentem reficit. Ex vino, dolores capitis, & omnes qui ei intrinsecus accedunt, affectus noxios profligat. Quotidiè sumptum, vertiginosos iuuat. Ad adenas deniq; schirro induratas (cuius affectus similis in Bintzgoia vbi vsitatior est, Germanice* Kröpff *id est struma siue* βρογχοκήλη *dicitur) illud ipsum se in Carinthia efficacissimum deprehendisse Paracelsus ait, si partim Luna crescente vesperi bibatur, partim eadem decrescente, tumori gutturis excrescenti inungatur. Nec contẽnendum etiam aduersus venena Antidotũ præstat.* Sal *aliàs Sallena dictum, ob naturæ suæ facultatem penetrantem & expellentem, felli & omni humori bilioso toti⁹ corporis addicitur. Aceto dissolutum in ore si foueatur, catharros quosuis putrentes extrahit, ideoq; et extenuationi gingiuarum tabificæ succurrit: easdem reficit, colorem natiuum reducit, carnemq; absumptam resarcit: vnde in curatione Stomacaces, vicem aluminis haud iniuria supplet. Vsu frequenti idem quoq; calculos pellit, & liquida atq; aquosa alui nimium fluentis excrementa, ad mediocritatẽ soliditatis siue spissitudinis naturalẽ restringit. Cum Croco deniq; in aqua Thymi resolutum, potu ad Icteritiam magnificè prodest.*

CLISSVS. Vsus Clissi ad menses ducendos sexui fœminæo quomodo adhibeatur.

Fœminis 20. annorum quomodo.

Vicesimum trãsgressis quomodo competat.

Tricenarijs quo modo exhibendus.

Vetulis vt adhibere conueniat.

SAL. VSVS SALIS. Ad Flux. humor putr. Stomac. Calculos. Diarrhæ. Ictent.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI FOEminæ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS Subtilitatum extra corpus. Ad Calc. ren. Vlcera. Vuln. san. Mercurij. iniun. læs. Mer. mortificandu.

Antipathia inter Petroselinum Alexandrinum & Argent. viuum.

Sal *cum Oleo & Clisso hypogastrio siue pectini inunctum, & simul quoq; regioni ossi sacro desuper imminenti, manu tepida affricatum, calculos renum exigit. Aqua dissolutum collutione si adhibeatur vlceribus & vulneribus (addita inunctione Olei & deligatura prudenti) magnam in his sanandis & consolidandis vim obtinet. In cibis & potu idem si sumatur, illituram membrorum ex mixtura Olei & Clissi, ad ignem per dies triginta adiungendo, Inunctione argenti viui (qualis veteri more instituitur) vel resolutis vel iacturam aliquã aliam valetudinis passis (quod ipse in pluribus sum expertus) efficacia præcipua prodest. Argentũ viuum mortificare siue fugacitate dempta fixum reddere qui volũt, ad eã rem vtantur Oleis his duobus & Sale: atq; offeret se manifesta inter argentum viuum & plantam istam, antipathia siue naturæ repugnantia & dissensus.*

ἘΝΕΡΓΕΙΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI ALEXandrini, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

DOCTRINA Veterum de qualitatibus & viribus Petroselini Alexandrini.

Quidam ex Veteribus Eruditi, hanc plantam caliditate & siccitate ad tertium vsq; gradum accedere, tradiderunt: magnoq; laudum encomio, modo semen eius, modo herbam modo radicem ad affectus plurimos vtilem docuerunt. Seminis itaq; ex vino decoctum, potu calculos renum & vesicæ expellere

expellere, hominū testimonijs viuis tot ferè cōstat, quot de eo Scripta Authorum varia extant. Nec aduersus symptomata splenis, obstructiones ventris vtriusq;, flatus stomachi & intestinorum, nec non oppilationes epatis atq; pulmonum id minus efficax esse, Authoribus tam veteribus quam recentibus satis est probatū. Cumq; deniq; & sudores moueat, vsu dicto si adhibeatur, traditur quoq; febricitantibus & hydropicis plurimum conferre, stranguriamq; discutere.

VSVS Petroselini Alexandrini intra corpus. Ad Calculos, Splen aff. Pul. Ep. Vent. ob. Flat. stoma, & in. Febres. Hydropē.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI Alexandrini, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Aqua stillatitia locis pilosis illita, cutem depilem & glabram reddere perhibetur. Illigatura siue impositu adhibita, qualitatem venenatam ex vulneribus (siue morsu serpentino, siue telis tam punctim quam cæsim factis) extrahit. Succus seminis cum succo radicis & florum, coctura in vnguentum redactus, membra frigore emortua, calori pristino restituit. Vnguentis mixtus, Gangrænis medetur. Quod remedium, Chirurgus quidam Arauinus in Argoia (Marcus nomine, & Vir ætate iam grauis, atq; arte necnon sanandi peritia egregius) inter præstantissima & efficacissima in hoc malo auxilia, occultum admodum habuit & arcanum.

VSVS Petroselini Alexandrini extra corpus Ad cutē leuigan. Stup. ex frig. Gangr.

MARCVS Chirurgus Arauinus in Argoia.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS PETROSELINI fœminæ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

In fossione, atq; adeo etiam collectione & repositione plantarum istarum (vt & aliarum omnium) diligens habenda est ratio, situs & positus corporum cælestium. Quamuis enim non desint, qui studio quodam contradicendi pertinaci, contendere ausint: obseruationes istas, plātarum efficaciæ neq; quicquā addere neq; demere: ideoq; siue vsurpentur siue non, parum referre (quo non tam omnipotentiam Dei negant, & etiam opera eius extenuant, quam plantis atq; stellis ipsis, vires & efficaciam suam derogāt) Testis tamen mihi est ipsa experientia: Vbi planta ista expetitur ad apertionem obstructorum, longe potentiorem ei efficaciam inesse, si Sole et Luna infra Horizōtem latentibus (tum enim vis eius deorsum agit) fodiatur. Ideoq; qui carnes siue iuscula Caponum cum Petroselino siue radicibus alijs cocta esitare cupiunt, eos temporis, quo radix fossa fuit, respectum diligentem habere oportet. Nisi enim hoc fiat, certum est quod vis eius laxatiua potius sursum sese efferat, atq; ventositates in profundo latentes in sublime rapiat, quam vt eas cum excrementis & medicamento iniecto, per inferna extrudat. Sin eadē in auxiliū mordicatiuū & καύσικον deposcatur (quæ virtus ei cū alijs similibus est communis, et Chrysippo atq; Dionysio huius rei non ignaris, causam sine dubio præbuisse videtur, cur vsum eius frequentem & superfluum cibis serio interdicerent) nō paruum acredini eius augmentum accedit: Si tempore fossionis Scorpio siue Algorab (sidus illud nimirum virulentum Corui, Hydræ insidens, atque natura simul & Martiali & Saturnina præditū) ascendat: vel Luna in Capite Draconis existat. Quod si vero λιθοτριπτικὴν esse velimus, eaq; humorum

OBSERVAtio motuum cœlestium in collectione plātarum necessaria, et vtilis: confirmante ipsa experientia: Quamuis non desint, qui hęc vt ἀδιάφορα irrideant.

Ad vsum auxilij Caustici quando fodienda.


Ad obstructiones quando fodienda hæc Plāta.

Causa cur Chrysippus & Dionysius interdixerint vsum huius Petroselini.

☉ ☾ inf. Hori.

EXEMPLVM,

PLANTAM hanc cum floribus ei insidentibus, anno 1527. die mensis Maij 2. collegit D. Eustachius Griphæus, Medicus & Physicus excellens: viresq; in ea deprehendit, ad plurima efficaces. Tempore autem illo qui fuerit Signorum & Planetarum positus ad inuicem, Figura apposita docet.



Quando fodienda in vsum Λιθοτριπτι. ☽ in ♋ sub Horizonte. Quomodo fodienda, vt Sal inde conficiatur, ad vulnera & vlcera purganda? Maio M. ♏ gr. 1. asc. ☽ infra Horiz. ☉ in {7. 8. 9.} D. ♃ ♀ in ♊

rum viscositates induratas (vt calculos & arenulas) soluere atq; expellere optemus, nullum foßioni tempus accomodatius est, quam Luna dũ in Cancro existit sub Horizonte latente. PORRO planta integra (radix nimirum, herba flores, & semen) si mense Maio, gradu Scorpionis primo supra Horizontem nostrum euecto, Luna vero in hemicyclio inferiore degẽte, atq; Sole in Domo septima, octaua vel nona cum Ioue & Venere Geminos peragrante, colligatur: & desiccata atq; minutim concisa, aceto vinaceo acerrimo per dies triginta maceretur: hinc rursus exiccata, & in vasculo probè obturato fornaci figulinæ vel lateritiæ cõmißa, in cineres candidos exuratur: hoc autẽ facto acetũ ãte in maceratione vsurpatum, cineribus illis infundatur, Tũ primo inde lixiuiũ, ex hoc vero (vbi id per Filtrũ quã mundißimè fuerit defecatum, atq; in fictili vitrato excoctum) Sal venustum efficitur: quod carnem vulnerũ & vlcerum putridam sine dolore & periculo extergit, atq; ita purgatione peracta sanationem facilem præstat.

Caput vicesimum quintum.

DE PETROSELINO SOBOLE, QVOD ALIAS PETROSELINVM GERMANICVM ET HORTENSE, ALIAS VERO OLIXATRVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

AVTHORES qui de Petroselino satiuo scripsere.

NOMEN. כַּרְפַּס Πετροσέλινον κηπαῖον. Apium satiuum Serapionis. Petroselinũ hoc Persæ Syriacè [Syriac] Cerbel Arabes Asilis nominãt

GENVS, Hipposelinum Sobolis loco statuitur, Oreoselinum Fœminæ, Aestroeoticum maris. Petroselinum satiuum vnde Arabice Carfs dictum.

PLANTAM hanc notitiæ triuialis, & vsus nullibi non gratißimi, ex Veteribus descripsere Theophrastus lib. 2. cap. 5. post hunc Columella lib. 12. cap. 3. & Dioscorides lib. 3. cap. 77. eamq; Πετροσέλινον κηπαῖον siue satiuum aut hortense, appellarunt. An vero eadem sit Apium satiuum, de quo Serapio cap. 280. disserit, aliorum iudicium esto. Quod autem hic animaduertendum venit, Galenus libro 8. meth. Hipposelinũ virium potentia ab Oreoselino superari affirmat. Quæ res cum ita sit, ideo vt Oreselinum quidem loco Fœminæ, Eleoselinum vero siue Aestreoticum (vtpote robore efficaciæ præstantißimum) loco maris: ita hoc, loco Sobolis haud inconsultò collocare videmur. Quemadmodum vero in historia Cumini modo exposita, de nomine Caruia: sic quoq; de appellatione Arabica Karphs & Karphi plantæ præsentis, an ea à Chærephyllo (cuius ab hoc in similitudine diuersitas est admodum parua) mutuatione ad Petroselinum istud transierit, haud immerito ausim suspicari. Sed quãuis me non fugiat: S. Monsterum (Virum peritia linguæ Hebraicæ excellenti instructum) nomen כַּרְפַּס Carphs Apio tribuere: Tamẽ cũ manifestum sit, Chærephyllon cũ Apio tã quo ad formam quã quo ad vires, cognationem quidem sed tamen genus distinctum habere, Existimo itaq; ei nomen suum proprium (cum insuper Persæ, illud ipsum hoc etiam seculo idiomate linguæ Syriacæ [Syriac] Cerbel nominent) relinquendum: Petroselino vero huic Arabicum Asilis (quod aliqui Apio palustri tribuendum putarunt) accommodandum. Veruntamen hac in re, nullam cuiquam sentiendi legem præscribam, sed plantã nomẽ Karphs, et (q; ei Dioscori. tribuit) πετροσέλινον κηπαῖον gerere sinam. Porro, ad reliquas appellationes quod attinet, dicitur hoc Petroselinum Polonis Pietruska, Hispanis Persije, Italis Perexil, Gallis Persemolo, Vandalis Persilia & Persilie, Bohemis Petrel. Paracelso deniq; Hauspeterlin est appellatum. De patria vero & natalibus eius, cum vbique locorum proueniat, non opus est, certos aliquos regionum tractus enumerare.

Carphs fortè a Chærefolio mutuatum existimatur. Appellationes plantæ huius, Polonicæ, Hispanicæ, Italicæ, Gallicæ, Vandalicæ, Bohemicæ, & Paracelsi. PATRIA.



SIGNATVRA GENERALIS.

IMAGVNCVLAM pueri huc integram adduximus, vt partes corporis ipsius tam interiores quam exteriores, cõpendiosius significaremus. Planta enim præsens, cum omnes qui in eo concreuerunt humores viscosos, tophos, & calculos (cuiuscunq; nominis ij fuerint) resoluat et expellat, Nulla itaq; alia conuenientior aut similitudine conformior existere visa est, quam Signaturæ partium illarum omnium (vt eas corpus mutua cõnexione simul iunctas sustinet) accommodaremus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS PETROSELINI SOBOLIS.

FORMA.

PETROSELINVM ergo hoc vulgare, & tam Germaniæ & Italiæ quam regionibus alijs notißimum, folijs primum geminis, ysq; exilibus, & (exemplo Chærephylli, Spinachiæ & Anisi



nisi) mucronatis emergit. Radicem vero in terrā demittit, satis longam, & interdum διϲπιθαμαῖον siue dodrantalem, digitali crassitie, flauescentē, odoratam, inq; medio sui medullam siue neruulum lignosum (qui coctura magis durescit: ita, vt quæ eam circūdat carnis pars mollior, velut seuū ab ellychnio inde separetur) continētē: Præterea dum cruda est vtentibus grauē: cocta vero si sit iucundam non solum & gratam, verum etiam valetudini plurimum conferētem, ideoq; vsu frequentissimam. Caulis eidem extuberat, anno à satu seminis secundo, teres, medullaq; candicante & spongiosa semiplenus: Qui foris virore intenso nitens, & strijs siue lineolis per longitudinem discursantibus conspicuus, ex geniculis siue nodis singulis (quibus frequens interstinguitur) non solum ramulos sibi similes spargit, verum etiam foliola pediculis gracilibus & oblongis porrigit, quæ triplici eaq; profunda diuisura, in tres angulos acutos quemadmodum Chærephylli (nisi quod longiora sunt & minus pallent) exeuntia, vt virore eximio nitent ita etiā quæ radici proximè super incumbunt, læuore nitido ac sereno (qualis bractearū politarum conspicitur) effulgent: & per se quidem deniq; odorē nullum eximium, digitis vero trita blandum, iucundum, & salubrē spirant. Flores exigui atq; subtiles existūnt: emergunt autem illi è sūmitate caulis & medij & Adnatorum (quibus in vmbellam confertā effigie Chærephylli collecti, agminatim insident) exemplo plantarum ferè omnium, sub finem mensis Maij. Quorum foliola tenuia, exeunte Iunio vbi defluxerint, Natura dehinc semina huius generis plātæ propria (minuta scilicet, atq; vt grana mali Punici striata) substituit. Ea sero admodum, sed tamen deniq; sub finem mensis Augusti, subcinericea & hirsuta reddita maturitatē assequuntur: atq; tum primum decerpta, in vsum reponūtur. QVALITATIS SVÆ, RADIX quidē Soli acceptas refert partes septem, Venereæ duas, Lunaris tres: ideoq; conflata apparet, ex Sulphuris partibus sesquiseptem, Salis duabus cum dimidia, Mercurij tribus. Vnde Subtilitatibus quæ inde educuntur, cum caliditate mediocri, acredo penetrans, & facultas fortiter expellens communicatur. Herba è Sole possidet partes sex, è Venere tres, è Luna totidem. Seminis acredo maior est, & humiditas minor. A Sole itaq; qualitatis suæ mutuatur partes sex cum quartis tribus, à Venere partes sesquiquatuor, à

Herba.

Flores.

Radix.

Semina.

QVALITAS.
Radix habet.
☉ 7, ♀ 2, ☽ 3 part.
Vnde temperamentum constat.
Sul. 6½, Sal. 2½, Mer. 3 pa.
Huius natura vero calfaciens penetrās, expell.
Herba.
☉ 6, ♀ 3, ☽ 3 part.
Semen.
☉ 6¾, ♀ 3½, ☽ 1¾ part.

MODVS DESTILLANDI.



GENERA Petroselini tria ista (& cum his plantarum aliarum simili qualitate præditarum) spiritu cōstant, συμπαθεία siue naturæ conuenientia, & familiaritate quadam Singulari spiritus alios prosequente: siue vt apertius loquar, quam primum corpus fuerit ingressus, in omnes partes vim suam quam celerrimè effundente, atq; ad morbum profligandum arma & efficaciam expromente. Ac ex omni Subtilitatum aliarum numero, vix aliquam reperias, quæ tanta celeritate morbum adoriatur: cumq; nō solum oppugnare, verum etiam expugnare & subigere ausit. Nam vel radix, herba, & Semen simpliciter si sumantur, vix vbi per gulam descēderint, sensu præsentaneo confestim percipiuntur (quod tamen ipsa Subtilitas, quippe quam iam Ventriculus, vt ita dicam, ignis percoxit & digessit, longè celerius præstat, atq; adeo etiam potentius) specimen efficaciæ & facultatum suarum in corpus moliri. Quapropter cum omne quod facultate tam penetrante præstat, necessario sit non solum tenuium partium, verum etiam potentiæ efficacis, Subtilitates ergo ex Petroselinis istis tribus, ita vt spiritus in ascensu decussatim siue χιαζόμενοι in sese coeant & concurrant, educuntur: Ratione scilicet & via ea ipsa, qua Methodum extractionis earum artificialem, Alchimia θεωρικὴ quidem siue contemplatiua excogitauit, Practica vero vsu consumauit: Vel potius (vt rem illustrius explicem) quali motu in homine, Appetitus & Cogitatio cum Volūtate conspirant. Nam quemadmodum, Vbi hominem Cupiditas quadam alium inuadendi incessit, Ibi tum Vis appetens ex corde in cerebrū ad Partem rationalem vibratur: vbi quicquid Ratio constituerit, id Voluntate impellente Potentia Locomotiua siue effectrix, non Appetens exequitur: conatumq; consilij in actum deducit. Ita etiam hic ex ventriculis qui locum Cucurbitarum gerunt, vapores crassiores in Capitula (ceu Cupiditas à corde ad cerebrum) eleuantur: inq; horum cauernulas (cum formam rotundam obtineant) dum colliguntur, omne quicquid essentia tenui & Spiritali præditum est, illud à terrestri & impuro secedens (non aliter ac Ratio recta bona à malis secernit) per brachia sursum tendentia in Alembicum effertur: quod vero ad naturam terrestrem propius accedit, per brachia deorsum spectantia, in ventrem ad feces (quasi matrem, quippe à qua ante prodijt & genitum est) recurrit: atq; isthic non solum dissipatur, verum etiam cum ijsdem miscetur: hincq; secundùm & tertiùm etiam (vel toties, donec tenuitatis ratione ascensioni euaserit idoneum) calore ignis depuratur, & à fæcibus terrestribus tandem secernitur: Sicq; tandem per rostrum Alembici in Receptorium destillans, in vsum excipitur.

CONSTELLATIO. Radix quando fodienda? Herba quando metenda? Semen quando carpendum. PRODVCTa Clissus. Oleago. Sal.

Luna vnam cum quartis tribus. RADIX *Foditur circa diē Mensis Maij decimū, Sole in Tauro, Luna in gradu Signi eiusdē, secundo, vicesimo vel vicesimo octauo, in mansione secūda, tertia vel 4. existēte. Herba metitur circa diē mēsis Iulij decimū quintū, dextro Orionis genu (q. natura Venerea præditum est) in* δωδεκατημορίῳ *Tauri oriēte, et Sole in prima Leonis decade, Luna vero in Libra siue Tauro versante, & floribus deniq. adhuc locū suum in caule tuentibus. Semen carpitur mense Septēbri, Sole Libram & Luna Taurum ingressa.* PRODVCTA *ex Petroselino hoc, quæ ex priori eadē sunt, Cliss⁹ nimirū, Sal in vsu mite admodum & iucundum, atq. Oleago cum acriuscula, tum spissior atq. adeo turbidior.*

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI Sobolis, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

CLISSVS Vsus Clissi intra corpus.
Ad { Calculos, Podagrā, Ischiam. Empye. Venena. Vis heb. Cathar.
Aegineta lib. 4. c. 55.
Ἀγκύλη. Ἀγκύλωσις

Clissus plantæ huius, *humori radicali totius corporis, ex caloris defectu nimio vel concreto, siue (vt ita dicam) congelato, proprius & familiaris habetur. Recte itaq. non solum à Paracelso, verum etiā Authoribus alijs pluribus, ad humores viscosos (qui ex intemperie quadam, non tam in renibus & vesica, quam inter iuncturas siue commissuras articulorum, & quæ his adiacent partes nervosas, in duritiem tophaceam concrescunt) discutiendos & euacuandos commendatur. Podagricos idem & Ischiadicos, siue foris sec⁹ siue intrinsecus adhibeatur, iuuat: Si enim quotidie partim pondere drachmæ ventre ieiuno sumatur, partim in loco calido, coxendicibus, manibus, & pedibus inungatur, crassum illum humorem, siue (vt nos nominamus) tartaricam viscositatem, quæ redundantiæ cuiusdam vitio, ex humore pituitoso & bilioso mixta eo irruit, dissoluit & profligat. Eodem modo calculos renū & vesicæ frangit, fractosq. eijcit. Empyicis quoq. siue ex Abscessu in cauitatib⁹ pectoris ena to purulenta excreantibus, efficaciter auxiliatur: si quotidie pondere drachmæ cū ter hauriatur, tum pectori (vtpote parti affectæ) illinatur. Insignem præterea ad malignitatem venenorum obtundendā vsū obtinet: Ac pondere deniq. drachmæ semis ex vino heleite quotidie si sumatur, spirit⁹ visiuos reficit, cerebrūq. à Catharris viscosis & obstructionibus asserit.*

Ἀκροχόρδονες quid?
Empyci qui?
SAL. VSVS Salis intra corpus.
Ad { Calculos Stomaca. Podagrā Chiragrā. Ischiam.

Oleum, *humori radicali totius corporis, bilioso quodam humore, & acri amaritie atq. flatuositate infecto, dicatur. Pueris enim, quibus condyli siue vertebræ ceruicis & spinæ dorsi, articuliq. tam manuum quam pedum & reliquorum membrorum, ex copioso humorum malignorum atq. adeo salsorum infarctu, nimia quadam tensione detinentur contracti (quod malum, vt Paulus Aegineta libro. 4. capite. 55 docet,* Ἀγκύλη & Ἀγκύλωσις *dicitur) vtiliter illud ipsum adhibetur, si quotidie ter partim pondere drachmæ semis (idq. per triduum) detur bibendum, partim regioni affectæ ad ignem illinatur. Eadem insuper vi pollet qua Clissus, sed efficaciæ fortitudine minore: vnde pueris tenerioribus, ad Affectus cōmemoratos quoslibet, præsertim vero ad calculos, conuenientissimè exhibetur: quodque virtutibus reliquis omnibus ei priuatim accedit, cum potu tum illitu, etiam* ἀκροχόρδονας *(qui genus sunt Verrucarum dolentium) tollit: flatus intestinorum per inferna exigit, & loco deniq. olei communis (cum vapores et humores viscosos soluat, attrahat, & educat) Clysteribus siue Enematis nō sine profectu vtentium miscetur.*

OLEVM. VSVS Olei intra corpus.
Ad { Ἀγκύ. Flatus. Ἀκρο. Flatus.

Sal plātæ huius, *crassamentis humorum, tam in duritiem tophaceam concretis quā mollibus et liquabilib⁹ adhuc, destinatur. Ex vino itaq. assiduè si sumatur, calculum vt vesicæ ita & renum, vsu ceruisiæ immodica cocturæ adustæ, non solum augeri, sed & generari prohibet. Idem ex vino ori collutū, præsentaneum est ad Stomacacē Auxiliū: atq. Podagra denique, Chiragra, & Ischia affectis magnificè opitulatur. Tartarū enim & viscositates grossas, cum incidit tum expellit: ita, vt morbo hoc affectis, arenulas quasdam albicantes & seminum milij coctorum similimas, per cutem digitorum & pedum, ipse aliquando viderim expulsas.*

CERVISIA ADVSTA.

CVM hordeum post macerationem & filamentorum tenuium emissionem, in craticula iusto vel longius vel intensius torretur, liquor qui inde colatur vel transfunditur, ceruisiā efficit ex flauo rubente & fortè quidē, sed caput tentantem & valetudini valde noxiam. Calculos enim generat, & Catharros plurimos excitat. Ideoq. vsus Ceruisiarum eiusmodi, diligenter est cauendus & fugiendus.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI Sobolis, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Clissus

Clissus cum Oleo, Pueris circa vmbilicum manu tepente inunctus, tormina ventris discutit, & sedat. Oleum, *Anthraci ipsa inuasionis hora si illinatur, certo experimento cognitũ est, id cute loci affecti decoriata, cum leuationem à malo isto praesentaneam, tum securitatem certam quoq; in posterum praestare. Eodem modo adhibitum, ligamenta & neruos induratos emollit. Spinae dorsi & regioni Ossis sacri inunctum, Nephriticos subleuat, doloresq; mitigat. Per nares attractum, ὀζαίνας siue Abscessus fœtentes narium curat. Ictibus & morsibus virulentis cum Clisso illitum (inspersione Salis in plagam sequẽte) incolumitatem affert. Similiter ῥαγάδας siue fissuras Partium à frigore profectas sanat. Oculis instillatum, maculas eorundem rubentes (quas aliqui Sebel vocitant) profligat. Arterijs deniq; & venis Temporũ, nec non circa os stomachi illitum, anima deficientes reuocare, potenterq; reficere perhibetur.*

CLISS. ET Olei vsus extra corpus.

Ad { Tormina. Carbun. Liga. & ner. indu. Nephriti. ὀζαινα. Vul. ven. Rhagad. Sebel. Lypothi. }

ἐνέργεια. EFFICACIA, ATQVE VSVS PETROSELINI GERmanici, doctrina Philosophiae veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Planta haec, à Veteribus in tertio ordine calefacientium & secundo siccantium reponitur. Aqua eius stillatitia, quotidiè pondere duarum Vnciarum, vel etiam sesquitrium pota (idipsum per dies quadraginta frequentando) traditur Calculos renum & vesicae expellere, vesicam expurgare, epar languens reficere, stomachum exhilarare, atq; appetitum prostratum excitare. Eadem efficaciae potentia perhibentur valere herba & radix, intra corpus si sumantur: atq; cum semine, insuper flatus ventris discutere, menses promouere, tumores stomachi discutere, eundemq; ab humoribus malignis exonerare, nec non & virulentiam tam morsuum venenatorum, quam venenorũ intra corpus sumptorum obtundere, & innoxiam efficere.

SCHOLae philosophorum veteris de qualitate & virtutibus Petroselini satiui doctrina.

INTRA CORPVS.

Ad { Lithias. Epatic. Stomach. ἀνορέ. Flat. vent. Mẽs. ob. Tum. sto. Venena. }

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PETROSELINI Germanici, doctrina Philosophiae veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus ex radicibus expressis oculis instillatus, ad visum caligantem cõmendatur. Aqua stillatitia locis pilosis illita, crinium defluuium efficere, cutemq; depilem & caluam relinquere affirmant. Radix odorata, cerebrum & memoriam labilem confirmat. Succus herbae in deligaturam adhibitus, ictꝰ venenatos curat. Vermiculi qui radici innascuntur, triti & applicati, tineas capillorum, fugant. Aqua cum succo illita, maculas & naeuos extergit.

AD PEDICVLOS.

FAEDA illa animalia, quae loca pilosa inuadere gaudent, & pluuiarum tempestatumq; praenuncij existunt (pediculi scilicet) illitu succi ex hac Radice, non solum non profligantur, verum potius inde augentur: incremento tam facundo, vt ex denis vel noctis vnius spacio, infinitos generari contingat. Quod à me hoc loco refertur, non quod quenquam in contumelias aliorum instruere cupiam, verum potius vt vim radicis huius occultam patefaciam.

Vsus Petroselini satiui extra corpus.

Ad { Visi: cali. Pilos tol. Cereb. & mem. de. Ict. ven. Tin. capi. Macul. }

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS PETROSELINI Germanici, doctrina Magiae veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Quod Petroselini genera ista, ad Apoplexiam faciant non solum γενομένην siue factam, verum etiam eandem prohibeant γιγνομένην siue imminentẽ, multis iam saeculis ante, docuit sane diligenter Oribasius senior, Medicus authoritatis & eruditionis excellentis. Cuius descriptionem in Codice admodum antiquo exaratam, Medico cuidam non omnino rudi, sed κενοδοξοτέρῳ & ἀγεωμετρήτῳ cum aliquãdo monstrasse, Eã ille postea, ob suspitionem superstitionis (at ego ob αὐθαδείαν & δοξοσοφίαν existimo) se aspernatum est confessus. Sunt autem verba Oribasij, vt ea ex versione Germanica Doctissimi Viri Philippi Bechij, vtcunq; latina fecimus (cum Graecum exemplar non esset in promptu) haec ferè. Radix Chaerephylli petraei (non illius quidem, cuius semina oblonga sunt & acuminata, sed quod Σέλινον nuncupatur, vsusq; vulgatissimi est) cum tenello & purpurascente Herbae pubescentis germine, altitudine vix bicunciali (& similitudine lanuginis, quae in facie tenera hirsutie per cutem se profert) è complexu terrae protuberat, Solq; in Gradibꝰ Arietis vltimis tribus, & Iupiter

VIS MAGICA Petroselini satiui ab Oribasio tradita.

Petroselinum ad Apoplexian quando fodiendum?

Κενοδοξία, αὐθαδεία & δοξοσοφία, quae vtilia sunt aspernatur.

piter cum Luna in Sagittario existit, si fodiatur: & vbi probè exiccata fuerit, Luna decrescente in pocula suspensa, Eadem crescente bibatur, præsentissimum est & certissimum aduersus Apoplexiam & Paralysin προφυλακτικον. Hæc Oribasius. Quo modo adhibita, corpori insuper quoque aduersus Melancholiam hypochondriacam (morbum certè expugnatu difficilem, & ex mordicatione stomachi sese prodentem) securitatem præstat. Porro radix hæc eadem foditur, Venere in Tauro & Marte in Ariete existente: ex eadeq; minutim concisa & cū dimidio Terebinthinæ mixta, primo Aqua destillatur, tandeq; Oleum nitoris Cristallini. Cuius quarta & vicesima quaq; hora guttæ triginta, ex Aqua Ligulis tribus ventre ieiuno si bibantur, Calculos potenter rumpit: & eosdem vna cum vrina mirifica efficacia expellit. Si vero sumatur pondere drachmæ semis, ex Aquæ eiusdē stillatitiæ Ligulis sex, pedibus ante sumptionem per quadrantem horæ in Encathismate calente vsq; ad genua mersis, et corpore tandem ad quietē composito, Alborū profluuium (purgatione illa menstrua ad mediocritatem & habitum naturalem reuocata) emendat: atq; Matrici refrigeratæ calorem deperditum restituit.

Ad Melancholiam Hypochondriacam.
Ad alba menstruum profluuia.
Radix quando fodienda contra calculos?
♀ in ♉
♂ in ♈.
☊☋ in ♏
Thurib. orient.

OLEVM κρυςαλλοειδὲς.



OLEVM hoc paraturi, radicem cum Terebinthina (vt dictum) concisam & permixtam in Fictile iniiciant: & Collo cū Alembico imposito, primo igne lento eoq; exiguo Destillationē instituant. Hoc facto, cum phlegmate egreditur Oleum, candore pellucido Crystalli æmulum: post per Separatorium siue infundibulum N. segregandum. Olei vero egredientis reliquum (quam primum id colore albo in luteū mutari inceperit) seorsim excipi debet, atq; in Vnguēta solūmodo & Emplastra asseruari: in vsum autem intraneum (cum acredine præditum sit uirulenta & corrosiua) diligenti cautione adhibita, nequaquam admitti.

CAVTELA.

Cauendum est: non solum ne specierum aliqua Petroselini fodiatur, Draconis vel Capite vel Cauda in Scorpione existente, siue Thuribulo oriēte: Verū etiam, quæ ætate annum tertium superauerit, in cibos vt ne admittatur.

Caput vigesimum sextum.

DE CHÆREPHYLLO MARE, QVOD QVIBVSDAM PETROSELINVM AGRESTE, ALIAS VERO CAVCALIS APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



De prima appellationis Chærephylli (sicut & aliarum plantarum) origine, certi aut solidi quod affirmetur (quanquam Multi id facere tentarint) nihil occurrit. Quod vero in historia Cuminorum præcedenti, appellationem Caruia, à Chærephyllo forte mutuatam, & Cumino accommodatam fumus suspicati, Id quemadmodum alia plura, ϛοχαϛικῶς potius siue coniectura (quod neq; illi aliter faciunt quibus hæc planta pro Caucalide Dioscoridis, quæ vulgo est Pimpinella hirsuta siue Pastinaca syluestris, habetur) saltem vt hac quoq; in parte diligentia nostra probaretur protulimus: quam vt pro veritatis (argumētis probabilibus exploratæ) decreto recipi velimus, vel ad amplectendā opinionis huiusmodi sententiam, quenquam cogere, vel pertrahere cupiamus. Porro (vt rem ipsam aggrediamur) constat apud Veteres, Plantam quandam efficacia contra venena commendatam extitisse, appellatione linguæ Hebraicæ שְׁפִיפוֹנְחֵץ Schephiphonchets, quā Græca Κεραςήβολος (id est Schlangenpfeil) interpretamur. Hebraicum enim vocabulum Schephiphon, significatione Græcum κεράςης repræsentat: Quod appellatio est certi generis Serpentum (quibus, vt Plin. libro. 8. cap. 23. tradit, instar Arietum quadrigemina cornicula corpore eminent) & iisdem imposita ἀπὸ τῶν κεράτων: quanquam eadem, ab eodem Plinio (libro. 16. capito. 41.) etiam vermibus quibusdam, in stirpibus arborum genitis tribuatur: de quo in sequentibus suo loco docebitur. Quod si itaq; planta præsens, Schephiphonchets veterum fuerit, vt descriptio eius optime illi quadrans arguit, ipseq; ego (quicquid Plinius libro 22. cap. 22. de herba Caucalide Fœniculi simili dicat) mihi persuadeo, Tum sane à dictionibus Κεράςης & βέλος (parua earundem, quæ sæpe vsu venire solet, mutilatione) Germanicum Körbelen quasi Κεραςήβολον, id est Schlangenpfeil, compositum videri potest. Idq; non solum ob plantæ ipsius in ne-

Etymologia vocabuli Chærephyllon dubia est.
Schepiphonchets. Schlangenpfeil κεραςηβολ.
Quæ hic de Etymologia afferuntur, coniecturæ sunt solummodo inuestigationis diligentis non Decreta ἀξιωμάτι. Demonstrationum.
Κεράςης genus serpentum & uermium apud Plinium.
Germa. Körbel deducitur ex Hebraic: vt sit quasi κεραςήβολ.
Ratio etymologiæ a forma & qualitate Plantæ

in necandis Serpentibus efficaciam, verũ etiam formam seminum: quod ea scilicet acuminata (licet Huius à forma oblonga, magis quã specierum duarum sequentiũ recedant) non secus ac cornicula κεϱαςῶν, bina inuicem opponantur, atq; vtplurimum quadrigemina ex vno pediculo extent. Dicta autem est hæc eadẽ Plãta quibusdam et Sinon: Paracelso Karreiah (forte à dictionibus ריאה Reiah id est pulmo, & חרח Charach id est cura: ut dicatur qua si Σωσιπλεύμων vel Lungensorg, cũ pulmonibus obstructis aut læsis amicissima sit) Vandalis Sywassorepenie, Italis Caucalides. Nascitur vulgo in vallibus humidis, & saltibus montium desertis atq; aquosis. Vbere vero eius prouentu excellunt, Hetruria, Valesia, Tractus ad Athesin & Lycum fluuios, nec non Algoia qua sura amne alluitur, & loca Germaniæ pleraq; alia. Omniũ copiosissima tamẽ reperitur, in vallib⁹ montis Pieri in Thessalia.

NOMEN. Sinon. Paracel. Karreiah. Lungensorg. Σωσιπλεύ. Syuuassorepenie. Caucalides.

PATRIA. Hetruria. Valesia. Vall. Ath. &c.

SIGNATVRA GENERALIS.



PLANTA hæc, venas omnes pulmonum, deorsum in corpus virile sparsas, signat: Quippe quæ (vt iam experientia multiplici constat) sympathia & amicitia quadam singulari, his partibus alludat: Ideoq; spiritui vitali sanguinis calidioris, & perpetuis augmentis crescentis, vitamq; fouentis, non sine causa sit dicata. Veruntamen teneatur: Signaturam istam, quæ ex pulmonibus in partes corporis non quidem supernas sed infernas feruntur, venas (spiritumq; vitalem, & sanguinem in his vectum) solummodo spectare.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS CHÆREPHYLLI MARIS.



QVOD plantæ isti nomen Petroselinum agreste inditum fuit, causam forte præbuit vel foliorum habitus, quorum quædam (maxime autem ea, quæ radici proxima sunt) formam Petroselini, non tamen odorem æmulantur: vel (quod magis est verisimile) virtus eius, qua in calculis cum frangendis tum eijciendis, plurimum pollet. Sed vtcunq; se res habeat, Quæ nos Petroselini genera agnoscimus, ea omnia in præcedentibus iam descripsimus, Ideoq; suo cuiq; de Petroselinis & Pastinacis erraticis iudicio relicto, descriptionem Chærephylli aggredimur: Cuius herba, primo, duplici foliorum forma constat. Quæ enim partem caulis inferiorem (qua is proximè è radice extat) vestiunt, Petroselino, vel (sicut Dioscorides lib. 2. cap. 169. inquit) Apio quod aliqui Petroselinum faciunt, similitudine respondent: quæ vero superiorem stipant, Chamæmeli, siue (si rem significantius exprimere velimus) Anethi potius ferè imitantur. Vnde Plinius, quod Caucalida folia Fœniculi habere docuit, non satis æquo iure, à quibusdam exagitatus fuit. Sed quid quæso hoc sæculo facilius est factu, quam Labores aliorum habere contemptui, cum tamen nihil sit difficilius, quam res vtiles proprio ingenij acumine inuenire, eq; tenebris in lucem eruere? Non solum enim Plinius, verum etiam Theophrastus ille antiquus, cumq; his Dioscorides & alij, sæpe plantã quodã tempore descripserunt, quæ vel mensibus duobus elapsis (cũ terra nascẽtia inter assidua incrementa plurimũ immutentur) nõ solũ faciem priorem exuit, verum etiam ipsis Authoribus, descriptionem ante certam, dubiam effecit. Cæterũ, Radix ei⁹ parua est, breuis, fibrosa, candida, duriuscula, quodammodo lignosa, & odorem (si mundiusculè abluta, per dies duos vel tres aëri exposita fuerit) longè iucundiorem & gratiorem, quam in ipsa fossione spirans. Caulis quodammodo eum, quem Pastinacæ educant refert: nisi quod humilior est, & altitudine dodrantem cum semisse raro superat: neq; etiam folijs tam confertim sylvescit. Folia quæ infimam caulis regionem tenent, ea (vt supra est commemoratum) effigiem Petroselini (nisi quod virore illo nitido carent) propemodum exhibent: quæ superiorem, imaginem Anethi (excepto colore qui viridior est, nec in luteum elanguescit) præ se ferunt. Flores emergunt mense Iunio, ijdemq; candicantes fastigiũ caulis sui, vmbella densa

Aliena carpere facilius, quam suo Marte quid vtile inuenire.

Ætas in habitu plantam plurimum immutat: & sæpe descriptionem & notitiam eius confundit.

Radicis forma.

Cur hæc Planta dicta sit Petroselinum agreste.

Caulis.

FORMA. Herba.

Flores.

la densa exornant: folia eorum exilia sunt et tenuia, citoq; defluunt.

Semina.

Horum in locum succedunt semina, quæ Ammios (quanquam id aliqui hanc plantam esse voluerint) aliquanto & grandiora & longiora: Quæ mense Iulio purpurascẽtia, post vero colore in nigrũ vergentia, mense tandem Augusto integrè absoluũtur.

CONSTEL.
Radix quando fodienda?
D. Sep. {20. 24. 28,
♂ in ♋
☽ in ♈ g. {4. 17. 26} m. 27. 28. 1.

QVALITAS
Radix habet:
☉ 4. ♂ 4. ☽ 4 } par.
Herba.
☉ 4½. ♂ 3½. ☽ 4 } part.
Flores, semina.
☉ 4¼. ♂ 4. ☽ 3¾ } par.
Temperament.
Sulp. 4. Sal. 4. Mer. 4. } par.

Sapor iisdẽ inest iucundus, sed tamen subacris, & dentibus si terantur amaricans, virtus vero efficacia remissior, & minus fortis aut vehemens. RADICI virium suarum qualitates, Sol, Mars & Luna, æquali proportione (partibus quaternis scilicet) immiscent. In herba vero sibi vendicat, Sol quidem partes sesquiquinq;, Mars tres cum dimidia, Luna quatuor. Flores & semina, cum eorum virtus inter reliquas plantæ partes sit fortissima, imperium Solare tenet partibus quatuor cum vna quarta, Martiale itidem quatuor, Lunare tribus cum totidem quartis. Temperamentum itaq; seminis maximè constituitur, Sulphuris, Salis, & Mercurij partibus quaternis: exq; harum in vnum confluentium mixtura, plantæ huic Natura discutiens, rarefaciẽs, & expellens est collata.

Herba quando metenda?
Mens. Maio,
☉ in ♉.
☽ in ♋ vel ♈, mans. 6. 8. 29.
Natura, discutiens, rarefaciens, expellens.
PRODVCTa
Διαφορητικον. Oleum, & Sal.
Semen quando colligendum?
Iunij D. 26. 28. 29.
☉ in ♋
☽ in ☍
☽ in ♑ g. {4. 14. 24} m. 20. 21. 22.

QVÆ VERO Solerti Segregationis industria inde producuntur, Ea sunt: Medicamenti genus quoddam, quod nobis quidem Hebraicè גזר Gezer Græcè vero Διαφορητικον siue Discussorium nuncupandũ est visum, Oleũque, et Sal facultate resoluente et expellente præditum, RADIX, cum ante maturitatem quidem seminis (quod tempestiuè admodum, & ferè inter aliarum plantarum semina primo perficitur) nec ætatem nec vires vsui aptas habeat, post maturitatem vero & vindemiam eiusdẽ, quemadmodum mulier partu nimium exhausta langueat, Fodienda itaq; est tempore matutino, Sole nondum exorto: & quidem cum post fœturam sese recolligere, & virib° nouis augeri incipit: circa diẽ Septẽbris sci. vicesimũ, vicesimumquartũ, et vicesimumoctauum: Marte in Cancro, Luna vero in gradu Arietis, vel quarto & Mansione vicesima septima, vel decimoseptimo & Mansione vicesima octaua, vel vicesimo octauo & Mansione prima existente: Hincq; aëri exposita, Sole & pluuijs vitatis, lentiusculè siccanda. Herba, ineunte mẽse Maio (dum scilicet Sol adhuc Taurum, Luna vero vel Cãcrũ vel Arietem in Mansione sexta, octaua & vicesima septima peragrat) diluculo, et cœlo sereno nec humido, metitur. Semẽ carpendũ est, cũ colore purpurascente aliquatenº deposito nigrescere incipit, viribusq; maximè viget, q. (vt antea dictũ) ferè circa diem mensis Iulij vicesimũ sextũ, vicesimũ octauum et vltimũ (pro vt conditio loci, et Soli ingenium, Solisq; vicinitas id tulerit) contingit: Sole nimirum in Cancro existente, Luna vero Oppositioni imminẽte, & in gradu Capricorni vel quarto & Mansione vicesima, vel decimo quarto & Mansione vicesima prima, vel vicesimo quarto & Mansione vicesima secunda commorante.

GEZER siue Διαφορητικον.



MEDICAMENTVM ex hac planta productum, quod in omnibus (quæ præter naturæ solito modo agentis, cursumq; suum tuentis seriem, in corpore humano gignuntur) collectionibus, coagulationibus, & indurationibus humorum callosis, vtpote Schirris, ganglijs, poris, tartaro, calculis, tophis, viscositatibus grossis, sanguine grumoso, Verrucis, Clauis, atq; id genus Vitijs alijs resoluendis, rarefaciendis, & discutiendis, efficacia potenti polleat, Hebraice גזר Gezer, atq; ex hoc græcè Διαφορητικον (id est Dissipatorium vel Discussorium) est appellatum. Methodus autem eius conficiendi, est hæc fere. Semen illud plantæ corniculatum & oblongum, quamprimum colore viridi in flauescentem mutato purpurascere incipit, decerptum, in succum ex herba & radice expressum conijcitur (oportet autem Luna decrescente hæc vt fiant) vasculoq; optime operto nec concusso aut agitato, per dies nouem maceratur. Tempore hoc elapso, vasculum recluditur: & cutis cana atq; mucilaginosa (quam humor contentus situ contraxit) spathula leniter detrahitur, ac vino albo generoso & forti committitur. Hinc vasculum, vt ante & probe tectum & immotum, denuo per dies nouem seponitur. Quo facto, cutis alia (idq; cum æstio ista tempori æstatis calidissimo, vt pote mensi Iunio, & Iulio quoq; ineunti, ob colorem seminis iam in purpurascentem transire incipientem accomodatissima sit, perfacile) generatur, priori in vinum addenda. Humore omni hoc modo tandem exhausto, etiam semen iam putrefactum & situ acquisito turgens, mucilagini iam collectæ aggregatur, cumq; eadem iterum per dies triginta maceratur. Post



hæc, omnia in Cucurbitam B. simul conduntur, atq; igne lento & æquabili (qui a tribus lychnis, & magnitudinis & distãtiæ æqualis C, in fornace A B, huic negocio ita cõparata, vt nullũ aeri externo, præterquam per ventile inferius, ingressum præbeat, sit accensus) materiæ essentia subtilior, per Alembicum A, in Receptorium C maiusculum traducitur: ac destillatione tali bis repetita, Exceptisq; super fæces totidem vicibus refusis, tertium per Cucurbitam ante nullis vsibus adhibitam rectificatur: atq; inde diligenter recondita seruatur, quocũq; tempore in vsum sumenda.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI MARIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

DIAPHOreticon.
Vsus Diaphoretici intra corpus.
Ad {Mo. Gal. Tartarum Hydroce.

Diaphoreticon (vt modo etiam in Signatura docuimus) venis solummodo pulmonis (quæ inferiores corporis virilis partes, propaginib° suis perreptant) & spiritui vitali in his circumuolitanti, proprium dicatur. Pondere itaq; drachmæ, cum Sale & Oleo Plãtæ hui°, atq; Essentia radicis Smilacis asperæ, siue (vt alij vocant) Zarzæ Parillæ, singulis pari põdere admixtis, si sumatur: morbo

Gallico

correptos, atq́ ex toto infectos (sudore & vrina, alijsq́ vaporibus malignis è sanguine prouocatis) purgat: & partes à lue vindicatas restituit, inq́ habitum pristinũ reducit. Idẽ pondere drachmæ semis ex vino, Luna decrescente si sumatur, humores viscosos siue Tartarum, partibus corporis quibuscunq́ (maximè vero ijs quæ vmbilico substernuntur) inductum, vi sua (qua plurimum potest) discutiente & potenter expellente profligat: vrinam & sudores mouet: humoresq́ tenues quidem & aquosos digerit, concoquit & exiccat, crassos vero, lentos, & viscosos dissoluit, attenuat & expellit. Quam ob causam, à Paracelso haud temere est consultum: Medicamentum hoc, aduersus Collectiones quasuis humorũ aquosorum (quæ Græcis ὑδροκέφαλα dicuntur: & ab humore pituitoso & fæculento, de sententia Galeni quidem in definitionibus Medicis, atq́ post hunc Aetij lib. 6. cap. 1. in certis partibus capitis, Ipsius Paracelsi vero, nõ tam circa venas pulmonum quam splenis & renũ, existunt) singulo vespere, peracta cœna, & tempore decubitus appetente, pondere Scrupuli cum portione pari vini sublimati, esse sumendũ. Oleum seminis, *venis pulmonum totius corporis virilis, quæ Septo transuerso siue Diaphragmati subijciuntur (præsertim quatenus hæ cognationis aliquid cum splene habuerint) destinatur. Ventre ergo ieiuno, et numero guttarũ triginta si sumatur, egregiam aduersus humores viscosos, virtutis suæ discussoriæ & expulsoriæ specimen exhibet: maximè vero in ijs corporibus, quæ sanguine, adusto, crasso, nigro, & bilioso abundant. Numero vero guttarũ duodecim cũ drachma Aquæ Macis vesperi haustũ, Virũ ardẽtiore congressᵘ Venerei conflictu fractũ, atq́ impotẽter torpentẽ, somno placido cõciliato & viribᵘ instauratis, alacrem vegetũq́ in prælia reuocat. Porro, vt omnes humores superfluos et præternaturales, Idẽ vel digerit vel expellit: Ita et semen genitale, ob partium intemperiem frigidam, vel alias causas inuitis profluens (quod malum γονοῤῥοία vocatur) coercet. Serpentes quoq́, Araneos, Scorpiones, Bufones, et animalia venenata alia, exhibitum interficit: & venenis quoq́, quæ ab his Animalibᵘ proficiscuntur, aduersatur: Ita, vt licet hausta fuerint, ea vim suam lethiferam tamen in corpus exercere, aut noxam inferre ullo modo, non sinat.*

Gonorrhœa quid & vnde?

SAL.
VSVS SALIS intra corpus.
Ad { Μύξαν artic. Gangræ. Infl. diap. Absc. pu. Phthisin. Asthma.

Sal plantæ totius, *vsum habet (quemadmodum Diaphoreticon & Oleum) venis, à pulmonibus in partem corporis inferiorem propagatis, maxime autẽ affinitate quadã cũ renibus iunctis, & deniq́ (qui in his continetur) humori omni pituitoso & phlegmatico, destinatum. Frequenter enim in cibis siue aqua Cinamomi sumptum, humorẽ illum phlegmaticum, qui Hippocrati Myxa dicitur, & (Galeno ipso in Aphorismis Hippocratis, Commento sexto, tradente) in articulis coaceruatus, ligamenta dearticulationis madefacta laxat, tandem resoluit. Dolorem quoq́ & feruorem Gangrænarum, quæ à Salibus (vt Paracelsico more loquamur) salsis, sed tamen cum dulcedine quodam coniunctis, in membris inferioribus cuniculos occultos molientes, nec dum maturatæ, absq́ vlla continui diuisione, solo rubore & perpetuo feruoris acutissimi cruciatu, malignitatem suam produnt, illud ipsum compescit, malumq́ inualescere aut latius serpere prohibet: si in Oleo Vitrioli dissolutum, & post rursus coagulatum, pondere Scrupuli ex crusta panis, primũ leuiter assata post vino macerata, quotidiè sub horã decubitus deuoretur. Pari ratione (si simul & reliqua diligentis Curæ adminicula prudenter adhibeantur) in sanandis affectibus omnibus dolorificis, qui partes Diaphragmati subditas, vnitatis solutione & fluxionibus cum inflammatione inuadunt, operam egregiam nauat. Leniter enim calefacit, humores viscosos lateribus ventriculi impactos resoluit, splenem ab humore superfluo exonerat, Catharros profligat, sanguinem instaurat, Tartarũ propulsat, & dolores mitigat. Cum Diaphoretico deniq́ & Oleo (æquali pondere admixtis) sumptũ, pulmones Apostemate et putredine vitiatos sanat: Ideoq́ Phthisi & Asthmati profligando, vires possidet nequaquam inefficaces.*

PARACELSI testimonium de Diaphoretico.

ὑδροκέφα. quid Galeno, Aetio, & Paracelso?

Gangrænæ vnde originem sumant, doctrina Paracelsi.

OLEVM. Vsus Olei intra corpus.
Ad { Pitui. Ien. Ven. imp. Γονοῤῥ. Ani. ven. occid.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI maris, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

TAM Diaphoreticon quã Oleũ, *ad sanationem cum morsuum, ictuum, atq́ aspersionum Animalium ἰοβόλων, tum vulnerum telis venenatis illatorum, opem magnificè conferunt: non solum si intrinsecus sumantur, verum etiam extrinsecus, illitu siue inunctione, atq́ deligatura adhibeantur.* Sal, *in Phlegmate Vitrioli resolutũ, Luna decrescente, & tempore matutino, numero guttarum triũ oculis si instilletur, neruosas circa corneam tunicam Excrescẽtias detrahit, visumq́ serenat. Pondere*

*VSVS DIA*phoretici & Olei extra corpus, ad vulnera venenata.

SALIS VSVS extra corpus.
Ad { Ptery. oc. Aegilo. Mor. Ga. Mariscas

Aegilops quid vulgo dicatur?

dere vero Drachmæ semis, cum Olei drachma vna & Diaphoretici Sicilico, mutua agitatione diligenter temperatum, ex penna inter maiorem oculi Angulum & nasum inunctum, Aegilopas (quos quidam Fistulā Angulorum lachrymalium nuncupāt) celeriter & sine dolore sanat. Similì mixtura, Pustulis quoq; morbi Gallici manantibus, nec non Mariscis, Luna decrescente salubriter applicatur.

ἘΝΕΡΓΕΙΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CAVCALIDIS, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Vetus Medicorū Schola quid de qualitatibus et Viribus Chærephylli huius tradiderit.

VSVS CAVCALIDIS intra corpus.

Ad { Ischuriam, Lithiasin, Ob. a phl. Ἀμβλ. Melanch, Feb. Qu. Syphyli.

PLANTÆ huic à Galeno lib. 6. Methodi simplicium, & Dioscoride lib. 2. cap. 169. tribuitur qualitas calida & sicca. Succus herbæ, haustu vrinam mouere, & calculos atq; arenulas expellere perhibetur. Decoctum radicis, herbæ, & seminis ex ex vino potum, corpora phlegmatica expurgat, & excrementa viscosa non solum ex stomacho & intestinis, verum etiam splene & renibus eycit. Vinum cum semine coctum, ad oculos caligantes mirificè commendatur. Herba cum aceto si deuoretur, & post certū tēporis spaciū vomitu reyciatur, traditur stomachū & intestina euacuare, ōnesq; humores viscosos secū educere. Herbā, siue cruda siue elixa in cibos recipiatur (potu succi inde expreßi accedente) Melancholicis plurimū prodeße, Quidā affirmāt. Radix cum Herba & semine si deuoretur, aduersus Quartanas eximia habetur. Similis quoque efficacia, de eadem (cum sanguinem & humores potenter purget) in Siphylide infectis restituendis, prædicatur.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CAVCALIDIS, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS CAVCALIDIS extra corpus.

Ad { Tormina. Colicam, Mor. Trigon. Scor. Drac. ma.

HERBA vino decocta dumq; adhuc calet illigata, præcedente potu Succi, aduersus Tormina ventris (præsertim, si ea ex viscoso phlegmatis humore proueniant) auxilium salubre præstat. Quod si radix vino decoquatur vsq; dum tota mollescat, atq; dehinc ipsa quidem in sacculo, cum circa vmbilicum tum supra Os sacrum applicetur, vinū vero bibatur, Affectionē Colicam (qua Intestinum craßius grauißimè torquetur) inde compesci, experimētis cōstat. Herba et succ⁹ (hic quidē plagæ imposit⁹ illa vero comesta) à Pastinaca, Scorpione, & Dracone marino morsos, auxilio præsentaneo iuuant.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CAVCALIDIS, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

CAVCALIDIS vis Magica intra & extra corpus.

Ad Pleumonicos curandos quando hæc radix fodienda? M. Octob. vel Nou. D. 12.

♂ ♃ ☽ ☉ } in { ♋ ♓ ♎ ♏

EXPLICATIO, deducta ex causis Physicis, quomodo positus commemoratus, efficaciæ Caucalidis contra Vitia pulmonum augmentū conferre poßit: & cur obseruari debeat.

RADIX, si fodiatur Marte in Cancro, siue Ioue in Piscibus versante: & Luna in Libra, Sole vero in Scorpione existente (quod die mensis Octobris vel Nouembris duodecima, in anno vulgari accidere potest) cum tum temporis virtus eius omnium maximè vigeat (præsertim si Signum Scorpionis fuerit ascendens) tam ipsa, quam omne quod inde in vsum medicum paratur, Pleumonicis remedium efficacißimum præstat. Nam in eiusmodi positu, calor Solaris, frigido & humido Scorpionis corrigitur: quemadmodum calidum vrēs Martis, Cancri qualitate simili emendatur. Vice vero versa, caliditas Solis vir⁹ radiorū Scorpionis plurimum debilitat: vt Mars caliditate et siccitate sua, Cancri humidū & frigidum moderatur. Sic Lunæ frigidū quidē, calor Libræ mitigat: humidū vero frigidum eiusdē, calidum humidū Signi dicti temperat. Cum itaq; Iupiter calidus & humidus, in Domo sua frigida & humida (Piscibus videlicet) similiter & Sol in Scorpione, Luna in Libra, Mars deniq; in Cancro, naturalis temperiei proprietate conuenienti, pulmonibus & pectori præsint, Quapropter in foßione radicis, positus dicti tempus, non solum est magnifaciendum, verum etiam summa attentione obseruandum. Nam cum Affectus pulmonum præternaturales & vitiosi, ex vitio intemperiei cuiusdam procreentur: Ideo aduersus eosdem, Auxilia qualitatis quam maxime temperatæ solummodo, & quidem naturæ contrariæ accersere decet. Etenim θερμον σύμφυτον, siue calor congenitus, qui teste non tam Galeno quam ipsa experientia, non solum vitam corporis & omnium partium

partium eius tuetur, sed etiam Actionum eiusdē naturalium author & effector existit, Si ex frigore immoderato & δυςκρασίᾳ sibi inimica, in membris internis (præsertim autem in pulmonibus, in quos præsentis generis plantæ, singulari quadam naturæ sympathia propendent) iniuriæ & incommodi aliquid acceperit, Extra dubitationem omnem positum apparet, iacturam talē Remedijs naturæ quidē conformibus, & Parti affectæ familiaribus, Symptomati vero ex diametro oppositis, omnium comodissimè et tutissimè resarciri. CÆTERVM, Sin radix fodiatur Scorpione ascendēte, & Marte in eodē signo cōstituto (vitandus autem est positus Lunæ in octaua Domo) tum solo gestatu ex collo (cum venena contraria, mutuo qualitatum attritu sese ipsa conficiant) aëris infecti contagia arcet. Vnguētum deniq. ex ea paratū (quod vulgo Rotschelm *nuncupari est solitum, atq. etiam apud D. Maximilianum Imperatorem, & Iohannem Olieriū Medicū Ipsi⁹, in magno precio habitū) Plagas quasuis venenatas, siue ab Animalibus siue telis venenatis incussæ fuerint, inūctione si ijsdē adhibeatur, sanat. Ac regioni ventriculi quidē illitū (accedēte haustu Olei & Salis inuicē mixtorū) venena deuorata innoxia reddit: Pectori vero, aduers⁹ Apostemata laterū et pulmonū, nec nō Phthisin, vsum haud infrugiferum præstat.*

Medicamenta pulmonibus adhibenda, oportet esse qualitatis temperatæ, & Affectui eorum præternaturali opposita.

DIV. MAXIMILIANVS IMP. ROM. IOHAN. Oliuerius Medicus vnguentū Rotschelm in magno precio habuere.

AD Contag. Pest. Vuln. venenata. Ven. haust. Pleurit. Phthisin. Radix quando fodi. ♏ Ascend. ♂ in ♏.

Μυροτόξικον *siué Vnguentum aduersus Venena, Vulgo* Rotschelm.

APPELLATIO Germanica Rotsalb *siue* Rotschelm, *quam Vnguentum hoc apud Vulgus obtinuit, ex dictionibus Hebraicis* שמן & רוש *(quarum altera rotsch. idem quod* φάρμακον *siue Venenum, altera schemen idem quod* μύρον *siue Vnguentum significat) Vitiosa quadam corruptione profecta videtur. Compositione enim dictionum istarum, primum nomenclatura* רושמן *Roschemen sine dubio constituta cum fuisset, pro ea tandem (quæ sors nominibus alijs multis facta est communis) barbarum* Rottschelm *Vsurpatum, atq. hinc à Chirurgis quibusdam (sine intellectu originis ipsius) tale retentum videtur. Modus autem Vnguentum illud conficiendi hic est. Radix concisa, quassatura quam fortissima exprimitur, inq. succo expresso (qui quodammodo flauet) Vbi per pannum fuerit colatus, per horas tres decoquitur. Quo dec octo percolato, radix rursus probe exprimitur, & in aceto rosaceo rubente (æqualis cum ipsa pōderis) per horas viginti maceratur. Post macerationem vero istam acetum colatur, et substantia eius limpidior succusq. prius decoctus & expreßus, in vasculo plumbeo, vsq. ad partis decimæ tantum residentiam (id est donec de decem semuncijs vna tantum fiat superstes) igne lento vnà decoquuntur: atq. Residuo faciem propemodū mellis (nisi quod in flauedine magis rubet) tandem præ se ferenti, additur Olei ex semine plantæ huius Vncia dimidia, Olei oliuarum, Adipis Anserini & Serpentini Vnciæ singulæ. Hæc itaq. vsq. dum mixtura exquisita coalescant simul cocta, Vnguentum præstant tenerum & rubens (à quo colore appellatio* Rotschelm *siue* Rotsalb *quibusdam desumpta videtur) Vsus aduersus Venena præstantißimi, atq. etiam tempore contagij pestilentis (si circa nares, nec non Vlcera qualitate virulenta imbuta inunctione leui adhibeatur) non inefficacis.*

Caput vicesimum Septimum.

DE CHÆREPHYLLO FÆMINA, QVOD ALIAS CHÆREPHYLLON SYLVESTRE, ET MYRRHIS APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

PLANTA hæc, alterum est Chærephylli genus, & apud Germanos alibi Wilder körffel, *alibi* Gesucht-kraut, *alibi* ayssenkraut *&* ayssenstil *appellatur. Quo fit, vt Germanicum* Körffel, *hoc quidem loco, vt existimo, à græca dictione* κήριον, *quo Absceßus quidam Achoribus cognati (Plinij quoq. mentione lib. 20. cap. 2. nec nō lib. 23. cap. 7.) multis foraminibus quibus fauis apum respondent, humorem melleum fundentes significantur, originem duxisse videatur. Ac fuit quoq. priscis illis Hebræis, herba quædā vlceraria nomine linguæ gentilitio* שחעשב *Schechescheb celebrata. Ea itaq. an hæc nostra fuerit, incertum est affirmare. Indicium tamen eius rei quodammodo præbet, nomenclaturæ dictæ vt pronunciatio cū altera Herbæ præcedentis nōnihil cognata, ita & vocabulorum quibus ea explicatur* χάρφη *&* ἕλκος *(id est stramen vlceris siue* ayssenhew*) allusio non prorsus absurda. Quanquam alia etiam, nomine Stechin raneh, à Iudæo quodam prisci Sæculi* ששונאל *Sasonahel id est* Gottfriedt *(qui anno mundi 3391. imperante Babiloni rege Labynithumo, in valle Raphaim habitauit, atq. plurima de reb⁹ naturalib⁹ literarū monumentis cōsecrauit) descripta, nō min⁹ huc quadrare videatur: præsertim, cum caulis plantæ huius, & cauitate & geniculis articulorum, arundinem æmuletur: & præter hæc, alicubi altitudine staturam humanam æquet. Cum ergo appellatio Germanica* Körffel, *vocabulo* χάρφη *ortu videatur vicina, Planta vero ipsa, naturæ suæ proprietate specifica, peculiarem quandam*

NOMEN. Wilder Körffel. Gesuchtkraut. Ayssenkraut. Ayssenstil. Körffel. Germanicum Körffel & Chærephyllon hoc loco deducuntur a Græco Κήριον & Φυλλον, siue Cerion & foliū. Schescheb veterum forte fuit hoc Chærephyllon. Stechin Raneh nomen, Herbæ, à Iud. Φυσιολογῳ Sasonael (id est Gottfried) commemoratum & Huic Affine.

quandam in sanandis Cerijs efficaciam præstet, Ideo ad differentiam Specierum reliquarum, Chærephyllō Fœmina nobis quidē græce Κηριόχαρφος, latinè Fæniceria, Germanicè Aysssen siue Geschwerhew (nomine tamen eius antiquo Myrrhis, quod forte ab odoris iucunditate accepit, non abrogato) in posterum dicetur. Porro plāta præsens, haud dubie videtur esse Sinon Hippocratis, siue Sison cuius Dioscorides libro tertio cap. sexagesimo quarto meminit: quanquam ea, quæ ab eodem Authore, de Myrrhide lib. 4. tap. 116. & de Thymbra siue Cunila lib. 3. cap. 45 (quemadmodum à Plinio lib. 20. cap. 16, siue etiam lib. 19. cap. 8.) afferuntur, diuersum quid inducant. Paracelso dicta est Sosipleumon agrestis siue Wilder Lungenheil. Alijs, vel ipsa reclamante rei natura, pro specie Apij, alijs pro Cicuta, alijs pro Cicutaria est habita. Vandalis Siuua Soropenil nuncupata fuit. Heluetijs (in quorum tamen regione rara inuenitur) lingua ipsis vernacula Hundtskörbelen, et Katzenkörbeln sicut vitium Apij Κονιοειδὲς (q. Germani Gleiss, quidam Cicutam minorem vocitant) Katzenpeterlein, Italis vero Myrrhidè appellatur.

PARACELSO dicta Sosipleumon Syluestris, Wilder Lungenheil.
Chærephyllon Fæmina qualis Planta fuerit, Hippocrati, Dioscorid: Plinio.
Sententiæ aliorum de hac planta.
VAND: Siuua Soropenil.
HELV. Hundts körbelen.
Ital. Myrrhide.

SIGNATVRA GENERALIS.



AD quem modum, capite vicesimo sexto præcedenti, propagines venarum pulmonarium, in membra corporis virilis inferiora sparsas, signauimus: Ad eundē quoq, hoc loco arterias & vehicula quæq Spiritus, atq cum his partes & fibras cognatas pulmonum corporis fæminei, deorsum (vtpote ad membra generationi seruientia) decurrentes, quod his natura plantæ huius singulari familiaritate respōdeat, Effigie hac præsenti, animo proponimus concipiendas.

FORMA CONSTELLATIO ET QVALITAS CHÆREPHYLLI FÆMINÆ.



FORMA. Radix.

PLANTÆ huic (ad formam habitumq eius quod attinet) radix est lignosa, sed candida, & odore iucundo (vnde Vetustati eruditæ Myrrhis forte dicta fuit) nares delectans, longa, & crassiuscula simul, nec non fibris pluribus capillata. Ex hac, ineunte Maio nouello germinum fætu virescente, cyma primum purpurascens protuberat: quæ mox (si tepor humidus aëris uerni aspiret) veloci incremento aucta, in caulem consurgit, robustum, concauum, & instar arundinis multis geniculis nodatum, striatum, breuisq temporis fruticatione in eximiam proceritatem euadentem: Ita, vt mense Maio anni 1577, ad lacū Domui Venatoriæ Arcis Electoralis Grimnitz vicinū, mihi ipsi quidam huius generis sit oblatus, qui crassitie duos digitos, altitudine vero pedes humanos tredecim æquaret: geniculatum deniq exemplo Leuistici aut Fœniculi, pluribus Adnatis syluescentē: quaque radici insidet, colore purpureo, qua vero in vmbellam fastigiatur, è flauo virescente conspicuum, lignosum, & lanugine candida (ad imitationem eius qui Fœniculi est) intus obductum, atq odorem fortem & iucundum simul spirantem. Herba qua caulis vestitur, nisi quod foliola tam longitudine & magnitudine, quam incisuris profundioribus præstant, nec virore tam intenso nitent, cætera ab habitu Chærephylli vulgaris, non sane multum est diuersa. Vmbella ei emicat sub mediū mensis Iulij, colore candido, & numerosa confertaq pediculorum serie spectabilis. Florum quos gerit, quilibet foliola quinq æquali ordine disposita exerunt: inq medio calyculi sinu, stamina quædam exilia & visum ferè fugientia, atq parte sui superna tuberosa promentes, Rosulas quasdam elegantes effingunt: sed quia corpore constant tenui admodum & subtili, fit vt ijdem cito defluant. Capitulis itaq eorum denudatis, innascūtur semina oblonga, & seriatim bina inuicem coagmentata (complexu tam arcto, vt diuisuram siue discrimen eorum, primo intuitu haud facilè quis deprehendat) versusq pediculum quidem ex quo extant crassiuscula, extremitates vero sēsim extenuata, et festucarū modo acuminata. Hæc deniq mēsis eiusdē quo flores emersere

Herba.
Flores.
Semina.

fere exitu, à se inuicem diducuntur, & singula seorsim (loco tamen non mutato) incremēta sua capessunt: Color ijsdem primum est viridis, sed quemadmodum Chærephylli Sobolis, post in purpureum, exq; hoc in nigrum tandem transiens: magnitudo vero (vt radicis lōgitudo & caulis crassities) Chærephyllū domesticū vincens. Ea autem est huius plantæ natura, vt in constitutione anni humida, in magnam amplitudinem & proceritatem accrescat, in sicca vero humilis et macra persistat. Præterq; hæc sese ex oculis nostris, partim sub ingressum Solis in Virginem, partim circa diem mensis Septembris, vicesimum secundū (Spica scilicet occidente) subducat. Radix vero, aliquando Vere redeunte quidem rediuiua germinat, sed tamen si cœlum habeat infestum, ipsa cum herba & caule emoritur, & ex semine decidente anno sequenti resurgit. AD QVALITATES quod attinet: Radix ista iucundum fragrans, & (Galeno quoq; lib. 7. medicamentorū simplicium teste) gustu miti et dulci præstās, Virtutis Solaris possidet partes tres cū trib⁹ quartis, Martialis totidē cū dimidia, Lunaris quatuor cū quartis tribus. In herbam & caulem (cū harum partium virtus radici ferè æquetur) Sol imperij sui vires exercet partib⁹ trib⁹ cū dimidia, Mars quatuor, Luna



MYRRHA GERMANICA.

CAVLES illi inanes & geniculati, quos planta hæc educat, humorem continent subtilem, & vnctuositatis siue gummositatis quiddam (vt ita dicam) præse ferentem, ac in vsu deniq; egregiè salubrem. Hi itaq; in primo florum emersu, à capite radicis reciduntur: & in taleolas digitales diuisi, in Ahenum orificij angustioris F: (idq; ipsum mundum & aqua plenū) conijciuntur: atq; igne copiosiore subiecto, vehementi bullitione vt efferuescant, (exundatione tamen vitata) per horas tres decoquuntur. Hoc facto Decoctum per Filtrum transmittitur: & colatura exceptum quod est, in ahenum supra segmenta caulium recētium refusum, velut ante per horas tres decoquitur: atq; idem etiam vice tertia, vt omne impurum inde segregetur, peragitur. Post hæc aqua hoc modo (cum decoctione tum colatura) ab omni materia crassa & terrestri purgata, in Fictili amplo sed vitrato (orificio eius optime tecto) ad ignē lentū coquitur: donec in Liquorem siue succum (spissitudine, & colore ex puniceo rubente mel æmulantem) redigatur. Hic ergo, in aliud Fictile vitratum sed planum conditur: eoq; optimè tecto, æstiuis caloribus in vmbra seruatus, humiditate exhausta deniq; durescit: ac colorē purpureum acquirit, odore & habitu Myrrhæ non dissimili, vsu autē ad Affectus varios (præsertim ad purgationem sanguinis, & expulsionem ventositatum, sanationemq; vlcerum, & remotionem putredinis eorundem) non contemnendo: Quamobrem & Massa hæc, Myrrha germanica, Planta ipsa vero, Myrrhis haud temere appellata fuit.

sesquiquinq; Semen Soli acceptas refert partes quatuor cum vna quarta, Marti tres cum dimidia, Lunæ quatuor cū quarta vna. Temperamentum itaq; plantæ huius compositum apparet, ex Sulphuris partib⁹ quatuor cū dimidia, Salis tribus itidē cū dimidia, et Mer. quatuor: exq; hoc Naturā ei⁹ esse (cum calor Solis atque Martis plus dimidio, tribus partibus scilicet Lunā superet: vicissim vero Luna humidi sui frigidi itidem dimidio, vtriusq; calidum & siccum imminuat) naturali tēperie calefacere, discutere & expellere. PRODVCTA Pharmaceutica ex Chærephyllo hoc, eadem sunt quæ ex Mare capitis præcedentis, nimirum Diaphoreticon, Oleago, & Sal iucundum ac dulce. RADIX exemplo prioris (cum simili naturæ qualitate constent) foditur exitu mensis Septembris, & Sole in Libra existente: Veruntamen (cum vsus eius propriè sexui fœmineo atq; alijs quoq; vsib⁹ cōpetat) etiam Marte in Piscibus, & Luna in Virgine versātе, et quidē tēpore vespertino, cū iā Sol è cōspectu nostro fuerit digress⁹. Herba quoq; simili (quo prioris plantæ) tempore metitur, mense nimirū Maio, Sole in Geminis, Marte vero in Tauro, et Luna in Piscib⁹ cōmorāte. Semē carpitur Sole in Cancro, Marte in Scorpione, et Luna in Tauro curriculum suum peragente.

Semen. ☉ 4. ¼, ♂ 3. ½, ☽ 4. ¼ par.

Natura plantæ huius & incrementum variatur qualitate tempestatum & anni. Chærephillon Fœmina quo anni tempore intermoriatur: Mens. Septemb. Spica Occident.

Herba. & Cau. ☉ 3. ½, ♂ 4. ½, ☽ 4. ½ part.

Temperament. Sulp. 4. ½, Sal. 3. ½, Mer. 4. ½ pa.

PRODVCTa Diaphoreticon, Oleago, Sal.

CONSTEL. Radix quando fodienda? Septemb. fin. ☉ in ♎, ♂ in ♓, ☽ in ♍, ☉ occas.

Radix non perennis.

QVALITAS Radix habet: ☉ 3. ¾, ♂ 3. ½, ☽ 4. ¾ par.

Herba colligen. Maio. M. ♂ in ♉, ☉ in ♊, ☽ in ♓.

Semen quando carp. ☉ in ♋, ♂ in ♏, ☽ in ♉.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI FOEminæ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fœminei interioribus.

Diaphoreticon plantæ huius, venis pulmonum in partes generationi seruientes sparsis, & humore magis pituitoso & aqueo, quam sanguine exquisita coctione elaborato refertis, atq; tunicis præterea alijs omnibus, nec non vesiculis humoris quid continentibus destinatur. In genere igitur ad Affectus eosdem in corpore fœmineo, ad quos Antecedens in Virili, idipsum pollet: Sed hoc tamen efficacia virium remissiore. Præter virtutes autem illas vtrisque communes, vim quandam peculiarem & priuatam obtinet, ad Vterum refrigeratum calfaciendum, viscosis humoribus oppletum & Alborum profluuijs laborantem expurgandum, fœcunditatemq; conferendam: Si Mulieri affectæ, primo dimidia hora ante ingressum in balneum, pondere Drachmæ dimidiæ exhibeatur, post vero in balneo probè calefactæ & sudore purgatæ, circa Muliebria, Vmbilicum, & Os sacrum diligenter inungatur. Aduersus Varices quoq; lientes, qui Mulieribus post frequentes & difficiles partus (dum inter vehementes nixus dolores, cōpressa anima Fœtū excludere student) à spiritibus flatulentis

DIAPHORETicon. Vsus Diaphoretici intra corpus. Diaphoretico huic communis est cum priore facultas, sed robur efficaciæ nō item. Priuatim quid Diaphoreticon hoc possit.

Ad: Vteri fri. & obstr., Alb. prof., Fæc. iuua., Varices, Nauseam, Vomitio.

flatulentis in venas depulsis, & sanguini earum mixtis, circa crura excitantur, auxilium salubre præstat: si vsu frequēti, cum intra corpus sumatur, tum extrinsecus Venæ hoc Affectu laboranti illinatur. Ad hæc & contra Nauseam, atque Vomitiones, quæ vel Mēstruis post conceptum, ordine in natura diuinitus sancito obstructis, & ad lactis generationem (vt scilicet hominis superbissimi, origo impurissima, & miserrima appareat) reseruatis, siue etiam pilis fœtui enascentibus, hunc Sexum infestare solent, προφυλάκτικον *et præsidiū excellens existit. Quanquam enim vomitus tales, quod per eos plurima bilis superflua euacuetur, plerisq; minimè videantur sistendi: Tamen concussio ista, & perturbatio ventriculi immoderata, à metu variorum periculorū, maximè vero Abortus, rupturæ venarum pulmonis aut epatis (siue partium aliarum) atq; ita & interceptionis alimenti Fœtui destinati, vix potest esse immunis. Grauidis itaq; Medicamentum hoc, post diligentem Oris & manuum collutionem, pōdere Scrupuli vnius, securè & audacter sumere licet.* Olei vsus, *venis corporis Fœminei, quæ à pulmonibus ad vbera, Vasa seminaria, & Matricem descendunt, dicatur. Naturæ enim virtute ingenita, ad eadem ad quæ prioris speciei confert: sed effectus tanto est imbecillior, quanto calor & siccitas Chærephylli maris fortior. Partem quoque præterea virium; cum Diaphoretico aliquatenus habet communem, atq; cognatam: nisi quod ob vnctuositatē et spissitudinē, minꝰ penetrat: ideoq; vim suam & mitius & lentius, deprehenditur exercere. Præter facultates tamen commemoratas, ægritudinibꝰ quoque Fætus in Vtero materno (quæ præcipuè ex eo, cum Vterum gerenti Mēses erūpūt, cognoscūtur) illud medelā affert. Fætū enim egregiè confortat: si partim pōdere Drachmæ semis à muliere decubitura quotidie hauriatur, partim ventri inferiori circa Muliebria & vmbilicū inunctione adhibeatur.* Sal plātæ totius, *venis et arterijs, quæ à pulmonibus et Arteria trachea, parti corporis fœminei inferiori communicantur addicitur. Virtus huius cum Plantæ præscriptæ fere est eadem, verum in effectu similiter & remissior & tardior. Priuatim tamen quas possidet vires, hæ ferè hoc loco obseruandæ occurrunt. Frequenter de die linctum, vel ex vino haustum, Gonorrhæam sistit: Fœtum imbecillem & imperfectum confirmat: Tormina ventris inferioris sedat: atq; Abortus fieri prohibet. Pondere vero Drachmæ dimidiæ dum Luna ascendit in Latitudine meridionali (id est à puncto Capricorni versus Polū siue Verticem nostrum mouetur) quotidiè ex aqua Rosmarini quater si bibatur, Tristitiā & lachrymas Prægnantiū, atq; omnes animi Atra bile vexati Affectꝰ, efficacia singulari dissoluit.*

Nausea & Vomitiones Grauidarum vnde oriantur.

Fluxus mensiū in Grauidis, signum Fœtus ægrotantis.

SALIS VSVS intra corpus. Ad { Gonorr. Tormina vent. Abortus. Mel. Aff.

Vomitus an Grauidis sistendi?

OLEI VSVS intra corpus. Ad Fœtus ægritudines.

Luna Ascendēs quando dicatur?

MODVS DESTILLANDI.



QVANQVAM temperamentum quo Chærephylli genera ista tria (illud nimirum quod modo descripsimus, quod iam describimus, & quod mox descripturi sumus) prædita sunt, inter Plantas essentia crassa & tenui constantes, naturam quandā mediam obtineat, Qualitas tamen eius, potius terrestre aliquid quam aereum, siue (vt ita dicam) corporeum quam spiritale, id est magis Mercuriale quam Sulphureum resipit. Cum vero in eo Elemēta duo Sulphur scilicet & Mercurius essentiæ spiritali (illud quidem calido sicco, hoc vero frigido humido) aliquatenus assimilentur, atq; adeo Sal copia euincat, palmamq; obtineat, siue locum prædominij sibi vendicet: Quapropter Subtilitates Plantarum istarum (siue natura, simili præditarum) extracturi qui sunt, Ea in re ad imitationem Animalis illius voracis, & nunquam non insatiabilis, quod Quidā Latine Crocutam, Alij vero Gulonem, Græci κροκόττας*, Gentes Septētrionales (præcipue vero Nortuegæ) Ierff, Tartari Sclauice Rossomaka appellant, hocq; loco litera B, insignitum prostat, sese componant oportet. Illud enim, cum pastu cadaueris præter modum satiatum: ex cibo ingesto, facultatis concoctricis calore potenti, partem nutrimenti nobilissimam exsuxit, inter angustias Arborū siue rupiū (litera A notatarū) sese cōprimens, fæces virtute omni & essentia vtiliore spoliatas, tam per anteriora quam posteriora excludit: humore solummodo alimentario intra stomachum retento: vnde postea, absq; omni cibo alio, longo tempore vitam miraculosè sustentat, viresq; corporis integras seruat. Tali fere ratione Plantæ hæ tres, vbi tempore idoneo fuerint collectæ, integræ concisæ in Liquore aliquo conueniente (vase optime tecto) decoquuntur: vel in eodem (donec is partem nobilissimam, siue materiæ spiritalis essentiam, à corpore terrestri exsuxerit) macerantur. Quod vbi factum fuerit, quassatura & expressione qualicunq;, humor vim plantæ spiritalem sibi vnitam continens, ex fæcibus exigitur: & communi (sed tamen naturæ Plantæ accommodata) Destillationis via (vt vocant) Sublimatur: siue modis Separationum Chymicarum alijs rectificatur: & in Essentiæ cuiusdam spiritalis & animalis Formam (præcipue vero, Diaphoreticon, & Oleum, siue Sal) reductus, vsibus necessarijs reponitur.*

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI fœminæ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

VSVS Chærephylli & Subtilitatum eius extra corpus ad Ischuriam & Calculos.

PLANTA hæc, vt ante satis est dictum, vrinam potenter ducit. Sed longe efficacius, & potentius, Si herbæ, radicis, & seminis ex aqua Tartari Decoctum, circa vmbilicum, coxendices & Os sacrum (qua spinā dorsi excipit) Epithematis modo calens applicetur: Simul vero Sal cum Oleo & Diaphoretico mixtum, Vrinæ obstructione laboranti, tribus vicibus (inter singulas mora quadrantis horarij tantum interposita) exhibeatur. Sic enim vrina cum ipsis Calculis, alijsq; viscositatibus crassis, quæ vreteras occuparūt, exigitur: humoribus quidem obstructionem efficienbus

tibus atttenuatis, calculis vero resolutis & cum vrina extrusis. Oleum, *venenis cuiuscunq; generis, (si continuo ab illata noxa bibatur) medetur: omnesq; Vnitatis solutiones, & vulnera (maximè recentia) sanat.* Sal & Diaphoreticō, *venenis ijs præcipuè, quæ vel in cibis vel potu sumūtur, siue in cātationū ministerio corpori impressa, altius actis radicib⁹ in sāguine sūt inueterata, resistūt. Viscū siue mucilago glutinosa, ex herba, radice, & semine, (aqua pluuia exquisitè excoctis) in pāno laneo dū adhuc calet brachijs cruribusq; applicatum, dolores spasmicos partium harum (quem Affectum Germani quidā* das Lauffent Vorgicht, *Alij* das kalte gesucht, *Alij vero in Comitatu Tyrolensi & ad lacum Podamicū,* das Geschos *appellant) mitigat et lenit: Remedium sane quam consecrationes & coniurationes Sagarum, Veneficarum, Agyrtarum, et Exorcistarum (qui in locis dictis ex hoc morbo pecuniæ aucupia peculiaria captant) nō solum melius, verum etiā pietati Christianæ conformius, & viribus efficacius.*

OLEI VSVS ad venena & vulnera recentia.

SALIS ET Diaphoretici vsus, extra corpus ad Venena incātationum & fascinorum ministerio corpori impressa.

Mucilago viscida ex coctura plantæ huius ad dolores spasmicos & Arthriticos.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS MYRRHIDIS, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Quidam prisci sæculi Medici, plantam hanc inter species Cicutæ, alij inter Pastinacæ, Alij inter Staphylini numerarunt: eamq; calefaccre & siccare docuerunt ordine secundo. De virtutibus autem hoc traditum est: Eam ex vino potam, contra venena intra corpus hausta, auxilij plurimum præstare: quod à vero minimè videtur alienum. Decoctū herbæ radicis & seminis haustum ex Vino, ad mēses cohibitos, Colatum vero & coctura altera in Electuarium redactum, pondere drachmæ per diem bis deuoratum, contra Phthisin plurimum commendatur. Succus radicis cum Sacharo coctus, obstructiones omnes pulmonis soluere, inflationes discutere, anima deficientes reficere, spirandi difficultatibus, et deniq; Asthmati mederi perhibetur. Herba cum Sale aceto & Oleo communi, more olerum acetariorum vulgarium mane deuorata, His qui (Galeno de differentijs symptomatum & Celso lib. 3 cap. 22. Ἄτροφοι *nominati) cibum non sentiunt, & in victu abundanti corpore tamen deficiunt, maciéq; contabescunt, egregiè opifera habetur.*

VETERVM Medicorum doctrina de Myrrhidis qualitate & viribus intra corpus.

Ad { Venena. Men. ob. Phthisin. Obst. pul. Lypoth. Dyspnæ. Asthma. Atrophiā.

Ἄτροφοι Galeno & Celso qui.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS MYRRHIDIS, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Chærephyllon fœminam, odoratu in pestilentia aiunt salubrem. Succus radicis & herbæ, vlceribus venenatis opitulatur. Idem oculis instillatus, eorundem & ruborem profligat, & aciem reficit: Auribus immissus, vermes ibidem contentos necat: Calidus ventri applicatus, tormina sedat. Radix trita, & cum sapone cera & myrrha in Pessario vuluis iniecta, Matricem expurgare, familiari calore imbuere, & conceptui habilē reddere affirmant. Cuius Fœmina quædam Illustris, vsu ipso periculum fecit: & gratia Diuinæ benedictionis aspirante, efficaciam eius præsentissimam abunde est experta: Veruntamen Ea ventrem quoque inferiorem, per dies triginta ante conceptum, vesperi decubitura Oleo simul inunxit.

VSVS MYRrhidis extra corpus, iuxta doctrinam Medicorum prisci seculi.

Ad { Pestem, Vlce. ven. Ocu. rub. Ἀμβλ. Aur. ver. Mat. pur. Concept.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI Fœminæ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens, & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

SI PLANTÆ huius generis, Saturno & Ioue in Cancro coniunctis, vel (cum id raro contingat) Aspectu radiorum Sextili siue ἑξαγωνῳ *(ita vt Saturnus in Cancro, Iupiter in Virgine existat) sese contuentibus: Luna vero in Domo quarta cœli hærente (& præcipuè Signorum dictorū aliquo ascendente) effodiantur; hinc herbæ & radices cū ceruisia recenti eademq; proba decoquantur: ceruisia autem sub hac percolata, in vsum (cautione adhibita ne acescat) cado condatur: Tandemque per spacium illud semimēstruum quo Luna crescit, Cuculus primum exenteratus, post folijs & radicibus eiusdem Generis (sed recentibus) infarctus, & lardo maialino adipat⁹ moxq; assatus, diebus sin-*

VIS MAGIca Myrrhidis intra & extra corpus.

Myrrhis quomodo fodienda contra Phtisin.

♄ ♃ { coniun. vel ✱ sese aspi.

♋ ♍ { Ascend.

Diæta Phthisicorum Myrrhide curandorum.

gulis edatur, ceruiſia ante præparata in locum potus conſueti accerſita, Hæc inquam ſi præſtetur, Phthiſi & Vitijs pulmonum quibuscunq; laborantibus, leuationẽ præſentiſſimã inde afferri, experientiæ ipſius documentis conſtat. Veruntamen toto illo incrementi Lunaris tẽpore, nullus alius potus quam ceruiſia dicta, neque alia auium caro quam Cuculi, neq; præterea edulia vlla alia, quam panis & ptiſana recens cum iure carnium cocta (condimentis, præter Sal quantitate tamen conueniente vſurpandum, omnibus abdicatis) in vſũ eſt admittenda. SIN HÆ fodiãtur Venere in Scorpione commorante, & Herba radices, & ſemina earum aceto forti per dies triginta macerata deſtillentur: humor vero ſtillatitius, cũ floribus Violarũ, Endiuiæ, et Artemiſiæ (ſingulorũ

QVOMOdo fodienda ad Aſcenſionẽ matricis. ♀ in ♏

QVOMOdo fodienda ad Plethoram & pinguedinẽ minuendam. ☽ decreſ.

DVPLEX VNIVS PLANTÆ VIRTVS.

QVAM mirabilis virium natura, Plantis à Deo & Influentijs cœleſtibus in vtilitatẽ humani generis ſit impreſſa, vel Præſens (vt pote facultatibus duabus diuerſis ijsq; quodámodo inter ſe contrarijs conſtans) ſatis manifeſte prodit. Auxilio enim & miniſterio huius vnius (variatis ſolũmodo additamẽtis συνεργοις, ſiue vim eius excitantibus & adiuuantibus) tam corpus tabe deficiens, vt primus paragraphus docet inſtauratur, quam è diuerſo (de quo vltimus tradit) Πληθώρα ſiue humorum præter modum adauctorum abundantia, imminuitur: Argumento ſane haud leui omnipotentiæ diuinæ, efficaciæq; Influentiarum cœleſtium, & Documento ſimul veri vſus applicationis Auxiliorum, in laudem Dei & ſalutem Proximi nequaquam occultandorum. Cauſa autem effectuum tam diſsimilium (quantum coniectura ingenij mei illa ſimplici colligere poſſum) ſine dubio exiſtit, temperamenti naturalis in planta virtus quædam ſpecifica: quæ in nutritione corporis, vel exceſſum vel defectum committi nequaquam ſinit.

Vncijs ſeſquiduab°) probè coquatur, tandẽq; expreſſ° bibatur, Traditur hoc pacto Aſceſio (vt vulgo vocant) Matricis ſine mora fœliciter cõpeſci. SIN DENIQVE radices colligantur Luna decreſcente, earũq; Vncijs ſex cum Maſtiche et Tartaro albo in puluerẽ redacto (illius quidem vncia vna, huius vero duabus) commixtis, infundantur vini generoſi nec Sulphurati Tertiarij ſiue Mẽſuræ Franciciæ duæ, addita olei Vitrioli ſinceri et rectificati Vncia dimidia: Hocq; facto, hæc ipſa vaſe bene operculato per horas tres decoquatur, et poſt coctură percolata ſaccharo tẽperẽtur, quolibetq; diluculo vẽtre ieiuno põdere drachmæ ſumãtur (ſequẽte ieiunio ſiue abſtinentia horæ vnius) Plethorã et oneraſã corporis nimia pinguedine diſtẽti molem, ſine periculo & noxa minuunt.

Caput viceſimum Octauum.

DE CHÆREPHYLLO SOBOLE, QVOD QVIBVSDAM GINGIDIVM, ATQVE ALIAS CEREFOLIVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

NOMEN.

Etymologia vocabuli Cerefolium deducitur in hac ſpecie ex Hebraico Chucothaleth (vt ſit quaſi Κυρηφύλλιον) & tandem Latino Ceres & folium

Appellationes Cereris apud Græcos & Latinos. Μηλόφορος Κήρυθα.

כקיחתלת: Chucothaleth. Κηρυφύλλ.

Etymologia nominis Germanici Ermütterlein.

Ceres quaſi Geres. Δημήτηρ. q. γημήτηρ.

TERTIVM hoc atq; adeò vulgatiſſimum Chærephyllorum genus, appellationem Cerefolium latinis receptam, mea quidem opinione à Cerere Dea & filia (teſtimonio quoq; Ciceronis lib. 4. de Natura Deorum) Saturni & Opis (vt dicatur quaſi herba vel folium Cereris) accepiſſe videtur. Dea enim iſta Græci non ſolum μηλόφορος ſed etiam (nomine ex Hebraico Chukoth & Chukym deriuato) Κυρήθα appellata fuit. Quapropter ex Græco Κηρυφύλλιον, interpretatione ex Hebraico כקיחתלת Chukhothaleth (quod Pſeudo-Iudæi Samaritani huic plãtæ tribuerunt) deducto, Cerefoliũ exiſtiſſe facilè poteſt. Nec diſsimilem originem, Germanica quoq; Chærephylli huius nomenclatura reſipit. Etenim Dea illa, cum Latinis primo (vt vulgo notum eſt) à gerendis frugib°, pro Geres (mutatione primæ literæ) Ceres, poſtea vero Græcis Δημήτηρ quaſi γημήτηρ appellata fuiſſe perhibeatur, fieri itaq; poteſt, vt nomẽ Erdmütterlein ſiue (ſi rectè id efferre volumus) Erdmütterlein, quod adhuc pleriſq; Regionib° Germaniæ eſt in vſu, ſimili ferè ſorte qua Germanica alia (vt pote Erdtrauch / Erdfeigen &c) prima ortus ſui principia fuerit ſortitum. Alterum vero Germanicum Körbelen, quatenus huic Speciei reſpondet, an reuera à cornibus vel ἀπὸ τῶν κεράτων, ob ſemen tam forma oblonga quam colore nigricante cornua repræſentans, deſcendat: De eo (cum plus poſitum ſit momenti in cognitione nominis quam virtutum) per me hîc Cuilibet liberum eſt iudicare. Ac ſufficit ſcire, quo loco hæc Planta nobis habeatur, quoue nomine appelletur. Paracelſico ſcilicet Curbella, id eſt

SIGNATVRA GENERALIS.



IMAGVNCVLA præſenti, vt ante in Viro & poſtea quoque in Fœmina, ita quoq; nunc in Puero (ratione in planta latentis Sympathiæ & qualitatis amicæ) venas pulmonum fibraſq; & partes eorum deorſum ſpectantes ſignamus.

est Kriegsartzney siue Kriegsheil nucupata fuit. Quibusdã vero (ne Aliorũ quoq; cõmemorationẽ silentio prætereamus) Chærephyllion, & Chærophyllũ, Italis Cerefoglio, Gallis du Cerfeuil, Bohemis Trebule anebo Kerblik, Vandalis Soropenie, Anglis Cherbyl, et Hispanis quibusdam Trebel nominatur.

Parac. Curbella. Kriegsheil. Chærephyllon. Ital. Cerefoglio. Gall. du Cerfu. Boh. Trebu. &c.

FORMA CONSTELLATIO ET QVALITAS CHÆREPHYLLI SOBOLIS.



RADIX Chærephyllo huic vsu & notitia vulgato est candida, gracilis, vtplurimum diuaricata, atq; appendicibus siue fibris pluribus (natura quasi nullibi nõ prouida, cum radix alioqui sit imbecillis, harum ceu Retinaculorum in latera excursu circulari, caulem aliquando ad altitudinem cubiti vel vltra etiam surgentem, cum herba & floribus, ne is ventorum impetu prosternatur, firmare volente) in omnes partes, præcipuè vero circa ceruicem, terræ visceribus (descensu tamen non profundo) sese insinuans: præterq; hæc, odore nonnihil iucundo sed tamen non vtiq; memorabili, in sensus incurrens. Ex hac, vbi frigoris hyberni asperitates deuicerit, germinatione tempestiuiore (mense Februario scilicet) sub niue incumbente adhuc, cymula quædam purpurascens emergit: quæ veloci incremento aucta, luxuriosè sese diffundit: Ita vt ex herba, mense Martio Acetaria vsus pulmonibus admodum salubris, comparari facilè possint. Caulis ingenium radicis trahit (quippe qui nec longitudine, nec robore, nec crassitie excellat) & ima sui parte, quẽadmodũ pars foliolorũ, ad similitudinẽ Betæ eleganter purpurascit: intus cocauus est, atq; Adnata siue Ramulos ex se spargit, folijs quæ partim in viridi pallẽt, partim flauẽt, partim deniq; subrubẽt, & incisuris profundiusculis diuiduntur (verũ exilia sunt, facilè marcescũt, formaq; Petroselinum imitantur: ac odore iucundo quidem sed languido nares afficiunt) circa extremitates consertos. Flores, ex fastigio tam caulis primarij quã Adnatorum, conserto agmine conglobati erumpunt: ijdemq; circa Maij mensis medium, candidi, exiles, atq; Petroselini ferè æmuli (nisi quod illi foliola gerũt quintupla serie in calyculis suis digesta, & ceu compositione duorum ad effigiem cordis humani in summo crenata, hi foliolis constant tantũ quatuor, & forma effigiem quandam cruciformem repræsentantibus) erumpunt: cumq; corpore macro & tenero præditi sint, fit vt cito marcescentes euanescant. Loco itaq; eorum subnascuntur semina gustu subdulcia, sed inodora, oblonga, gracilia, mucronata, eademq; primum gemina singulis siliquis eleganter virentibus inclusa, post vero colore incipiente mutari, in diuersa discedentia: quanto enim color ex purpureo ad nigrum propius accedit, tanto magis granula ista à se inuicem (donec ineunte Iulio maturitatẽ integrè assecuta, singula singulis petiolis seorsim insistant) segregari conspiciuntur. PORRO, pro conditione sexus sui, Planta hæc præstanti sane & nobili temperamento prædita est. Sol enim radici Virtutis suæ inserit partes quatuor cũ quartis tribus, Mars duas cũ quartis totidẽ, Luna sesquiquinq;. Ideoq; quãtumuis in ea qualitas Solaris, proportione numeroq; partiũ præscriptis præpolleat, Facultatũ tamẽ siue virium robur, reliquis infirmius obtinet: atq; ita (cum Mars & Luna in subsidium accedant, ille quidẽ calido suo sicco, hæc humido frigido) corpori puerili, vsu & familiarissima & saluberrima atq; comodissima existit. Herba vegetari deprehenditur virtutis Solaris partibus tribus cum quartis itidem tribus, Martialis totidem, Lunaris sesquiquinq;. Facultatibus itaq; (quod tamen raro vsu venit) hæc radici ferè æquatur: nisi quod calor radicis auxilio Solis paulo est intensior, vicissim vero illius siccitas ob Sal à Marte paruo momento copiosius sibi collatum fortior. Medium inter has partes locum occupat semen. Soli enim acceptas refert partes sesquiquinq;, Marti quatuor, & Lunæ mutuas tradenti operas tres cum dimidia. Plantam

Caulis.

Flores.

Semina.

FORMA. Radix.

QVALITAS Radix habet.
☉ $4\frac{3}{4}$ }
♂ $2\frac{3}{4}$ } part.
☽ $4\frac{1}{2}$ }

Herba Πρωϊ-βλαστος est siue præpropere germinat.

Herba.
☉ $3\frac{3}{4}$ }
♂ $3\frac{3}{4}$ } part.
☽ $4\frac{1}{2}$ }

Semen.
☉ $4\frac{1}{2}$ }
♂ 4 } par.
☽ $3\frac{1}{2}$ }

Temperament.
Sulp. 4½ }
Sal. 4 } par.
Mer. 3½ }

Natura discutiens, expellens, sanans.

PRODVCTa Pharmaceutica, Diaphoreticon, Oleum & Sal.

CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda?
M. Octobri.
☉ } in { ♏
☽ } in { ♍
♂ } in { ♋

Herba quando colligenda.
Maio. M.
☉ } in { ♊
♂ } in { ♋
☽ } in { ♍

M. Octobr.
☉ } in { ♏
♂ } in { ♋
☽ } in { ♍

Semen quando carp.
☉ } in { ♌
♂ } in { ♋
☽ } in { ♉

itaq; hanc, concretā & compositam apparet, è Sulphuris partibus sesquiquinq; Salis quatuor, Mercurij tribus cum dimidia: Eandemq; & huius temperamenti sui potestate, & priuata viriū ingenitarum natura (coitu mutuo coalescentibus) discutere, expellere & sanare. ARS CHEMISTICA *Medicinas inde acquirit, & forma & viribus cum Priorum easdem: Diaphoreticon nimirum, Oleum, & Sal subtilium partium, atq; acre & attenuans.* HERBA *fertilitate penè perenni germinat (nam eam sæpe etiam sub niue eleganter virentem inueni) & mense Martio sata, Maio vsui apta euadit: Sin vero maturius desideretur carpi, seritur mense Augusto siue Septembri; tum enim sata enascitur, & per hyemem durat. Quanquam autem magnam foliolorum partem sæuitia frigoris hyemalis absumat, radix tamen perpetuo vsibus necessarijs aliquid reseruat: & niuibus tandē mēse Aprili euanescētib⁹, recenti germinum purpurascentium herba, in conspectum hominum redit. Radicem itaq; hanc, si ea mense Augusto sata fuerit, nouellam, neq; dum Herba copiosius syluescentem (mense nimirum Octobri, Sole in Scorpione & Domo secunda, Luna vero in Virgine & Domo prima, Marte deniq; in Cācro et Domo decima existente) fodisse conuenit: atq; Subtilitates, priusquam hæc humiditate dissipata flaccescat, inde aggregasse. Herba, si sata sit mēse Martio, omnium comodissimè metitur, sub exitum mensis Maij, Sole in Geminis, Marte in Cancro, & Luna in Virgine versante. Sin sata sit mense Iunio, oportunior ei est messis, circa finē mēsis Octobris, Sole nimirū in Scorpione, Marte in Virgine, & Luna in Cancro versante. Semen carpitur in vltima Decade mensis Iulij, Sole in Leone, Marte in Cancro vel Virgine, & Luna in Oppositione constituta, siue lumine crescente. Ex quo παρέργως hoc etiam discere licet: In collectione Plantarum, ætatem & tempus satus, simul esse respiciendum.*

ELECTVARIVM.

FLORVM dum humore & viribus adhuc vigent (cum ob teneritatem corporis sui marcore facile contabescant) pediculis herba & capitulis dimissis collectorum Vnciæ quatuor, cum Sachari vncijs decem, vt in præparatione Sacchari rosati consueuit fieri, contusione in mortario lapideo, ad formam Electuarij rediguntur. Quod Calculosis (quantitate drachmæ quotidie si sumatur) plurimum prodest.

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI SOBOLIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

DIAPHOREtici Qualitas, Natura, & vsus intra corpus sumpti.

Ad { Catharros, Tussim, Pleuritid., Peripleu., Dispnæ., Cachexi. }

Ratio, quomodo vsus Diaphoretici Respirationem pleniorē præstet.

Diaphoreticon *Chærephylli Sobolis, ob qualitatem optimè temperatam, lenitate in exercendis viribus iucunda, ideoq; homini amicissima, inter reliqua præstat: & præterea ad omnes, qui in Mare et Fæmina commemorati sunt, Affectus (quanquā sensu efficaciæ tenuiore, minusq; forti aut euidente) cōducit. Quapropter quemadmodum Diaphoretica Generum duorum priorum, Maris scilicet & Fæminæ: Ita hoc, venis pulmonum corporis Puerilis inferioribus, & (quæ in his reconduntur laticis instar) Humorū phlegmaticorū atq; aquosorum superfluitatib⁹, proprium dicatur. Præter virtutes autē, quas cum reliquis habet cōmunes, priuatim Pueris tenerioribus & multis Fluxionibus obnoxijs (si his à primis Cunabulis, quolibet Plenilunio per dies tres, singula vice numero guttarū noue ex lacte exhibeatur) aduersus Catharros omnis generis, & Symptomata inde proficiscentia pleraq; alia, præcipue vero contra Tussim, Apostemata laterum & pulmonum, προφυλακτικον admodum salubre præstat: atq; Respirationem ad hæc liberam integramq; (cum arterias pulmonum non solum expurget, sed etiam dilatet) affert: Etenim cum cor inde viribus auctum, iam & fortius moueatur & aerem copiosius emittat, fit vt meatus molles adhuc nec annis indurati, dum ad proportionem spiritus assidue extenduntur, deniq; laxiores & ampliores euadant. Abundantiā quoque humorum siue καχεξίαν hoc ipsū corrigit: et sāguinis aquosi generationem in eodem corpore puerili prohibet: si per mensem bis, nimirum quoties Luna quadrantem circuli à Sole distat, tempore matutino pondere*

LACERTÆ LVSITANICÆ.



LVSITANIA genus quoddam Animalculorum, quæ Incolis vt & Latinis sunt Lacertæ, Hebræis חמט Chometh, Græcis Σαῦραι, Germanis Eydechsen, Gallis ad Rhodanū circa Lugdunū & Auinionē (vbi viridia et agmine numeroso visūtur) Laisarde, copiose producit. Hæ magnitudinē Lacertarū vulgarium excedunt, & circa fruteta & palustria vtplurimum degunt: virore vero Narbonenses quidem imitantur, sed quoq; ijsdem grandiores existunt: Ita tamen, vt quamuis magnitudine Martas æquent, formam Crocodili terrestris siue Lacertæ, nihilominus præ se ferāt. Eorum itaq;, licet veneno careant, iracundia tamen est vsq; adeo peruicax: Vt partem, quam impetu facto dentibus mordicus arripuerint, antequam ea tota sit perfracta, & os cruore largo spumescat, non dimittant: atq; nec ipsa cæde sua (nisi pane recenti calido naribus adhibito, tum enim morsum remittunt) auelli sese patiantur. Ad vulnera vero eiusmodi sananda, nihil salubrius adhibetur, quā succus Cerefolij istius (quod in Lusitania copiosissimè & vberrimè prouenit) in penicillis siue linamentis plagæ immissus, vel simpliciter instillatus. Diaphoreticon autem & Oleum inde conficere mihi isthic locorum versanti datum non fuit: Veruntamē vsus eorum, quoq; in hoc casu, non infrugiferus videtur futurus.

pondere drachmæ semis, in iusculo (vel ex Auena decorticata, vel carne bubula, siue ouis confecto) sorbendum exhibeatur. Oleum plantæ huius, non tam (quod in venis corporis puerilis inferioribus continetur) phlegmati flatuoso, quam humori sanguineo, sufficienti & perfecta coctione elaborato, consecratur. Præter virtutes autem, quæ ei cum Oleis reliquarum Specierum sunt eædem, etiã expurgat: atq; (si frequenter & liberalius sumatur) Ligamẽta et fibras exangues plurimum reficit, ac instaurat. Cum aqua propria exhibitum, Pueris Pleumonicis, Hepaticis, et Splẽeticis succurrit. Solum frequentius sumptũ, quietem difficulter capientibus & Insomnijs vexatis, somnum facilem naturæq; accommodatum conciliat. Sal, ijsdem quibus Diaphoreticon & Oleum Affectibus opitulatur. Quia tamen ratione temperamenti sui & qualitatum, id languidius præstat, Ideo Flatuositatibus, quæ sanguini atq; humoribus alijs, in venis corporis puerilis inferioribus immiscentur, deputatur. Ventos enim, flatus, & vapores, ex venis & intestinis exigit, calculosq; rumpit & expellit: idq; operatione virium leni & miti, sed tamen excellenter penetrante: Ob quam causam, vsus eius corporibus teneris non solum est innoxius, verum etiam valde salubris. In Ligula deniq; Aquæ Cardui benedicti stillatitiæ propinatũ, Lumbricos teretes alui profligat, & Tormina circa vmbilicum sedat.

OLEVM. Vsus Olei intra corpus.
Ad { Ligam. et ner. debil. Pleumo. Hepatic. Spleneti. Insomnes }

SAL. Vsus Salis intra corpus.
Ad { Purg. flat. Calculos. Tæni. alu. Tor. vent. }

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI Sobolis, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Folijs Plantæ huius purpurascentibus, peculiaris inest, ad Duritiem epatis & lienis efficacia: Si tempore matutino collecta, & dehinc cum Pisis virentibus siue Sero cocta, ad Vitium quidem epatis lateri dextro (siue circa pectus) ad splenis vero lateri sinistro, modo Epithematis per horas duodecim applicentur. Herba virens contusa, impositu Tumores & Apostemata soluit: si tamen loco affecto, simul inunctio Olei supra descripti accedat. Oleũ, ictus & noxas alias, aspersione virulenta à Phalangijs & Formicis illatas curat. Et Herba atq; radix (si contrita his solummodo imponantur) suppurationes fieri vetant. Succus herbæ & radicis, nec non Aquam stillatitiã, Oleum item & Diaphoreticon (præsertim si Sal in his fuerit resolutũ) Vlceribus putridis, collutione audacter adhibere licet. Sal ex Oleo auribus instillatum, vermes earũ interficit. Aqua stillatitia oculis si colluatur, visui languenti prodest.

VSVS CEREfolij et Subtilitatum eius extra corpus.
Ad { Scir. Epatis, et Lie. Tumores Apostе. Ictus, pla. venenat. Vlce. put. Calig. vis. Aure. ver. }

ἘΝΕΡΓΕΊΑ. EFFICACIA, ATQVE VSVS CEREFOLII, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Medici quidam antiquiores tradiderunt: Plantam hãc calefacere ordine tertio. Alij vero ex Recentioribus, eam caliditate ad secundum gradum accedere, & æqualem virium in siccando & humectando temperiem obtinere docuerunt. Cuius Dicti (vt ego quidem Chymico more id accipio) hæc forte sententia fuerit. In planta hac, qualitatem neq; siccam neque humidam dominari: ideoq; ei (quippe cui ex ipsorum doctrina, elementa quemadmodũ & qualitates quatuor inesse oporteat) frigiditatẽ tertij ordinis tribuendam videri. Quod fieri nullo modo potest. Quod enim ex concursu quatuor principum qualitatum confluxit, sicci & humidi (vtpote qualitatum contrariarum) dominium æquale sustinere nequit. Etenim si id temperamento humido præditum est, Humiditas tantum solummodo sese exerit, quantum Siccitas opposita deficit: Sin vero sicco, Siccitas vires suas non magis libere exercet, quam quantum ei Humiditas robore inferior cedit. Quod si itaq; in hac Planta siccum & humidum portionibus æquatis concurrant, neutra harum qualitatum (cum mutua confusione debilitentur) prædominabitur: atq; ita quarta qualitatum (de calore iam est dictum) frigiditas scilicet, necessario superior euadet. Sic in eadem nec caliditas primi ordinis, & frigiditas tertij consistere potest. Vnus enim frigoris gradus, vni caloris sese diluens, qualitatem ambiguam efficit: huic vero residui duo si iungantur, oppresso calore, frigiditas palmam & Denominationem obtinet. Minus autem obscuritatis & erroris admittetur, si calida ordine primo, sicca in secundo, frigida in tertio, & humida in quarto statuatur. Quoniam ergo Isaacus prisci sæculi Medicus, libro de Diætis particularibus, dum Apij mentionem facit, Plantæ huic caliditatem quam reuera habet maiorem, tertij scilicet

MEDICOrum superiorum seculorum doctrina de Cerefolio.

Examen & Δοκιμασία sententiæ antiquorum de Qualitate atq; temperamento Cerefolij.

Qualitates duæ contrariæ non possunt simul cominere in vno subiecto.

Sententia Thurneisseri Veteri more prolata.

Duæ contrariæ qualitates possunt simul esse: sed in gradibus inæqualibus (Ita vt fortior prædominetur) & proportione Geometrica.

CAVSA TRIpartitæ diuisionis Qualitatum, a Thurneissero constituta.

Sententia Thurneisseri de huius qualitate, Paracelsico more explicata.

gradus tribuit. Ea itaq; causa (quemadmodum altera quoq;) nos in hoc consiliũ impulit, vt qualitates Partis nostræ (quod ea res minus incomodi habere videretur) sectione quadripartita omissa, trifariàm diuideremus. Planta igitur præsens, nostro more primam sententiam si proferamus, Constat Sulphuris partib⁹ quatuor (id est caliditate ordinis primi) Salis itidẽ quatuor (id est siccitate ordinis secundi) Merc. deniq; totidẽ, id est frigiditate et humiditate ordinis tertij: Id q; ex nostris rationib⁹ facilimũ est probatu. Mercurius enim qualitatem poßidet frigidam & humidam, Sal siccam & calidam, Sulphur calidam & siccam. Sed in nulla harum qualitatum συζυγίᾳ, simul dominantur vel siccum et humidum, vel calidũ & frigidũ. Quod quidẽ à me, de συζυγίᾳ qualitatum in tẽperamẽtis Coniugatis & simplicibus (non de temperamento γενικῶς intellecto, & vt alias nemo non nouit, in omnibus rebus perfectè mixtis, harmonia siue concentus quidam quatuor principum qualitatum ex omnium elementorum permistione esse definito) commemoratur. At sententiam Isaaci more nostro si explicemus, constabit sane planta dicta Sulphuris partibus nouem, Salis sesquiduabus, & totidem Mercurij. Quod fieri nequaquam poteſt. Atq; hæc iam tertium, idq; modo variato (vt nostra qualitatum diuisio in sequentibus octo, Legentib⁹ magis fit aperta) in hoc libro visum est monendum. Sed vt quod cepimus nostra pertexat oratio, Decoctum Plantæ huius ex vino potum, dolores coxendicum mitigare perhibetur: idq; (sed respectu causæ cuiusdã occultæ et singularis) haud falsò. Quando enim Calculus renum solutus, per meatus vrinarios erumpit, dolores excitat: qui non solum in coxendices, sed & Intestinum rectum redundant: eo effectu, vt Æger aluũ solui putans, ad desessum (sed frustra, cum calculi egressus, talem quendam sensum efficiat) sese componat. In hoc itaq; casu, Decoctum herbæ & radicis potum, successu præsentaneo calculos in vesicam propellit: quo facto, in momento dolor lumborum & coxendicum cessat: hincq; in οὐρήθραν propagatus tam diu durat, donec calculi ex vesica progreßu vrinæ per Virgam penitus fuerint eiecti. Qua ratione etiam hoc à Veteribus verè additum est: hoc Auxilio vrinam placidè & leniter educi. Porrò, Succus & Aqua stillatitia pota, sanguinẽ concretũ dissoluunt: si tamen & corporis superficiei externæ, in pannis simul applicentur. Aqua cum herba huius cocta, potu menses prouocat: flatus excitat, ventris inferioris dolores profligat, atq; Vitia pulmonum sanat. Semen cum Saxifraga decoctum, siue etiam vino maceratum, à cane rabioso morsis subuenit: si simul & bibatur, & plagæ collutione adhibeatur: calculosq; renum expellit. Aqua stillatitia, ex alto lapsis exhibita, sanguinem concretum dissoluit: & interius diuulsa siue fracta consolidat & purgat. Eadem (sicut & herba ipsa, cum aceto & Oleo oliuarum acetarij modo deuorata) pulmonibus, cordi, & stomacho plurimum confert, cerebrumq; & sensus roborat. Succus ex herba & radice, cum aceto tempore matutino sumptus, Lumbricos alui teretes interficere perhibetur.

Sermo hic fit de intẽperaturis Cõiugatis & simplicibus, siue de Temperamento ad iustitiam non ad Pondus.

Sententia veterũ in Examine Paracelsico deprehenditur falsa.

Ad: Ischiam. Calculos, Ischuriam, San. con. Men. sup. Torm. ve. Pul. vitia. Mors. ca. rabid. Rupta, Fracta, Cere. deb. Tæn. ven.

Quomodo accipiendum quod dicitur Cerefolium Ischiæ mederi.

Hypotyposis Calculi egredientis.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI

Sobolis, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS CEREfolij extra corpus ex doctrina Veterum.

Ad: Ver. capi. Fistulas, Carcino. Fracturas Pleuritida Spasmum Anorexi. Apepsiã.

Herbæ, vel (vt Quidam malunt) radicis Decoctum, cum aceto, lixiuio in capitis collutione admixtum, Vermiculos capillares profligat. Puluis herbæ & radicis aridæ, cum melle Fistulis & Vlceribus cancrosis salubriter applicatur: fractisq; præterea illigatura adhibitus, plurimum auxilij præstat. Aqua stillatitia, partim modo Epithematis pectori et lateribus applicata, partim pota, Pleuriticos iuuat. Herba cũ Oleo communi frequenter comesta (accedente collutione membrorũ ex Aqua stillatitia) certo experimento deprehensa est, dolores conuulsiuos Partium pacare, appetitũ prostratum reducere, & Concoctionem ventriculi instaurare.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI

Sobolis, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

IOHANNES NOSTERDAMVS Fossione vim Magicam & cœlestem huic plantæ acquirere docuit.


D. IOHANNES NOSTERDAMVS, celebris famæ Mathematicus, cum anno 1535, ex Germania inferiore per regionem Tungrorum Parisium proficisceretur, præsente Petro Pictauio, Equite Militiæ Auratæ Generosißimo, & Medico simul multiplici rerum vsu insigni, Hanc herbam & radicem (quod longo tempore post, maiorem oppurtunitatem ad eam rem vix occursuram indica-

iudicaret) die mẽsis Octo. vicesima secũda Samarobrigæ effodit; inq; eadẽ, cũ cælũ quẽ Figura apposita exhibet, positum siderum tũ habuisset, multum virium salubrium vsu obseruauit. Puluis itaq; radicis, cum portione Sacchari Candi, pondere drachmarum triũ, in puncto Pleniluny ex vino albo haustus, omnes ægritudines atq; vlcerationes renum et vesicæ sanat: calculosque insuper in partibus vtrisq; generatos, mirificè ducit. Caulis & radix dum virent, in partes concisa, in aceto vinaceo albo, vsq; ad consumptionem partis maximæ decoquũtur: hinc Saccharum inijcitur, et coctio (donec idipsum cum aceto probè coalescens, à segmentis caulis & radicis imbibatur) vrgetur. His peractis, decocta refrigescere sinuntur, tandemq; in vsum reponuntur. Quæ Confectio per annũ assiduè si sumatur, Asthmaticis, Suspiriosis, Tussientib⁹ et Pleumonicis, leuationẽ certissimã præstat. Vinum, in quo radix per horas sex macerata fuerit, Luna crescẽte potũ, in purgando sanguine medicamentis omnibus alijs præstare perhibetur: Quod puer adhuc, Iohannem Huberinum Medicum non indoctum, Georgio Comiti VVirtenbergensi referentem audiui: & ab eo tempore, certis efficaciæ documentis sæpe verum didici. Radix tẽpore dicto fossa, tribus ante Pleniluniũ diebus, per mediũ si findatur: et pars altera vino nõ Sulphurato, altera oleo oliuarũ per dies tres, vsq; ad decrementũ siue ἀπόκρουσιν Lunæ maceretur: post in puncto Pleniluny, Ictericis simul et Oleũ illud circa epar diligẽter illinatur, et vinum de radice bibatur, suffusio bilis cessat.

Ad { Nephriti. Vesi. ægr. Calculo., Asthma, Tussim. Pleumo. Pur. sang. Ictericiam }

CONSTELLATIO RADICIS.

FIGVRÆ huius cælestis describendæ copiam mihi fecit Pictauius Barsolonæ: simulq; retulit. Chærephyllon in India, maiore quam in Europa amplitudine prouenire, atq; apud Bracmanas (Genus quoddam hominum regionis illius) magni fieri, & in cibis frequentem vsurpari.



CAVTELA.

Plantæ huius semen nequaquam serendũ est Luna decrescente, neq; etiã radix fodiẽda, siue herba aut semẽ colligẽdum, Marte in Aquario, siue Luna in Ariete & Domo octaua, siue Mansione vicesima septima, vicesima octaua, aut prima existẽte. Quod si vero per imprudentiã, tali tẽpore collectio fuerit suscepta, ab vsu Plãtæ eiusmodi õnino cauere oportet.

QVI POSItus vitãdi in collectione Plantæ huius. ♂ in ♒ ☽ in ♈, D. 8. & Man. 37. 28.

Caput vigesimum nonum.

DE CERVARIA MARE, QVÆ ALIAS SARDINICA ET RVBRA, ALIIS NIGRA COGNOMINATVR, ALIAS VERO CAVSIMON, ET THYMOLEON APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

QVÆ propriè appellationis Ceruariæ sit origo, nihil equidem quod certi aliquid arguat, in medium afferri potest: Nisi forte ea ab hirsutie capillari, qua ceruix radicis, et & caulis quoq; ex parte in ambitu pubescit, fuerit trãslata. Etenim hyluosa illa capillamẽtorũ coma, nõ solũ colore, verũ etiã habitu et forma, ad similitudinem caudæ ceruinæ tam prope accedit, vt vulgo nascentium vix quicquam aliud. Non itaq; præter rem fieret, si quis nomen Ceruaria, forte ex latino Ceruus & Græco οὐρα, compositione mutua coaluisse suspicetur: præsertim cum iam multis sæculis ante, plantam quandam in lingua Phœnicia nomine tali celebratam, Iudaicaque similiter עביזנב Tsibizanab (quod Græcis est Ελαφουρις id est Hirschenstertz) appellatam fuisse, certis Authorib⁹ constet. Ne autem & Aliorũ sententias silentio prætereamus: fuere, qui speciem Ceruariæ præsentem, pro Elaphobosco (à Dioscor. libro 3. ca. 50. & Plinio lib. 12. ca. 22. descripto) alteram pro Pabulo Ceruí siue Hirtzenfutter (nulla nominum differentia) venditare auderent: sicut nec defuere, qui arrogantia quam Hippiæ illius polyhistoris non minore,

NOMEN. Appellationis Ceruariæ origo ambigua & incerta.

Coniectura prima de Etymologia exhabitu radicis.

Ceruaria nomen cõpositum forte ex Latino ceruus & Græco οὐρα id est cauda.

Veteribus quoque talis Planta fuit.

Similitudinis cōueniētia videtur arguere, Ceruariam fuisse Tsibizanab apud veteres.

CONIECTVRA Altera de origine nominis Ceruaria, à Vermiculis radicis, qui cum iij, q̄ι Κεράσαι dicunt, cognationis quid habent.

Κεράσαι apud Theophrast. & Plinium.

Garleb. } Vrb. Garcio. } Mar.

Ceruaria quomodo apud varios populos appelletur. Marc. Schwartz hirschwurtz. Vand. Iehlenou.

Ceruaria vbi videatur descrībi apud Plinium. Pli. lib. 8. ca. 32.

OBSERVATIO Thurneisseri qua statuit, Ceruariam esse eam Plantam qua Plinius Ceruas purgari tradit.

PATRIA. Marchia. Sardinia. Samothracia, Polonia, Germania, Lithuania.

Gratiolam cum hac eandem facere non dubitarët. Porro, ob hirsutiem illám capillarem, Planta hæc nostra forte veterū Tsibizanab fuerit dicēda: quanquam descriptio Authorum, formam atq; habitum illius, quam virtutes minus luculenter aut disertè proponat. Sed insinuat se hic & alia præterea, de origine appellationis dictæ coniectura. Nimirum. An ea à vermiculis in radice latitātib⁹, et nomine Κεράσης à Theophrasto lib. 5. de causis plantarum, nec non ex huius doctrina à Plinio li. 16. cap. 41. descriptis, sit deducēda. Etsi enim (quod fortaße quis obiecerit) Theophrastus loco dicto, Vermes illos Ficis arboribus proprios faciat: dubium tamen non est, alios quoq; similes, sub hoc genere contineri. Qua tamen in re, suū cuiq; iudicium relinquimus illæsum: nec authoritati Scriptorum alienorum, quicquam cupimus detractum. Hoc autem certum est, Plantas huius generis omnes tres, locis solitarijs, & à ceruis ferisq; similibus aßiduè frequentatis, gaudere. Nec dubitarim, hanc præsentē pro ea ipsa, qua Plinius lib. 8. cap. 32. Ceruas ante partū purgari cōmemorat, habere. Nam toto illo septēnio, quo hactenus Medicū ordinariū Illustrißimi Principis ac Domini D. Iohannis Georgij, Sacri Romani Imperij Electoris & Marchionis Brādeburgēsis, ago: in omnib⁹ syluis saltibusq; (attenta

SIGNATVRA GENERALIS.



FIGVRA apposita, vt magis aperta sit doctrina nostra sententia, Signaturam omnium venarum (& cum his fibrarum affinium) quæ à corde in inferiora corporis virilis membra descendunt, repræsentamus.

MASZLACH.

HERBA hæc, in Syria inter Desertum Diblin, & vrbem Dan, ad radices montis Libani Masz appellatur: atq; isthic loci ab Incolis quibusdam Traconitidis regionis, tempore ad eam rem accurate captato, latēter admodū colligitur: principioq; ex ea succus, postea gummi paratur: quod Maszlach dicitur, & apud Turcas vndiquaq; locorum in precio maximo habetur. Hi enim quoties prælio confligturi vel oppugnationē aggreßuri cū sunt, ad accendendos fortitudine animos, frequenter & largé eo vtuntur. Etenim in Aqua mulsa resolutum si sumatur, efficacia præsentanea, spiritus animosos concitat: atq; non solum cupiditatem ardentem exacuit, verum etiam stomachum cor et cerebrum viribus recentibus armat. Sed tamē sumentem, eius vsui à prima pueritia aßuetum oportet: nam inaßuetos, non secus atq; Opium & Deleteria similia, incōmodis grauißimis afficit. Quæ cum ita sint, Existimo nomen Ἀγαθὸς δαίμων id est Genius beneuolus (origine tenus Sectatoribus quibusdam Philosophiæ Theophrasticæ incognitum) non sine præmeditatione Erudita, a Paracelso Plantæ huic fuisse accommodatum: & id quidem per ἀντίφρασιν, quasi minime humanus aut beneuolus: Eadem nimirum ratione, qua effrani ira temere furentes, εἰρωνικῶς lingua Germanica familiari, Stultos egregie sapientes (cum tamen omnium minime sui compotes sint, auriga quippe Ratione excußo) appellare solemus. Vt ergo naturæ rei attenta inuestigatione inhæreamus, non dubitamus appellatione Ἀγαθὸς δαίμων, animū fortem siue Fortitudinem bellicam significari: & alteram Thymoleon, quam alij huic ipsi plantæ tribuerunt, ab eadem origine descendiße. Cæterum in Macedonia, similis quædam planta reperitur: ex qua (quanquam mihi eius rei testem non oculatum, sed auritum solūmodo esse fuerit conceßum) quoq; gummi Maszlach paratur, sed bonitate & efficacia, minus quam Syriacum commendatum: Herba ipsi quidem forma Apij tribuitur. De vocabulo autem Turcico mihi omnino videtur: illud vel ab Hebraico מרזיקן Marzykab, siue Chaldaico מריא Mariah (quod hæc duo ad sensum appellationis illius, siue εἰρωνικῶς intelligantur siue serio, non inepte alludant) deriuari.

obseruatione vsus) plerunq; sub prima mensis Aprilis exordia, non solū herbā, quæ primo germinū partu emerserat, verum etiam (si ipsi per frigoris hyberni asperitates, altius aut copiosius egredi non licuißet) ipsas radices demorsas inueni. Immo in syluis Garlebiæ & Garcio (quarum vrbium prior regioni Brunsuicensi, altera Pomeraniæ cōtermina est) imminentibus, vbi feræ Principis seuero interdicto lædi prohibitæ, tā cicures euasere, vt hominum acceßum etiam maximè propinquū non horreāt, Ibi inquam corā et ἐπαυτοφώρῳ (quod aiunt) Ceruas non solum herbam hanc arrodētes, verum ipsas etiam radices eruentes spectaui: et tam prope ad easdē acceßi, vt cedentibus frustula commansa ex ore exciderent. Cæterum ad reliquas Plantæ huius appellationes quod attinet, dicitur ea Marchitis vocabulo Vernaculo Schwartze hirschwurtz/ Vadalis (quorū lingua & vetusta admodū est & latè diffusa) Iehlehnouuij: Ob vires vero facultatū suarū, recti⁹ Hertzwurtz quā Hirßwurtz diceretur. Natalibus eius copiosis excellunt, Marchia circa Hirschbergā, in vtraq; Peninsula Domui venatoriæ recens extructæ vicina, et post hāc Sardinia et Samothracia. Nec minori vbertate copiaue, Eadē ingētes Germaniæ, Poloniæ, et Lituaniæ syluarū solitudines (cū hæ tres Regiones feris abūdēt) producūt.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS CERVARIÆ MARIS.

RADIX.

Caulis.

RADIX qua planta hæc nititur, longiuscula est, foris nigricat, intus in candido flauet, et quēadmodum Masticha trita odorem fortem admodum spirat: præterq; hæc è uertice suo primo cespitem quēdam oblongum, qui foliolis capillacis nec nō colore & habitu caudam Ceruinam (vt ante dictum) omnino refert, atq; caulem è medio sui quasi ex penicillo egredientem vndiquaq; ambit, profert. Caulis quemadmodum Leuistici pluribus geniculis nodatur (verum eodem gracilior, humilior & fragilior existit) intus concauus est, & multis Adnatis, sigillatim ex folliculis siliquaceis & tenuibus, quales



SIDERA POSITV VARIATO efficaciam quoq; suam in hac inferiora variare.

OBSERVATIONES & Electiones temporum, quæ in historia cum Plantæ huius tum præcedentium & sequentium quoq;, a nobis statuuntur, Lector φιλομαθὴς atq; artium vtilium amans, sobriè & dextre diiudicabit: omnemq; ab his superstitionis & profanitatis calumniam, quantum in ipso est, abstinebit. Nam Stellæ tam errantes quam fixæ, positu suo vario, subinde quid qualitatis & efficaciæ peculiaris, rebus in hoc Orbe elementari nascentibus, inducunt. Atq; ita (si tempus positus opportunum captetur) plãtæ non solũ calorẽ intensum, situs qualitate frigida minuere: verum etiam cum humiditatẽ superfluã tum siccitatem immoderatam aliquatenus mitigare: Adeoq; naturam ipsius integram immutare queunt. Exempli gratia. Saturnus in Oriente constitutus, frigiditate & humiditate nascentia imbuit. In Occidente vero siccitate & calore. At, priuatim frigiditatem & humiditatem potenter impertit, in Capricono, Aquario & Piscibus: idq; longè fortius, si Sol tum temporis in gradu Signorum dictorũ sexto, duodecimo, vel vicesimo quarto versetur: Sed omnium potentissimè, si simul Luna in Mansione septima, vicesima, vel vicesima secunda decurrat: Quanquam Mansio vicesima prima, ob qualitatem temperatam omnia mitiget: quæ vis tanto sentitur infirmius, quanto magis plantis ab efficacia eius cauetur. Sic caliditatem & humiditatem idẽ Planeta auget, si in Signo calido & sicco existat: intensius vero si Solis in talibus Signis (Cãcro nimirum, Leone & Virgine) cursus coincidat: at intensissimè, si Luna in Mansione nona, decima octaua, & vicesima quinta aspiret. E diuerso autem, qualitates illæ omnes ad mediocritatem restringuntur, si Lunã in Mansione vicesima tertia (quod ea tẽperata sit, & omnibus rebus ex æquo addicta) cursum peragere contingat. Atq; idem de Planetis & Signis reliquis omnibus, posituq; eorundem est sentiendum.

les ferè in Angelica visuntur (nisi quod minus turgent) circa genicula emergentibus, diffunditur. Folia, quæ bina binis sibi inuicem (veluti Apij aut Petroselini propemodum) in pediculis suis opposita Adnascẽtiæ sustinẽt, læuia sunt, crassa, subrotunda, & crenulis exilibus in ambitu quadamtenus diuisa (vel potius laciniata) odorata, partimq; vt folia quercina tenera adhuc subflaua, cætera vero folijs Calamenthæ aquaticæ non dissimilia. Semen quod floribus, venusto candore, habituq; omnibus numeris probato nitentibus succedit, agminatim summos caulis primarij pediculos occupat: formamq; in lato angulosam, ad imitationem seminum Angelicæ obtinet: ac tandem, mense Septẽbre odorem fortem, sed gustum acriorem acquirit. RADICI vi influxus sui, Sol confert partes septem cum vna quarta. Mars duas cũ quarta itidem vna, Luna sesquitres. Herba è Sole obtinet partes sex, è Marte duas cum quartis tribus, è Luna tres cum quarta vna. Semẽ secundum à radice bonitatis locum tenet: & Soli acceptas refert partes quinq; cum vna quarta, Marti quatuor cum quarta itidem vna, Lunæ vero duas cum dimidia. Temperamentum itaq; plantæ huius, coaluisse liquet: ex Sulphuris omniũ præstãtissimi & subtilissimi partib⁹ sesquiseptem, Salis optimè depurati & qualitate corrosiua præditi sesquitribus, Mercurij deniq; à terreno crassamento exquisitius defecati tribus: Atq; ita naturã qualitatum ei insitarum esse, potenter calefacere, molliter siccare, & simul extrahere atq; adeo instaurare. In vsum autem Medicum, ars Chymica solerti Segregatione inde parat: Oleum, quod a virtute sua Tehalah siue Θυμοξύντικον appellare placuit: nec nõ Essentiam siue Virtutẽ nobilissimam, vel (vt alij loquuntur) Quintum esse: & Sal deniq; purũ admodum, & acredine corrosiua præditum. PORRO, fossio radicis huius calidissimæ, diligentiam singularẽ, & tẽporis positusq; corporum cælestium, obseruationem prudentem requirit. Si enim hæc fossa fuerit, Sole siue Marte in Leone versante, ad nullos membrorum interiorum Affectus, nisi cautione prudenti adhibita, est admittenda: sed solummodo Ægritudinibus partium externarum, ab frigoris iniuria profectis reseruanda. Eius vero rei causa, non tam à Temperamenti Partibus simplicibus (siue quæ his impressa est qualitate) quam Sulphuris puritate excellentissima, Salis acredine intensa (cum vitrum tum ferrum corrodente) & tandem Mercurij tenuitate ac subtilitate eximia dependet. Quarum partium proportio, & quantitas siue mensura, quanquam in alijs plantis hactenus deprehensa sit maior, Subtilitatis tamen & puritatis præstantia, eadem quæ in præsenti non fuit. Eamq; ob causam, cum in planta aliqua Sol partes quatuor tenere dicitur, nõ ideo Lector

Temperamentũ
Sul. $6\frac{1}{2}$ }
Sal. 2 } pa.
Mer. $3\frac{1}{2}$ }

Natura & facu.
Calefacere.
Siccare.
Extrahere.

PRODVCTa
Pharmaceutica.
Θυμοξύντι.
Essentia.
Sal.

Herba, & folia.
Flores & semi.

CONSTELLATIO.

QVALITAS
Radix habet:
☉ $7\frac{1}{4}$ }
♂ $2\frac{1}{4}$ } par.
☽ $2\frac{1}{2}$ }
Herba.
☉ 6 }
♂ $2\frac{3}{4}$ } part.
☽ $3\frac{1}{4}$ }
Semen.
☉ $5\frac{1}{4}$ }
♀ $4\frac{1}{4}$ } part.
☽ $2\frac{1}{2}$ }

Non solum Influxus cœlestis vis, verum etiam Elementorum et qualitatum Elementarium concursus & auxilium mutuum, robur & efficaciam in rebus præstant: idq; pro ut vigore & puritate præualuerint.

Simile à Solis Dignitatibus inæqualibus, substantiæ vero æqualitatate perpetua.
Sulphur, Sal, Mercurius vbique iidem, sed vis aut bonitas siue efficacia nô item.
Aliud simile à Vino.
RADIX quando fodienda.
Mens Octob.
Herba metenda.
M. Maij D. {3. 4. 5.}
Semen carpitur.
Mês Sep. D. {10. 12. 14.}

Lector totidem Sulphuris inesse cogitet: aut Sulphuris vim in omnibus æqualem reperiri: aliamue quæ partibus Sulphuris quatuor constet, in effectu idem præstare iudicet. Nam quemadmodum Sol plus potest in Leone quam in Ariete: & è conuerso in Ariete quam Aquario longè potentius, in Libra vero (vbi non solum diminutionem potentiæ, verum etiam Deiectionē siue Casum subit) infirmius quam in Aquario dominatur: & tamen in omnibus his Signis quatuor, non minus quam in reliquis octo idem Sol permanet: nisi quod in altero vires suas languidè, in altero vero fortiter exercet: Ita etiam hoc loco, Quanquam Sulphur Sal et Mercurius, in omnibus plantis tam nomen quam substantiam perpetuo retineant eādem: diuersimode tamen, in alia subtilitate, in alia efficacia, in alia deniq; puritate excellūnt: Atq; ita in diuersis plantis, gradus qualitatum diuersos sortiuntur. Quali ferè ratione inter vina, aliud virtutis robore potentius, aliud languidius, tertium prorsus imbecille deprehenditur: & tamen nullum non horum, nomine locoq; vini dignamur. Quæ cum ita sint, Radix itaque fodienda est mense Octobri. Herba metatur die mensis Maij, tertia, quarta, vel quinta. Semen carpatur circa diem mensis Septembris decimum, duodecimum, vel decimum quartum: & quidem syd.rum συσχηματισμοῖς maleficis absentibus.

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS CERVARIÆ MARIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

OLEVM BEhalah siue Θυμοξυντικόν.
Venæ Emulgentes quæ.
VSVS THYmoxintici intra corpus Virile.
Ad {Animosi. Hydroce. Cal. Dol. Scir. sple.}
Sal enthalicum corruptione in aliqua particula uitiatū Paracelsi.
Ὑδροκήλη quid & vnde.
Σκίῤῥος splenis, quid sit, & vnde.
Humores vitiosi euacuantur per vrinam, Sudores Mariscas (siue Hæmorrhoides) Menses & insensibilem expirationem.
ESSENTIÆ vsus intra corpus.
Ad {Virt. natu. roboran. Syncopi. Vires. Contusim mo. fract. Præcauē dos mor. imminen.}

Oleum Behalah, *ob caloris excellentiam, & in concitando & irritando τῳ θυμικῳ μοξυντικὸν. siue Potentia cordis (vt vocant) irascibili efficaciam naturalem, Cordi & Venæ cauæ sanguine vitali laxius infarctæ, quatenus ea à corde calido & humido, propaginibus suis in subiectas corporis virilis partes (ossa scilicet musculos, & lacertos) descendit, consecratur. Virtuti autem eius θυμοξυντικῇ, siue Animositatis, iræ, atq; audaciæ concitatrici, etiam accedunt aliæ Nam Abscessus, qui à Sale (vt Schola Paracelsica nominat) enthalico, infectione quadam corrupto, siue humore putredine vitiato, in Tunicam Erythroiden, siue inter hāc & Membranam carnosam colliguntur, & Hydrocelæ appellantur, Illud ipsum profligat: si pondere drachmæ semis in haustu aceti Violati, nouies per diem exhibeatur. Eodē pondere ex Aqua propria (Aquā intellige Plantæ huius stillatitiam) haustū, dolores contusiuos (vt vocant) siue Μετα θλάσεως, quos calculi à renibus in meatus vrinarios depulsi, duritie & asperitate sua in ventre inferiore & οὐρήθρᾳ, siue parte Virgæ virilis anteriore excitat, calculis ipsis expulsis sedat. Nec minus ad splenem nimio fæculenti sanguinis infarctu non solum turgentem, verum etiam inde duritie callosa correptū (quod malum Medici Σκίῤῥον vocitant) Luna decrescente per dies nouem, singulo vero die ter (mane nimirum, meridie, & vesperi) quantitate drachmæ in Ligula aquæ Anisi, vtiliter exhibetur. Nam hoc modo flatibus copiosè concitatis, lien tam à duritie quam excrementis atræ bilis terrestribus exoneratur* Essentia, quæ ex plāta hæc integra *producitur, In corporis virilis parte inferiore, ramis vtrisq; venæ cauæ, qui in renes geminos, dextrum scilicet & sinistrum pertingunt: Venæq; emulgentes dicuntur (quod aquositatem superfluam à sanguine exugant, atq; in renes deriuēt) cōpetit. Quā egregiū hæc sit cum θυμοξυντικῳ Virtutis naturalis confortatiuū, Vel tū saltē quando humor superfluus, in eiusmodi membrum decubuit, vnde nec in stomachū nec in intestina deriuari, aut per vomitum siue aluum eijci potest, Medico cuilibet erudito experiendo satis fiet manifestum. Etenim si pondere Scrupulorū sesquiquinq;, in Aqua è floribus Tiliæ Ligulis tribus, tempore matutino et Sole nondū exorto propinetur, Vires naturales potenter roborat: humoresq; vitiosos, & malignos, non solum per poros cutis, verum etiam tam per vreteres in vesicam, et ex hac cum vrina extra corpus, quam (quod plus admirationis habet) in Viro quidē per Mariscas, Muliere vero per menses, nec non insensilem expirationem, euacuat atq; excernit. Syncopa quoq; siue animæ Deliquio affectos, & ex leui causa cor dolentes potenter reficit, & corpus Venere eneruatum atq; impotenter torpens instaurat: Si Luna crescente quotidie sumatur. Vsus deniq; ei eximius est, in Morbis ex membrorum aut temperie turbata, siue actione læsa, vel συμμετρίᾳ & constitutione naturali destructa genitis: si illis (vt vulgo loquuntur) in fieri existentibus, nec dū viribus firmatis in apertum prorumpentibus, quotidiè cum Spiritus Vitrioli guttis nouem, in Ligula vini hauriatur.* Sal plantæ huius, *venæ illi multis anfractibus tortuosæ, quæ à Vena caua iuxta vertebras spinæ*

ſpinæ dorſi & muſculos lumborum decurrens, in Peritonæum diſtribuitur, dicatur. Vis autem ei eſt in corpore humano, ad Sal Vitriolatũ (vt Theophraſtus loquitur) vel (vt Galenus de Tumoribus præter naturam cap. 12.) atram bilem, quæ in carnẽ decumbens, ſi mordacitate temperamentum ſiue virtutem particulæ euincat, cute & muſculis perroſis Cancrum μεθ' ἑλκώσεως *efficit, ſin mitior (natura quippe nondum ſuccumbente) extiterit,* κάρκινον ἀνέλκωτον *ſiue Cancrum occultum, ſed tamen tumore duro ſeſe prodentem producit, profligandã: Si ad purgationem loci tali Fœditate obſeſſi, ponderc drachmæ, cum Olei Terebinthini candidiſſimi & puriſſimi guttis nouem, ex phlegmatis Vitrioli drachmis duabus quotidie ſumatur. Veruntamen ſumptio eiuſmodi inchoanda eſt Luna in Cancro exiſtente, hincq; per dies triginta quotidiẽ ſemel frequentanda. Præterea ad Vitia putrida oris confert. In aceto enim roſaceo optimo cum tertia Sinapios parte mixtum, ad Intinctus cibis ſi adhibeatur, gingiuis ruborem venuſtum conciliat, dentes firmat, materiam omnem putredinis remouet, halitumq; oris fœtentem (ſi modo à cauſa dicta ſit ortus) emendat.*

VSVS SALIS Ad { Canc. vlc. / Ca. nõ vlc. / Oris put.
Cancri ſiue Carcinomata, quomodo fiant ex doctrina Paracelſi & Galeni.
Sal Vitriolatũ
Atra bilis mordacior,
Κάρκι. μεθ' ἑλκώσεως.
Κάρκινος ἀνέλκωτος.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CERVARIÆ maris, doctrina Paracelſica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

Oleum, *Puſtulas liuentes, & eas quoq; quæ à morbo Gallico (ex occultis cuniculis quaſi in aper tum emergente) excitantur, inunctu ſanat.* Sal, *in aqua Veronicæ ponderis decupli diſſolutum, Herpetas miliares &* ἐσθιομένους *ſiue depaſcentes, Scabiesq; malignas alias, quæ vicinam cutem acredine ſua (deſ. enſu tamen non profundo) depaſcunt, colutione mane et veſperi adhibitum profligat ſanatque.* Eſſentia, *in lotura capitis lixiuio addita, vel poſt lotionem Coſmocomio ſiue Comptorio inſtillata, atq; ita cum hoc, capillo comendo adhibita, Tineas capitis (quod Vitium Quibuſdam Fractio appellatum fuit) tollit. Cum Oleo & Sale, Mariſcas (ſunt hæ Vlcuſculorum in Sede eruptiones) illitu exiccat, exiccatasq; detrahit. Oleum, Temporibus, arterijs & Saphenæ inunctum, non ſolum Lipothymiæ ſiue Defectioni animæ (non forti tamen) medetur: verum etiam ſpiritus exhilarat, animoſitatem & alacritatem inducit, & partium ſuarum tenuitate in ima corporis penetrans, cor roborat, & mæſtitiam omnem diſcutit: vt ita Planta ipſa, nobis Germanis pro* Hirßwurtz *potius* Hertzwurtz *dicenda videatur.*

VSVS SVBtilitatum extra corpus.
OLEI.
Ad { Puſt. liui. / Mor. Ga. / Lipothy. / Ani. lang.
SALIS.
Ad { Herp. mil. / Scabi. ſer. / quasuis.
ESSENTIA
Ad { Tin. cap. / Mariſcas.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CERVARIÆ, doctrina Philoſophiæ veteris, animalis, ſubſtantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Qui rerũ terra naſcentiũ vires ſolerti inquiſitione ſunt ſcrutati, huic Plantæ qualitatẽ ſiccã & calidã tribuere. Decoctũ hui⁹ ex vino potũ, ad Cicutæ improuiſo hauſtæ noxas, viresq; ſtomachi inde proſtratas valet. Semen tritum & radix minutim conciſa ſimul cocta, ſiue etiam puluis horũ crudus, eſu ad Tormina ventris & dolores ſpaſmicos mem brorum commendatur. Succus radicis arteriam aſperam expurgat, cor roborat, ideoq; & Tuſſi medetur. Seminis & radicis cum carne Caprina coctorum iuſculum, dum adhuc calet cum lapillis Cãcrorum in puluerem redactis potum, Medicis non ſolum Sæculi priſci ſed & recentis, contra calculos efficax eſt deprehenſum. Caules plantæ huius Saccharo conditi, & pondere drachmarum quatuor tẽpore matutino ſimulq; ventre ieiuno ſumpti, lienem obſtructione induratum, ad habitum priſtinum reducunt.

MEDICOrum & Philoſophorum veterũ doctrina, de qualitatibus & Facultatibus huius Plantæ.
Ap { Nox. Cic. / Tor. ven. / Spaſmum / Tuſsim, / Calculos. / Schir. ſpl.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CERVARIÆ, doctrina Philoſophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Herba conquaſſata, impoſitu præſentaneum eſſe fertur morſibus canum rabioſorum nec non animalium venenatorum aliorum Auxilium. Decoctum radicis & herbæ, modo Epithematis adhibitum (præſertim ſi ſimul & radix ex vino bibatur) membris frigore afflictis, calefaciendo opem egregiam præſtare perhibetur. Succus herbæ vnguentis ζεσισβεσηρίοις *ſiue feruorem ambuſtorum mitigan-*

VSVS PLANtæ huius extra corpus ex doctrina Veterum.
Ad { Mor. Ve. / Nox. frig. / Fer. amb.

Quomodo succus Herbæ ad ambusta conducat?

mitigantibus, vtiliter miscetur. Nam ob æquabilem qualitatis calidæ temperiem, quemadmodum calor radiorum Solarium calorem ignis naturalis debilitat, ita hic omnem inflammationum æstum molliter sedat.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS CER VARIÆ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

VIS ET FAcultas Magica huic Plantæ quomodo acquiratur.

Ad { Fortitudi. incenden. Paralysin prohiben.

Proceres Turcici rarius Paralysi corripiuntur, idq; beneficio Gummi Maszlah frequentius sumpti.

Pierocholis siue Oxycholis cito deflagrat ira, ideoque minus mali inde percipiunt.

Quomodo hac Massa etiam Paralysi occurratur.

Ratio à testimonijs physicorum quorundam, & exemplis ex ipsa Experientia desumptis.

Vnius causæ plures effectus.

TITVS IMperator in subita Excandescentia spasmo liberatur.

Massa ex Oleo seminis, Succo radicis, & Gummi herbæ, tempore conuenienti comparatorum, & Marte in Domo prima Saturnoq; in septima commorante (ita tamen, vt virtus Signi quod in Domum primā incidit, quam eius quod in septimam, sit potentior) inuicē mixtorum, atq; agitatione assidua ad Solem inspissatorū, magnitudine fabæ deuorata, continuo sanguine & spiritibus concitatis animū efferat: Ita, vt morte & periculis ferociter spretis, in cædes & effusionem sanguinis totus feratur: ac truculentia æquali atq; inhumanitate inexorabili, tam in homines quā bestias desæuiat. Atq; eadem ad Paralysin quoque (quæ priuatio siue defectus quidā est mot° naturalis in corpore, ac in neruis, ligamentis, et tendonibus solummodo spectatur) laudatissima simul & efficacissima habetur. Quibus enim rerum virtus naturalis longo vsu cognita, & causa simul efficaciæ quam exercent explorata fuit, illi hoc asseuerant. Quæ res subitis Affectibus animum immutet, ita vt pro humano & miti furiosum, pro tristi vero hilarem, pro truculento & hostili amicū, sincerum & beneuolū (qualiū conuersionū exēpla, vita humana frequēter suppeditat) inducat: Eadem etiā Ægritudini dictæ naturaliter resisti. Quod cum ita se habeat, Proceres Regni Mahometici Paralysi raro corripi cernuntur. Etenim in illis, quoties vsu huius gummi (cui à pueris assuescunt) sanguinem spiritusq; ebullire faciunt, incendium furoris continuo dissoluitur: et virus iracundiæ, flatus siue spiritus cōcitati impulsu euomitur. Quod cum apud aliarum Gentium homines itidem nō fiat, sed diutius plerunque alatur atq; coquatur: Accidit, vt his cor et omnes partes Vitales vigore debilitato lāgueant, tristetur, & Affectibus melācholicis succumbant. Ac manifestè videmus, raro (vel nunquam etiam) Paralyticos reddi, Qui subitò excandescentes, salibus dentatis ac scommatis amarulentis, instar muliercularum furore Bacchico percitarum, vir° statim excutiunt: Vtplurimum vero immo sæpissime illos, qui fomitem iracundiæ fouere ac premere, nec in apertū emittere consueuere. Cui testimonio, vel exemplum Titi Imperatoris Romani accedit: Qui spasmicis doloribus resolutus, cum iracundia subita excanduisset, membrorū motum, & sanitatem pristinam est consecutus.

MASZLACHI CONFECTIO.



CVM in plantæ præsentis historia, mentio facta sit gummi Maszlach, hoc loco exponendū videtur, quod de eo aliquando ex relatione Calephi cuiusdam Caracleris cognoui. Egit Is in aula Imperatoris Turcici Chapiangasum (id est Præfectum siue ἐπίσκοπον Famulorum, qui Iuuenibus purpuratis Atrij ministrant) longo tempore, ante artem tonsoriam professus: & tandem ob præstitam in officio administrato diligentiam & fidem, anno 1538. ab Imperatore Solimano non solum libertate donatus, verum etiam liberaliter collatis opibus dimissus, Vallona (vrbe Macedoniæ satis antiqua) domicilium rerum & fortunarum suarum collocauit. Vbi cum annos aliquot habitasset, iam senex peregrinationem Mechitanam suscepit. In eo itinere, cum inter alios me quoq; ei comitem iungi contigisset, sermone Gallico quem mediocriter callebat, mihi significauit. Lachrymam hanc à Solis Meizenis (Sacerdotes illi sunt legum Mahometicarum scientiam professi) duodecimo quoq; anno, quando Sol Leonem tenuerit (tempus hoc lingua patria on iki yldenossora vocitant) in Traconitide monte, arte diligentiss:me occultata ita ferè parari. Semina quolibet anno, dum Venus vel Iupiter in Signo Leonis, (& quidem ascensu suo Horizontem modò assecuto) versatur, colligunt: atq; cura diligenti adhibita ne situm contrahant aut pulueribus vitientur, subindo versata aeri exponunt: tandemq; vbi tempus expetitum adest, ea ipsa molunt: vel in trapeto quassant, & Oleum (quemadmodum ex lino, nucibus, & papauere solet) inde exprimunt, expressumq; reponunt: Vbi vero Sol gradum Leonis decimum, decimumquintum, vel vicesimum cursu suo attigerit, quoq; herbæ florum & radicum copiam magnam colligunt: & radices quidem minutim concidunt, succumq; inde exprimunt: herbam vero & flores, aqua Iordanis fluuij decoquunt. Decocto huic vbi id refrixerit, mucilago quadam glutinosa supernatat. Huius ergo Illi partes æquales tres, cum succi ex radice duabus, & Olei ex Semine vna commiscent. Hoc facto, omnia simul in vasculum capacius A, operculo foraminulento D. tectum reconduntur: vasculo vero in loco sublimi vt radijs Solaribus pateat collocato, instrumentū B, (quod ventis superne impellentibus perpetuo circumactū, spatulis quatuor C, materiam in fundo assiduè agitet) inserunt. Humor itaq; hoc modo reconditus, vbi tandem ad spissitudinem mellis (vel vltra etiam) fuerit redactus, Agitatorio ablato, vsq; dum durescat siccatur. Atq; hoc perhibetur esse gūmi Maszlach, cuius apud Turcas vsus est freqūes, sed notitia ortus & modi quo paratur (præter Sacerdotes dictos, qui ante tempus constitutū, quoq; vxores & liberos suos, ab eius tractatione arcent) paucis admodum perspecta. Porro ingens precium ex hoc Sacerdotes colligunt: Nam ipse portionem drachmas sex pendentem, Asperis ducentis & triginta emi: quam mecum in Germaniam detuli.

Caput Tricesimum.

DE

DE CERVARIA FÆMINA, QVÆ ALIIS CERVARIA ALBA SIVE GERMANICA, ET PINASTELLVM, NEC NON MEON, ALIIS VERO CORDYLON SIVE TORDYLION APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



Ltera hæc Ceruariæ species, quæ mihi quidem à dictionibus Ayalah & Aleiha אילית Aialeibah (id est ελαφούρις siue Hirschenschwantz) dicta videtur, Appellationem Tordylion siue Cordylon (vel etiā, vt Paul⁹ Aegineta habet, Gordylō) quā Dioscorides cuidā huius generis Plantæ tribuit, ad Plantam illam Syluestrē et graueolentē, quæ etiam hoc sæculo tam Arabibus quā Chaldæis notissima איתאליבא Aithalibah, id est cor muliebre (quod omnem virulentiam & asperitatem intractabilē animi emolliat, Affectumq; mitem et placidū inducat) nuncupatur, vt referam monet. Nā Chaldaicum איתא Aiatha cū Græco θηλεία id est mulier, et ליבא cum καρδία id est cor, significatione cōueniūt: Si itaq; dictiones illæ Græcæ (syllabis α et ꞓη vtrinq; resectis) cōponātur, inde appellatio Καρδίλεια, quæ Dioscori. non inepte respondeat, conflatur. Ceterū dicta est hæc quibusdam Germanice Harstrang, Alijs Ocellum cerui, Alijs Pes porcin⁹: fide de veritate nominis retinēdi admodū ābigua. Vandalis appellatur Mdliuuossela (id est herba deliquij) Indis quibusdā non sine causa Atunsaal. Nascitur autem vulgo in sylua Hercinia, & ad Laberum amnē in Tractu Tribocensi: visitur etiam circa Curiam Rhetorum, nec non in Valle Athesina, atq; etiam Corniculo mōte, locisq; præterea alijs pluribus: inter quos copioso eius prouentu eminent, Sarmatiæ Europeæ solitudines illæ immensæ, & campi quoq; Marchiaci circa Villantiquam & Massinā oppidū, prope Ædes Venatorias vtrasq;.

NOMEN. Altera Ceruariæ Species dicitur hic vt reliquæ (sed voce mutata non sensu) אילית A aleihah id est. Ἐλαφούρις.

Alijs Appellata Ger. Harnstrāg. Lat. Ocellum Cerui, Pes porc Vand. Mdl un. Indis Atunsaal.

Chaldæis similis Planta fuit, nomine. איתליבא Aithalibah id est cor fæminū siue Καρδίλ.

Tordylion deducitur ex Chaldaico Aithalibah, vt sit quasi καρδίλεια.

PATRIA. Hercinia sylua. Vallis Laberi. Curia Rhetorū. Cornicu. mons. Sarmatia Euro. Marchia.

SIGNATVRA GENERALIS.



QVA effigie in capite præcedenti, dum historiam Ceruariæ maris persequeremur, venas omnes corporis virilis, quæ à corde in inferiorē eius partem feruntur perspicué signauimus, Ea etiam easdem partes primarias & in inferiorem corporis Muliebris partem sparsas (quod distributione & forma à Viri nō multum discrepent) volumus signatas.

RATIO QVALITATIS.

QVOMODO Subtilitates plantæ præcedentis & quoq; sequentis, animos vtentium efferent, & feroci impetu in viriles ausus rapiant, partim capite modo præmisso est commemoratum, partim in sequenti docebitur. Quod autem hæc, contrarium illis duobus effectum præstat (dum iracundiam mitigat, & Affectus mites placidosq; ciet) nemo cur miretur habet. Nam tam Sol quam Luna, & alia Sydera errantia, etsi primi Motus circumactu contorqueantur ab ortu in occasum, motus tamen peculiares habent: quibus contra morem stellarum fixarū (immo & primi Mobilis) ab occasu in ortū renituntur. Præterea, tempus & occasio qua radicis fossio instituitur (obseruatis præsertim Signis fæmineis & beneficis: vtpote, Piscibus, Virgine, & Libra: positu item Planetarum congruo, vt Iouis in Domo prima, Martis in septima vel quarta, & Veneris in decima) momenti plurimum ad efficaciam talem addit. Quod non solum in planta præsenti, sed etiam aliarum similium, radicibus, folijs, & seminibus (vt scilicet quamuis generis sint eiusdem, naturæ tamen qualitatibus inuicem pugnent) sæpissime vsu venire solet.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS CERVARIÆ FÆMINÆ.

RADIX Plantæ huius, odoris vehementia & gustus acrimonia priorem ferè æmulatur: sed tamen eadem & minor existit & gracilior. Quanquā autem colore tam intra quam extra purpureum quid præ se ferat, atq; ideo pro Ceruaria rubra quibusdam videatur habenda, me tamen ea re à sententia nequaquam dimoueri patior. Nam plantas (vt initio sum testatus) Subtilitatibus potius inde extractis, quam specie formæ externæ spectandas duco. Quod si vero his quoq; argumenta & indicia habitus externi respondeant, iudicium & certius & firmius inde facere non dubitarim. Ideoque Plantam istam, siue Quis pro Ceruaria nigra, siue candida (siue vtcunq; animo libitum fuerit) habeat, nihil sane moror. Porro radix ista, supernè densa capillamentorum coma, quæ tam habitu quā colore à Mare nihil discrepat, vestitur. Sed herba à similitudine eiusdem non parum recedit. Nam folia, vt profunditate incisurarum (etiam Pimpinellæ aut Apij superantium) Mari præstant: ita firmitate & viroris in luteum elanguescentis elegantia, vicissim eidem cedunt. Caulis quemadmodū Cumini geniculatus est & gracilis, soloq; pingui & fæcundo sæpe altitudinem cubitorum duorum, vel etiam (si vbertas superet) sesquitrium acquirit. Flores itidem vt Cumini, vmbella candicante & pediculis numerose consertis emergunt. His vero semina ad exemplum Maris, de quibus abunde dictum est, & lata et angulis striata succedunt. RADICEM, quæ partibus reliquis caliditate præpollet, Sol ve-

FORMA. Radix.

Herba.

Caulis.

Genus & Dignitas Plantarum Thurneissero magis spectatur ex Subtilitatibus & Virtutibus quam indicijs externis formæ. Quanquam ea quoq; non parum ad iudicij certitudinem addere ducat, si virtuti consonent.

Flores & semina.

Temperamentũ
Sul. 7 } *par.*
Sal. 3
Mer. 2
Natura & facultas.
Calefacit,
Roborat.
Lenit.



CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda?
☉ in Decad. vlt. ♌.
♂ in { 24 } ♌
☽ { 1 } gr.
Mansi: { 11.
onc. { 8.

Herba colligenda.
M. Maio.
☉ *in Gr.* 11:
14. 16. 2.
☽ *cresc.*
♂ *in* ♌.

QVALITAS
Radix habet:
☉ 6 ½ }
♂ 4 ¼ } *par.*
☽ 1 ¼ }
Herba.
☉ 6 ½ }
♂ 2 ¾ } *par.*
☽ 2 ¾ }
Semen.
☉ 6 }
♂ 3 } *part*
☽ 3 }
Semen carpendum.
M. Octo. D. 7.
Sacerdotes Aegiptij diem sextum mensis quasi pro inauspicato habuere.

getat virium imperij sui partibus sesquiseptem, Mars quatuor cum quarta vna, Luna vna cum quarta itidem vna. In herba dominium qualitatis Solaris sibi vendicat partes sex cum duabus quartis, Martialis duas cum tribus quartis, Luna quoq; duas cum quartis tribus. In Semen (quod mediam inter partes commemoratas naturã obtinet) virtutis suæ contulit Sol quidem partes sex, Mars vero tres, Luna totidem. Qua mixtura cum partes illæ in societatem mutuam coeant, Planta hæc integra, in Separatione artificiali (quæ ministerio artis Chemisticæ perficitur) è Sulphuris partibus sex, Salis tribus, & totidem Mercurij constare apparet. Atq; hinc eidem, Potentia & vis quædã peculiaris in spiritibus reficiendis, virtute naturali confortanda, atq; cupiditatibus Affectuũ tumultuantibus sedandis atq; comprimendis inest. PRODVCTA ex ea, quæ in Mare eadẽ sunt: nimirũ Oleum Behalah, Essentia, & Sal tenuitate admodum penetrante præditum. RADICIS FOSSIO, Sole in Decade vltima Leonis, Marte vero & Luna in eiusdem Signi gradu, vel vicesimo quarto & Mansione vndecima, siue (quod præstaret) in primo & Mansione octaua versante, ac cælo quidem sereno siccoq; institui desiderat. Herba summum vigoris gradum tenet, mense Maio: Sole in gradu Geminorum decimoquarto, & decimo sexto, Marte vero in Leone existente. Colligenda autem est, Luna in incremento suo ad plenã orbis illuminationẽ aspirante, & siccãda loco vmbroso: atq; antequã annus elapsus fuerit ad vsus medicos traducẽda. Semẽ carpẽdũ est die mẽsis Octobris (quẽ Aegypty παοφί, Græci πυανεψιῶνα vocarunt) septima: Nã sexta, q; in ea Sol omniũ potẽtissimè vires suas exerceret, Sacerdotes Aegiptij talia inchoare vel tractare seriò interdixerunt.

METALLA QVALItate sua corrosiua exuendi modus.



OLEA ex Salibus, Liquoribus, & Sulphure (siue etiam speciebus Metallorum alijs) extracta, quando vt intra corpus tutò sumi poßint parare volumus: ea nos Extractis radicis huius proportione sesquialtera miscere, & igni reddere subigenda oportet: atq; omnibus quæ ars Chymica requirit peractis, Destillatione vulgari ex loco A. in B. & per C. in D. ducta, tandem rectificare. Laborem istiusmodi, cui studiũ Chemiæ cordi fuerit, equidem haud tractabit inglorius. Nam experientia multiplici cognoui, hac methodo omnem quæ mineralibus inhæret qualitatem corrosiuam, virtute potente radicis huius mitigari: & Spiritus Arsenici quoq;, Mercurij Sublimati, nec non Vitrioli innoxios & vsui idoneos reddi.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS CERVARIÆ FOEMINÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fæminei interioribus.

THYMOXynthici ex hac Planta vires intra corpus.

Ad { δυσκρ. Matricis. Iram, Furorem, Spasmum Paralysin, Melanch.

Thymoxynthicon tam calorẽ quam frigus naturæ inimicum moderatur & temperat: argumento admirandæ cuiusdam potentiæ in natura rerum latentis.

Oleum Behalah, *quod ex Radice hac conficitur, venis quæ à trunco venæ cauæ (vbi is ad postremam spinæ vertebram et sub caput Pectinis appulit) bifidatim in membra generationi famulantia sparguntur, deputatur. Vsus eius Affectibus Matricis omnibus, quos Hippocrates & Galenus plurimos recensent, præsertim autem ijs, quos intemperies frigida, & vitium quoq; naturæ in Attractice, excessu vel defectu peccante procreauit (vt sunt humorum & Ichorum deprauatorum collectio, Molæ, atq; id genus alij) præsenter medetur. Nam vt æstus quosuis præternaturales extinguit: ita etiam frigus omne naturæ inimicum temperat, & ad mediocritatis conuenientis terminos restringit. Etenim cum naturæ nunquam otiosæ & non solum (vt Galenus inquit) per se omnia sapientissimè agentis, verum etiam insuper documentis solertiæ suæ pulcherrimis omnia erudientis motibus, plurima subinde efficiantur: quæ sæpe & fidem superant & ἀδύνατα videntur: Ideoq; nec in his plantis tribus, eandem tam calorem quam frigus præternaturale corrigendi potentiam, quis habet cur miretur, aut experiendo a se nõ exploratam, neget. Sumitur autem securè atq; absq; periculo (cum etiã Prægnan-*

Prægnantibus innoxium sit) mane & vesperi pondere drachmæ, ad Affectus calidos quidem in Aqua Portulacæ, ad frigidos vero Cinamomi. Porro venis Temporum arterijsq; illitum, & simul pondere drachmæ semis in Aqua Violarum lutearũ haustum, Affectuum à sanguine circa cor ebullientе ferocientium æstum mitigat: Paralysin siue Spasmum, qui ab excãdescentiæ immoderatæ suppressione violẽta ort⁹, neruos corporis totius adducit atq; motu vsuq; eosdẽ priuat (tremore quoq; membrorũ omniũ superinducto) præsenter soluit. Cum trib⁹ deniq; guttis Olei Antimonij pari põdere ex Aquæ cornu ceruini stillatitiæ Ligulis tribus sumptũ, in atra bile atque adeo Spirituum tristitia (præcipuè vero ira) eijcienda plurimum pollet. Humorẽ enim noxiũ dũ profligat, cor Affectuũ pcellis ex eo turbatũ, trãquillũ & placidũ reddit. Essẽtia, radicis, herbæ & seminis, *propaginib⁹ venæ cauæ, quæ cũ venis seminalibu (dextra & sinistra) in Vterum & reliquas partes vẽtris inferioris generationi seruiẽtes sparsim feruntur, familiaris habetur. Põdere itaq; drachmæ quotidiè ter sũpta (pãniculis quæ Oleo modo cõmemorato sint irrigata, in collum Matricis simul immissis) Schirros, Phlegmonas, Cancros, & qui in hac parte contingunt Tumores & Vlcerationes*

OLEVM ANTIMONY
καθάρτικον.



OLEVM hoc καθάρτικον paraturi qui sunt, primo Antimonium crudum & Mercurium quam exquisitissimè & depuratum & sublimatum in puluerem tenuem redigunt, atq; (Salis primum liquati & postea recoagulati tandemq; triti parte sextadecima adiecta) inuicem miscent: Ita nimirum, vt pondus Antimonij sit vnciarum octo, Mercurij quatuor, Salis vna cũ dimidia. Hæc itaq; probe commixta, in Cucurbitam B, simul conduntur: Ipsa vero Cucurbita probè luto munita, in fornacem ventilatoriam A (cuius imum, ne cineres, pulueres vel sordes aliæ perfluant ignemue quid impedimenti interpellet, craticula muniatur) pendula quasi, vt figura apposita ostendit, immittitur. Hoc facto ignis subijcitur: eoq; primum exiguo, sed post gradatim magis magisq;, donec Cucurbita rubescat aucto, humor ex contentis in Receptorium C educitur. Quamprimum autem rubor ille sese ostenderit, Oleum quod iam extillauit & candidum est atq; pellucidum, cõtinuo vt effundatur oportet. Nam si Phlegmatis rubei vel guttula minima ei misceatur, mox limpiditate & perspicuitate amissa concrescit, & in materiã butyro hyberno similem transit. Hæc ergo vbi peracta fuerint, Olei limpidi vnciæ quatuor cum radicum Heptaphylli rite siccatarum & concisarum vncijs duabus, Cucurbitæ ingeruntur: & Alembico imposito, Destillatio lento igne instituitur. Tum demum Oleum profluit venustum admodum & iucundum, quod potentissimè purgat, & ad vlcera omnia putrida & tuberosa, Auxiliũ excellentissimum præstat.

alias similes sanat. Sal radicis, herbæ & seminis, *venis lumborũ & coxendicum, surculisq; earum qui supra & infra Venæ cauæ diremptus vtrinq; exorbitantes, in Peritonæum, musculos lumborum & Omentũ, hinc vero deniq; ad organa generationis propagãtur, addicitur. Mulieribus ergo in partu (vt crebro accidit) ex nimia profusione sanguinis (vtpote spiritus & vitæ domicilium existentis) deficientibus, ex vino generoso partim assiduè potui datũ, partim illitu frequenti circa venas Temporũ & nares adhibitum (cũ illi mixtum, ad omnem* κενεαγγίαν *siue vasorũ inanitionẽ, in qua spiritus præter modum deficere vel languent, celeri adiectione resarciendam, vi singulari polleat) cumnutriendo tũ roborãdo magnificè auxiliatur. Præterea Matricem refrigeratam & humoribus viscosis oppletam, calfacit, expurgat, & (cum facultate adstrictoria simul præditum sit) collum quoq; eiusdem vt probè occludatur facit. Ideoq; ad Gonorrhæam, Quod radix dum viret rasa perq; medium secta Aqua ardente maceratur: post vero per dies sexaginta, Aqua ipsa tempore matutino & ore optimè eloto mensura Ligulæ bibitur, Est illud inuẽtum vtilitatis non contemnendæ.*

Agitatio & concussio vehemens spirituũ atq; humorum in ira corpori Paralysin & spasmum sæpe infert.

Quomodo Thymoxynthicon æstum cordis cum Affectibus conflictantis comprimat.

ESSENTIÆ vsus intra Corpus.
Ad Ma { Schirros, Phlegm. Car. &c.

SALIS VSVS
Ad { De Puer. Κενεα. comp. Fri / Ob { ma; Gonorr.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CERVARIÆ, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Herba cum radice minutim concisa ex aqua & sale (inter bulliendũ iniecto) Decoctum, Mulieribus ob tẽperamẽti frigiditatẽ facultate gignendi destitutis, si bibatur, Diuino annuente auxilio, fœcunditatem haud dubiè confert. Succus Radicis cum mica panis recens cocti & Terebinthina in Emplastro impositus, Tumores illos Schirrosos,

DE SIRONIBVS ATVN.

IN India orientali (quod hoc loco memoratu non est indignũ) quemadmodum & in locis quibusdam America, in ædiculis & cõtubernijs Incolarum, ex sudore humano (qualitate cæli & natura regionis habitatæ subseruiente) gignuntur animalcula quædam exilia, nigra, oblonga, & quemadmodum Centumpeda multis pediculis ingredientia, Hominibusq; locorum dictorum Atun appellata. Hæc hominum dormientium corpora inuadunt: & cute celeri morsu perforata, humori qui inter hanc & carnem continetur, sese immergunt: vbi postea tenaciter hærentia, locum vicinum paulatim erodunt, inq; cauitatem exesam quasi oua quædam exilia & candida (quemadmodum muscæ in carnibus excrementa sua Vermiformia, Tripes siue Midæ in Auellanis fructibusq; alijs scobem) magnitudine nuclei Cerasorum numerosè conglomerata deponunt: vnde ceu à Sironibus viuis, membrum pruritu indesinenti vexatur: tandemq; cuniculis illis ex affrictu concidentibus, in plurimis quoq; corrumpitur: vel sæpius (cum plerunq; pedes aggrediantur) insuper omni-

atq; Abscessus δυσπυήτους *siue suppuratu difficiles, quos in Mulieribus quidem Menses obstructi, in Viris vero Hæmorrhoides suppressæ generant, emollit: locumq; affectum à symptomatum malignorũ incursu tuetur. Succus ex semine trito illitt⁹, tubercula ex Phthiriasi orta Morbumq; ipsum discutit.* Oleum, *ad vlcera quæuis fœtentia & fluxuosa*

VSVS CERuariæ fœminæ Subtilitatisq; eius extra corpus Herbæ, radicis, & seminis vsus.
Ad { Fæcundit. Tumores callosos. Phthiria.

OLEI. Ad vlcera fœtida & manantia.

fluxuosa salubriter admodum adhibetur. Essentia, Vermes non solum dentium & aurium, verum etiam (si pāniculis instillata circa vmbilicum applicetur) ventris, nec non Vlcerum si his instilletur efficaciter interficit, partemq; inquinatā mūdificat et expurgat: Id q; mihi ipsi in bob⁹, equis, & pecudibus alijs sæpenumero est perspectum. Sal ex Aqua rosacea si illinatur, Varos siue ἰόνθους in facie profligat: cutemq; læuem & æquabiliter coloratam præstat.

no claudum & mancum euadit. Huic ergo Malo Incolæ herba ipsis Atūsaal dicta, quæ nostræ odore & forma (excepta magnitudine & vbertate qua superat) prorsus respondet, succurrunt. Atq; hæc est ratio, qua hoc loco Ceruariam Fœminam ad Phthiriasin (quod morbus hic cum Affectu dicto genus videatur habere cōmune) quā quam eius rei nondum periculum fecerim, commendandam duxi. Rem autem istam, si quādo morbi tales offerentur curandi, Medicis experimento explorandam committo.

ESSENTIA. Ad Ve. { Dentium Aurium. Ventris. Vlcerū.

SALIS. Ad Varos & ἰόνθους in facie.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS TORDILY, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Vetus Medicorum Schola, huic Plantæ (si modo quam descriptio illius exhibet, ea hæc nostra existit) qualitatem quam etiam reuera possidet, calidam & siccam attribuere. Porrò, facultatum eius vis atq; natura ferè cum Ceruariæ maris est eadem: Sed efficaciæ ob temperamenti conditionem ignobiliorem, robur languidius & mitius. Radice autem huius capillata, Agyrtæ et Sagæ in Philtris siue Veneficijs amatorijs atq; artibus inhonestis alijs, plurimum vsi fuere, & etiamnum vtuntur: Sed cum recitationi exemplorum contagiosorum, omnino duxerimus supersedendum, huic loco ea de re nihilquicquam est insertum. Aliàs autem si decocta fuerit, ex aceto quidem cum Croco & Pipere, potu venenis (præcipuè qualitate frigida & humida præditis) potenter resistit: Ex vino vero cum herba ipsa, Aniso & radice Filicis (paribus portionibus adiectis) Imagines absurdas cogitationum ex animis atra bile agitatis eximit: atq; rationem perturbatam diuina aspirante clementia, in integrum restituit: Cū Myrrha deniq; rubea, Croco, & semine Anethi, menses victus inordinati & incontinentis vitio suppressos, ad cursum suum reuocat.

Vetustiores quid de qualitate & viribus Tordily tradiderint.

VSVS TORdily Legitimus. Ad { Ven. frig. Melanc. Ob. men.

Quæ Viorum aures, atq; animos offendunt ab Authore hic prætermittuntur.

Menses victus incontinentia, a cursu suo naturali reuocantur.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS TORDILY, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Quod Ceruaria Mas iam descripta, in partibus corporis Virilis externis, idipsum etiam præsens in corpore fœmineo præstat: Sed virium potentia remißiore, ideoq; temperamento sexus fœminei accomodatiore. Planta itaq; hæc decocta vel cruda etiam, membris frigore perustis (siue Affectibus frigidis quibuscunq; afflictis) vtiliter applicatur. Radicis arefactæ puluis siccus pānis insutus, Hydropicis circa ventrem & crura tumore aquoso turgentia impositus, aquam intercutem mirificè exiccat: Sed Epithema hoc, sexta quaq; hora sublatum, ad radios Solares siue ignem calidum (vt humiditas imbibita inde extrahatur) suspendere oportet: atq; siccum subinde reponere. Herbæ & florum ex lixiuio Fraxineo et aqua (æqualiter dilutis) Decoctum, collutione adhibitum, Paralysin ex laxitate neruorum obortam propulsat, motumq; amissū restituit. Plantæ carbonibus viuis impositæ suffitus, Serpentes venenatos, Bufones, Scorpiones, & Araneos ex Cōclauibus fugat.

VSVS TORdily extra corpus adhibiti.

Ad { Fri. nocu. Hydropē. Paralysin, Animalia venenata.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS CERVARIÆ Fœminæ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens, in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Plantæ huius, Sole cum Marte & Venere (vicinitate eiusdem tamen non combustis) in Leone ascendente & Domo prima constituto, Significatoribusq; ægritudinum bene habentibus fossæ & repositæ, is qui sequitur vsus existit. Radix herbæ inuoluta, solo gestatu ex collo, nō solum iræ, liuoris, & odiorum acerbitatē, affectuumq; virulentorum quorumuis incendia mitigare; verum etiam omnes pauores & terriculamenta imaginaria animi statu suo moti soluere: & Affectus placidos, mites, atq; hilares creditur præstare: idq; efficacius & potentius, si ipsa simul ex vino quotidiè bibatur: Quod non solum hoc nostro testimonio asseritur, verum etiam (cum Natura ex sententia Hippocratis

VIS MAGIca & sideralis Plantæ huius, si fodiatur.

☉ ♂ ♀ { in ♌ Dom.
♌ Ascenden.

Hippocratis, in rebus siue adstruendis siue destruendis per se ipsa viam agendi monstret) euentus ipse sæpius confirmat. Quod si etiam semina genitalia siue Viri siue Mulieris, ob vitium intemperiei cuiusdam Fœtui naturali viuoq; gignendo non sint: siue etiam quæ in Matrice est potentia formatrix (more non Theologico sed Medico loquor) putrefactionis alicuius vel frigoris immoderati iniuria, siue etiam pauore subito, iracundia, & alijs perturbationibus vehementibus animi, eo imbecillitatis sit redacta: vt ex semine recepto, Fœtum omnibus partibus suis perfectum conformare nequeat: atq; inde partus monstrosos siue etiam mortuos edi contingat, Malo itaq; eiusmodi vt occurratur, per dies viginti nouem vel triginta, Oleũ & Essentia pondere drachmæ dimidiæ (illud quidem tempore matutino ex iusculo auenario, hæc vespertino in hausto vini) quotidiè vero Sal pondere drachmæ, in cibis est sumendũ. Auxilium id est ad Affectus tales efficacißimũ. Veruntamen (quod obseruari oportet) sumptio illa inchoanda est à mora Lunæ in Cancro, & vsque ad Eiusdē in idem Signum reditum (tum enim vsum eiusmodi mutari conuenit) frequentanda. Radix deniq;, tempore Contagij populatim graßantis odorata (siue etiam mansa) aduersus Infectionē προφυλάκτικον salubre præbet: præcipue si Scorpione ascendente fossa, & aëre sereno fuerit siccata. In quem vsum etiam ex Succo vel ipsa radice, additis Aromatis & Odoramentis alijs, Pomum odoriferum formari potest.


Quæ perfectionem & formationem fœtus incipiant.

Intemperies seminis spiritusq; formator in semine vitiatus & corruptus.

Pomum odoriferum ad pestē.

CONSTELLATIO PECVLIARIS.

PLANTA hæc anno 1528 collecta est, a D. Friderico Strengero Medico & Physico excellenti: & præter vires commemoratas etiam alijs multis pollere deprehensa est. Tempore autem foßionis illius, Cælum positu Planetarum & Signorum (vt Figura apposita ostendit) talem fere faciem obtinuit.



Caput tricesimum primum.

DE CERVARIA SOBOLE, QVÆ ALIAS PHÆNICIA COGNOMINATVR, ET GERMANIS Schwefelwurtz, QVIBVSDAM VERO HERBATHVRVM, SED VVLGO PEVCEDANVM APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.



ERTIVM hoc Ceruariæ Genus, Priscis mea quidē opinione אילזנב *Ayalzanab (quod significatione cũ præcedentibus consentit) appellata, & in Palestina optimè nota fuit. An vero pro ea, quæ nobis Wasserrausch vocitatur, sit habenda, vix cuiquam videtur exploratum. Veruntamen inter dictiones* זאב *quod est fluere &* זנב *Zanab quod cauda, cognationis plurimum intercedere nemo non fatebitur. Cum autem Peucere, strepitum qualis tubarum in distantia longiore auditur, Dan vero brachium alterum Iordanis (qui fluuiolus hodiè Belenas dicitur, atq; vltra Cæsaream Philippi in radicibus Libani montis vbi oritur, cum sonitu & fragore graui, per rupes descendit) significet: atq; Planta ista ipsa (quemadmodum & Ceruaria mas) in Libano monte circa fontes Fluuioli dicti copiosissima*

NOMEN. אילזנב Ayalzanab. Coniectatio, qualis hæc herba fuerit apud Veteres, ex cognatione vocabulorum Zanab et Zaab.

Planta hæc in Libano monte prope fluuiolum Dan, magno fragore per petras ruentem, maxime frequēs prouenit. Peucedanum itaq; forte à Peucere id est strepitu & Dan primum fuerit appellatum.

SIGNATVRA GENERALIS.



CORPVS puerile corporibus Viri & Fœminæ (vtpote quæ vtraq; ex hoc in maturitatem absolutam consurgunt, idemq; ipsum vicißim gignunt) similitudine proximum cum sit: Ideo imagine ea ipsa, qua ante propagines venarum in partem corporis cum Virilis tum Fœminei inferiorem sese demittentes signauimus, etiam nunc Signaturam venularum corporis Puerilis, quæ à corde in omnes partes & membra inferiora diffunduntur, proponimus.

Peucedanum origine Hebraicũ quasi ποταμο δρομον, id est Wasserrausch vel Rauschdan.

Peucedani altera deriuatio à Peucetia regiuncula.

Quomodo hæc Planta vulgo, & gentium diuersarum linguis vocetur: Ambrosiana, Gratia Dei, Cauda suilla, Maxibatrum, Schwebelwurtz, Herbathurum, Peucedamo, Peucedame, Herbatum, &c.

piosissima proueniat: Quapropter à fluxu siue strepitu Aquæ & nomine Dan, Appellatio Peucedanum, quæ plerisque Eruditorum est familiaris (vt scilicet dicatur quasi Wasserrausch *siue* Ποταμόδρομον *aut* Rauschdan*) originẽ primam sumpsisse videri potest. Quanquam etiã à regiuncula Calabriæ (Peninsulæ illi⁹, in extrema Italiæ ora versus Affricam sitæ, & à Plinio quoq; libro. 3. capito: 5. atq; Historiographis alijs commemoratæ) quæ Authoribus multis Peucentia dicitur, extitisse queat. Porro Alij hãc Plantam non sine errore Capulariam, Ambrosianam, Gratiam Dei, Caudam suillam, & Maxibatrum appellarunt: Alijs Germanice* Schwefelwurtz *(ratione si calor eius immẽsus spectetur, nõ absurda) & Herbathurũ (nomine, cum radix odore th⁹ æmuletur, quoque non reijciendo) est nuncupata. Italis autem Peucedamo, Gallis Peucedame, Hispanis & Arabib⁹ Herbatũ, Bohemis Gelenykorẽ, Vadalis Iehlekoreyhn, Polonis Siarkakorzeyn, Anglis Horestrange, & plerisq;* Hörstrang *&* Harnstrang*, sed (quod minctus assiduos efficiat) recti⁹* Harnstreng Harnofft *&* Harnuil *Paracelso vocitatur.*

DIFFERENTIA VIRIVM INTER CERVARIAM Marem Sobolemq;, & inter Fœminam, ex etymologia nominum Peucedanum, & Tordylion.

DE vocabulo Peucedano vt quiddam hoc loco referam, facit faculteas Plantæ huius cum Mare cognata. Cum enim Peucere de sonitu armorum militarium (vtpote tubæ siue tympani) exponi queat, Respectu eius, appellatio Peucedanum Plantæ huic nõ male quadrabit. Nam quemadmodum tympanum militare siue tuba, iam iam cum hoste prælio conflicturo, alacritatem & (quod nemo inficias ibit) animum quoq; intrepidum & ferocem addit: Ita & Succus Plantæ huius, exemplo Maris iram in hostem conceptam magis exasperat, impetusq; feruentiores ad certamen efficit. Non itaq; cui mirũ fuerit, si Mari & Soboli nomen Peucedanum, quasi ἐπὶς πικίας (vel πικρίας) ἀμειψμός, id est mutatio acerbitatis, Fœminæ vero Tordylion quasi Καρδίλεια (quod affectus iracundiæ tumultuantes cohibeat & tranquillitati restituat) à Vetustate rerum naturas diligentissime scrutata, factum putetur.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS CERVARIÆ SOBOLIS.



FORMA. Radix.

RADIX plantæ huius, inter reliquorum Generum fere maxima est: foris cute in cinericeo nigricante & fibris prolixioribus obducta, intus candida, succosa, mollis, & odorem (quãvis eũ aliqui, significationem nom inis Peucedani & amaritiem forte respicientes, grauem dixerint) iucundum suauẽ, exẽploq; reliquorũ Geneum thus in vtriculo cõcussũ imitãtẽ spirãs: ac cespite deniq;, qui forma caudæ ceruinæ versus caulẽ rectà surgit, in capite itidẽ vt Species reliquæ insignis.

Caulis

Caulis (vt dictũ) satis robustus, sed gracilis tamen concauusq; existit: & virore eleganti, atque multitudine surculorũ syluosa nitet: ab radice vero coliculi quidem aliquot alij consurgũt: Sed hi, quanquam similiter Adnatis syluescãt, proceritatem tamen eius non assequũtur.

Herba

Herba vt Ferulæ longiuscula est, & tenuifolia, atq; agmine dẽso vndiq; per caulem sparsa: nisi quod foliola densius succrescunt, & robustiora simul

MODVS DESTILLANDI.

A PLANTIS præscriptis tribus ea inest naturæ proprietas, vt Subtilitates earũ nõ vno tantũ modo, sed pluribus (sursum nimirum & deorsum) possint educi. Nam siue antrorsum siue retrorsum aut modo quocunq; alio elicitæ fuerint, tenuitate partium, purissimis & nobilissimis nunquam nõ conferri possunt. Ideoq; Modum destillationis earum, imagine Scytales siue Amphisbænæ (Serpentis illius bicipitis, cuius Plinius lib. 8. cap. 23, & lib. 20 cap 20. Dioscorides lib. 8. cap. 9. Aristoteles libro de generatione animalium cap. 3. & Aelianus deniq; lib. 13 cap. 28. meminère) ob similitudinem quam cum eo nobis visæ sunt habere, merito duximus adumbrandum. Nam quemadmodũ Serpẽs ille (quãtumcunq; sane Albertus contra Solinũ, eũ ἀμφικέφαλον neget) non solũ ob costas quoquo versus mobiles in vtramq; partem repit, videt, & audit: verum etiam cibum per ora duo capit: atq; (quod magis in eo admirationem parit) ex his venena duplicia (quæ odio capitali & ἀντιπαθείᾳ summa inuicẽ dissidere, atq; ita ἀντίδοτον siue Ἀλεξιφάρμακον sibi mutuo præstare certo constat) euomit: Ita ferè sese habent Plantæ tres commemoratæ: Dum prior in iracundia irritanda & exaggeranda, altera in eadem mitiganda: posterior vero μεσηγύ πορευομένη siue media via incedens, vim prioris quidem temperando corrigendo & leniendo, posterioris vero adaugendo atq; roborando, potentiã & efficaciam peculiarem declarat. Quæ cum ita se habeant, Subtilitates Plantarum istarum trium quæ in sublime educuntur, pro tenuissimis & in exercendis viribus lenissimis: quæ in latus, pro crassioribus atq; adeo robustioribus: quæ deniq; deorsũ siue per descensum, pro crassissimis et robore operationis validissimis habẽtur.

simul atq; etiam latiora euadunt, nec virore vndiq; respōdent: cætera vero Fœniculū quodāmodo æmulatur. Flores profert in locis quibusdam, præcipuè vero circa Palestinam (vt in Festo memoriæ Magorum antiquitùs consecrato, ibidem idipsum vidi) luteos, graueolentes, formaq; Anethi æmulos: Odor autem ille Succini tam similis est, vt nullius rei alterius magis: Ac perfectio eorum in loco commemorato (vt Incolæ referebant) incidit in tempus inter Pascha & Pentecosten medium. Semen in loco suo genitali maturitate absolutum, angulosū est & oblongū: atq; odore constat, nisi teratur ignauiusculo, sed acrimonia euidentiore linguam tentantium afficit: cumq; pinguiusculum sit, oleum (quemadmodum Anethum, Fœniculum, & Cuminū) si destilletur copiosum, immo ratione proportionis non solum sufficiens, verum etiam superabundans fundit. IN RADICE imperio suo vendicat, Sol partes quinq; cum quartis tribus, Mars duas cum dimidia, Luna tres cum totidem quartis. Cauli, herbæ, & floribus, qualitatis Solaris insunt partes quinq;, Martialis tres, Lunaris quatuor. Semen Sol obtinet partibus sesquisex, Mars duabus & quartis tribus, Luna itidem tribus cum totidē quartis. Atq; ita Tēperamentū Plātæ huius conflatū esse apparet, ex Sulphuris partibus sesquisex, Salis sesquiquatuor, Mercurij vero tribus: hincq; simul eidē naturā existere, calefaciendi, siccandi, & conseruandi. IN VSVM autem Medicum inde parantur, Oleum Behalah, Essentia, & Sal mordacitate corrosiua & penetrante præditum. FOSSIO radicis, cumq; hac messis herbæ & collectio seminis, in Marchia, Misnia, Saxonia, Pomerania, Ducatu Megalburgensi, Silesia, Bohemia, Brunswiga, Borussia, & parte quoq; Poloniæ, Eodem quo Fœmina tempore institui desiderat. Nimirum. Radix foditur, Sole in gradu Leonis vicesimo quarto, vicesimo sexto, vel vicesimo octauo, & Marte cum Luna in eodem Signo existente. Herba metitur mense Maio, Sole versante in Geminis, Marte vero in Leone, & Luna crescente, atq; cælo deniq; sereno nec pluuijs occupato. Semen carpitur circa diem mensis Octobris quintum vel septimum. Quod tamen tempus, cum positus siderum cum situ locorum varient, non vbiq; ad hoc negocium similiter confert.

[margin: Th... Temperamentum ... Sul... Sal ... Mer... Nat... Cale... Sicc... Conser... PRO... Phar... Oleum ... ξύντικο... Esse... CO... lato. Radi... ☉ in gr. 26. 28. ♂ & ☽ ... ♌ ... Radi... ☉ 5 ... ♂ 2 ... ☽ 3 ... Cauli... ☉ 5 ... ♂ 3 ... ☽ 4 ... Sem... ☉ 3 ... ♂ 3 ... ☽ 5 ...]

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS CERVARIÆ SOBOlis, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

θυμοξύντικον plantæ huius, surculis venæ cauæ in corpore puerili ferè omnibus, qui à corde vsq; ad pubem descendunt, proprium dicatur. Ad febres enim hecticas (quæ Causonas, longitudine temporis in humorem cordis tandem grassari eūq; depascere incipientes, vt plurimum comitari solent: ideoq; & Μαρασμώδεις siue tabidæ dicuntur) Auxilium præstantissimum existit. Nam habitū cordis labefactatum instaurat, spiritū vitalē roborat, humidū eiusdē naturale (quod partibus duabus principalib⁹, humore nimirum sanguineo & biliosо continetur) firmat, putrida consumit, inflammationem extinguit, & Affectus deniq; ei aduersos quoscunq; profligat. Sumitur ergo illud in hoc casu ex Aqua rosacea pondere drachmæ: idq; quotidie, & quidem ventre ieiuno. Essentia, Venis omnibus, quæ à Venæ cauæ diuisura per musculos fœmoris infra genua sese demittunt, ibiq; in ramos atq; fibras multiplices desinunt, deputatur. Præter virtutes autē, quas cum Essentijs Generum priorum habet communes, Syncopæ quoq; (Affectūi scilicet illi θανατοειδεῖ, qui non solum vincula facultatis vitam fouentis dissoluit: verum etiam harmoniæ & constitutioni hominis vniuersæ quam maximè aduersatur) egregie medetur: si Puerus ea correptis, partim numero guttarum nouem per pennam linguæ instilletur, partim arterijs, venis Temporum, et regioni stomachi inungatur. Sal plantæ huius, viribus ijsdē quibus θυμοξύντικον, Essentia, & Sal quoq; tam Maris quam Fœminæ, (singulatim tamen Affectui peculiari familiaribus) pollet: nisi quod robur eius in producendo effectu tanto est languidius, quanto temperie qualitatū dissimili à præstātia reliquorū Generū longius recedit. Quā ob causam (vt & ob materiæ suæ substantiam terrestrem) sanguini crassiorum & magis terrestriū partium, qui in venis à corde & Vena caua in subiectas corporis imi partes deriuatis vehitur, vsus eius consecratur. Priuatim autem (vt facultates quibus Salibus Maris & Fœminæ æquatur taceamus) contra Ægritudines cordis, à nutrimēti crassitie immoderata, atq; materia humorum crudorum ac terrestrium existentes, interq; hos præcipuè ad Melancholiam, siue animi ex atra bile agitationē,

[margin: THYMO... ξυντικον plantæ ... corpus ... febr... Febr... & h... quid ... SAL ... intra ... Ad ... Maras... febr... bris. Quomo... ESSENT... vsus ... Ad ... siue ... nem ... rium ... Syncopa... Affect... Affectus ... cholici ... cruditate.]

 somnio

somniorum item turbulentiam, nec non Incubum & Ephialten, efficaciam singularem obtinet: si in Filicis Fœminæ Aqua stillatitia, Luna ab vltima quadra ad σύνοδον tēdente, diluculo exhibeatur. Ac Præterea si cum Oleo Rutæ sumatur, cor quoq; pauidum exhilarat atq; reficit.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS CERVARIÆ Sobolis, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

RADICIS & herbæ vsus extra corpus. Ad Vir. San. Ar. Pu er. fir.

OLEI VSVS extra corpus. Ad { Vlcer. manantia capitis & faciei. Calculos.

Germanica huius Plantæ appellatio Harnstreng vnde sit.

Cautela. Pueri nimio Diureticorū vsu in Diabeten prolabuntur.

SALIS VSVS extra corpus. Ad pruritum dolorificum in pedibus & manibus infantum.

Decoctum radicis (cum neruos calefaciat, & multum humiditatum malignarum, quibus tenera corpuscula scatent, absumat) illitu infantes robustos efficit: atq; ijsdem (cum simul harmoniam Temperamenti æquabilē efficiat) Augmentum fœlix præstat. Herba cū folijs Fagi arboris, loco straminis in Culcitris cunarū supposita, Infātes maximoperè iuuat. Oleum *inunctione leuiore adhibitum, Vlcera manantia capitis & faciei exiccat: ac fluxū humoris lati⁹ grassari prohibet. Efficacior autem vsus eius redditur: si cum Butyro, in quo ouum vstulatione in pulueres redactum fuerit, misceatur. Simili modo Ventri inferiori Puerorum applicatum, Calculos promouet, & vrinam potenter ducit: Vnde ei nomen Harnstreng (quod alij supposita litera d, Harnstrang dicunt) factum fuisse opinor. Ideoq; vsus eius, cū mictus tam vehementer vrgeat, ne Pueri vitio Diabetico (vrinam in lectulos profundendo) assuescant, moderatè & cautè est tractandus. Sal ex Essentia illitum (inunctione Olei, vbi illitura desiccata fuerit, succedente) pruritum mordicantem pedum ex Sironibus (vt vulgo vocant) insidentibus tollit.*

Ὠοβουτυρον.



OLEVM siue potius Butyrum aut Adeps, cuius hoc loco fit mentio, tali ferè paratur modo. Butyrū vernum liquatur, & coctura à sordibus & fæcibus (quas alibi locorum Gleüren vocitant) purgatur: hincq; refrigescere & congelari sinitur. Ex hoc itaq; sumitur massa pondere Libræ, & in sartagine dissoluta optimè calefit, vsq; dum nidorem vredinis exhalet. Hinc oua viginti quatuor in eo tamdiu friguntur, donec nigrescant, & prorsus exurantur: Tandemq; pinguedo remanens, in Cucurbita ψυχοδόχῳ (siue rostrum Spina D laxata aerē emittens hauriētq; gerente) B. per Alembicum A ad Receptorium C, Destillatione vulgari traducitur. Pinguedo hæc siue Butyrum, in multis rebus vsum comodissimum præstat.

ἘΝΕΡΓΕΙΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS PEVCEDANI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

DOCTRINA Veterum de qualitate & virtutibus huius Plantæ.

VSVS SVCCI: Ad { Stom. & san. purg. Sud. pro. Ven. refri. Calculos.

Veteres huic Plantæ tribuerunt qualitatem calidam & siccam: minus tamen quam Succo, quē præstare indicarunt. Quo si Subtilitates (vt videtur) intelligunt, bellè illis cum Paracelso non solū de qualitatibus primis, sed & odore Succi recentis (quod scilicet is caput tentet & Vertiginem moueat) conuenit. Porrò, succus induratus ex aceto potus, stomacho & sanguini purgādo cōmendatur. Vinum in quo semen tritū per diē naturalē fuerit maceratum, modo dicto adhibitum sudorem prouocat, stomachum cibis siue potionibus frigidis læsū restituit; atq; vrinam & calculos mouet.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS PEVCEDANI, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & compexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS PEVcedani extra corpus iuxta doctrinam Veterum. Ad { Vlce. sor. Squa. oss. Cica. ob. Sud. pro. Letharg. Vertiginē. Obst. spl. Spasmum Cephalal. Epilepsiā. Ischiam. Vlc. mal. Stran. vul. Serpentes Odontal. Ver. den. Ramice. Vmbcnti.

Radix arida, Emplastris & Vnguentis Vlcerum atq; Pustularum salubriter miscetur: nec in Potionibus vulnerarijs quoq; (moderatè his addita) vsum contemnendum obtinet. Puluis eius, inspersu vlcera sordida purgat, ossium squamas detrahit, carnem generat, atq; cicatricem inducit. Radix cū Oleo Anethino trita & spinæ dorsi inuncta, sudorem prouocat. Herba atq; adeo Succus, cum aceto & oleo rosaceo si inungatur, ad omnes cerebri, neruorum & membranarum corporis Affectiones frigidas (vt Lethargum, Vertiginem, Obstructionem splenis, Spasmum, Epilepsiam, Dolorem capitis diuturnum, atq; Ischiam) commendatur: Quos effectus, etiam Oleum, Essentiam, & Sal (Diuina aspirante Gratia) præstare posse, Lector beneuolus non dubitabit. Radix sicca, illita quidem Vlceribus malignis optimum est remedium: Olfacta vero, strangulatu Vuluæ laborantes reuocat: & Suffita Serpentes fugat. Succus aurium doloribus cum Oleo communi instillatus prodest: cauis dentium exesis inditus, dolores eorundem mitigat, & vermes necat: atq; Ramici deniq; & vmbilicis eminentibus Infantium vtiliter illigatur.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS PEVCEDANI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Radix cum herba, Ioue in Cancro commorante si fodiatur: & minutim concisa in ceruisia veteri & syncera probe decoquatur, donec ex tribus Tertiarijs Sextarius remaneat: postea Succi ex Decocto Vncijs quinque misceatur duæ Olei vitri, vna vero Aquæ (siue phlegmatis) candicãtis ex Terebinthina cũ vino destillata: sicque inuicem mixtorum singulo vespere sumantur Ligulæ tres, Probatissimum id aduersus Tussim siccam, Obstructiones atque Putredines pulmonum, quæ pueris & mediam ætatem obtinentibus accidunt, auxilium præstat. Sin Luna in Scorpione existente fossa minutim concidatur, & cum vino rubro & bono ferè vsque ad humoris totius consumptionem (ustione tamen vitata) cocta, in pulticulam redigatur: ex pulticula vero illa cum cera recenti, Pessus crassitie & longitudine medij digiti formetur: isque Oleo radicis oblitus, Fæminæ obstructæ ex filo serico (ne à cauitate Vteri absorbeatur) in Muliebria immittatur, intra spaciũ horarum sex fluxũ mensium retentum prolicit: sed tamen vsus suppositionis eiusmodi, in Oppositione siue puncto Plenilunij est ininstituend'. Quod si vero auxilium ex ea queratur, Puellis pubertatem iam transgressis sed menstruis purgationibus adhuc destitutis, Tum primo drachmam Essentiæ, tempore vespertino post cœnam (idque dies tres ante Plenilunium) sumere confert: & (inunctione in loco calido præmissa) pãnos Oleo humectatos, spinæ dorsi & ventri inferiori circa vmbilicũ applicare: Aut etiam pulticulam Decocti commemorati cum cera in tabellam palmarem subactam, loco Pessi ventri anteriori & Verendis illigare.

VIS MAGICA Plantæ huius acquiritur aduersus Tussim & obstructiones pulmonum si fodiatur. ♃ in ♋

Planta hæc si fodiatur. ☽ in ♏ Menses obstructos tam puellis quam Mulieribus prouocat.

OLEVM VITRI.



CVM hoc loco mentio sit facta Olei vitri, præparationem eius, hoc loco breuibus exponemus. Vitrum bonum & syncerum (quidam Venetum solummodo probant, sed nihil refert, cum Hessiacum & Bohemicum, quemadmodum & Lothringiacum bonitate haud sit inferius) Penicillo ex lixiuio acerrimo mũdissime abluitur: & ad Solem (vitato ne pulueribus aut alia quapiam re contaminetur) siccatur: siccatum rudiusculè (donec arenulæ fragmentorum magnitudinẽ Milij aut Papaueris æquent) conteritur: contritum in Cucurbitam (ego vero sumptus vitandi gratia Fictili vitrato C. vtor) spargitur: serie stratorum alternata, panniculos lineos mũdissime elotos, siccos, & in particulas Grossi Francici latitudine concisas, interijciendo. Post Collum operculare B. cũ Alembico A. imponitur: & cõtentorũ humor per Alembicũ (diligẽti attentione ne vredine corrũpantur adhibita) in arena ad Receptorium D. prolicitur. Quo facto, Oleum coloris Citrini in Receptoriũ dimanat, quod Oleum vitri appellatur: & cum ex materia prodierit tam sicca, non solum opere ipso est miraculosum, verũ etiam vsibus multis accommodatissimum.

CAVTELA.

Radicem fossuros, siue herbam collecturos, aut semen decerpturos, diligenter cauere oportet, Dignitates Lunæ & Saturni in Angulis: nisi alter Planetarũ, aut morbi (contra quem Planta expetitur) Significator, aut οἰκοδεσπότης vel Dominus natiuitatis (dum curandus nasceretur) extiterit: Tum enim nihil obstat, quo minus collectio auspicatò sit instituta. Quemadmodum scilicet in historia Fæminæ contigit, in cuius fossione Saturnus Domum decimã tenuit. Nã cũ morbus & Personæ natiuitas illi situi quadrent, ideo is neque morbo neque auxilio adhibendo, atque ita nec Ægro impedimentum aut dispendium aliquot inijcere potest.

Quæ vitanda in fossione huius plantæ ♄ } in Angulis ☽ } &c.

Pessarium siue Suppositorium ex hæc planta.

Caput tricesimum secundum.

DE SESELI MARE, QVOD ALIAS MASSILIENSE ET SILER MONTANVM APPELLARVNT.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

De origine nominis Siler & Seseli (vnde id scilicet Plãtæ huic cõtigerit) apud Authores varios opiniões diuersæ existũt. Ex quibus Aliqui, quod Plãta ipsa cũ Ceruariæ speciebus duabus cognationis & similitudinis plurimũ habeat, Etymologiã illi' à Græco σείω siue σεῖσρον, id est motu strepero Aquarũ fluentiũ (vt Peucedani scilicet, de quo tamen Capite præcedenti abundè est commemoratum) deducunt. Alij vero eam ex dictione antiqua Silatum deriuandam putant. Veteres enim Vinum, quod radice siue semine Plãtæ huius conquassato esset conditũ Sensoriorum cũ purgandorum tum cõfortandorũ gratia ante meridiem

NOMEN. Duplex nominis Siler & Seseli etymologia. Prior a Græco σείω (quod alias est σέω) siue σεῖσρον: id est agitatione, quod ad aquarum decursus citatos in montibus nascatur.

Silatum dictum pro ientaculo.

Aetiologia cur Siler à Silatum videatur ortum, continens duas causas.

Prima coniectu ræ secundæ ratio.

Causa cur à sumptione Medicamentorum quorundam os concludatur.

Altera coniectu ræ secūdæ ratio, ex nomine Plantæ antiquæ, significatione huc alludente.

diem sumere solitos: idq; Cibi gen⁹ (pro eo q; alias ἀκράτισμος siue Iẽtaculũ dicebatur) Silatũ nominasse aiũt. Ratio equidẽ nequaquã absurda, aut (cũ Prisci, appellationes vtplurimũ vel à virib⁹, vel forma, vel loco natali desumpserint) contemnenda. Quod si enim se res ita habeat, fieri poterat: Quoniam post sumptionem Conditurae eiusmodi, os clausum habere solerent (quod et hoc nostro sæculo in sumptione Medicamentorum quorundã obseruatur) ne scilicet vapor spirituum in quibus vis efficaciæ recondita est, per os, sed potius in cerebrum & facilius & fortius euolaret (præsertim cum Plantæ huius generis omnes tres, capiti & Spiritibus animalibus sint amicissimæ) Vt à voce latina Silere atq; adeo græca σίγη, appellatio ista illi dimanarit. Sed vndecunq; sane origo existat, Palæstinis certè Planta quædã nomine שְׁקַטְגֶזֶר Schakatgezar (quod Græcis est Σιγόῤῥιζος, Latinis Radix silentij, Germanis Schweigwurtz) in vsu & notitia familiari fuit. Quæ siue hæc nostra fuerit siue diuersa, ratione tamen facultatis & efficaciæ præter causas reliquas, eam hoc nomine dignabimur: & nihilomin⁹, ne cui nebularũ quid offũdatur, ei nomẽ Seseli Massiliẽse siue Σέσελι Μασσαλεωτικόν, propriũ relinquem⁹. Epithetõ vero siue cognomen Massiliense (quod ei Diosc. li. 3. ca. 60. cum altero quoq; σφάγνον adijcit) inde esse dicitur: quod in vicinia Massiliæ, vrbis ad ostia Rhodani sitæ, maxima frequentia germinet: Quanquam, cum isthic Loci Anno 1549. versarer, nulla eius rei indicia aut vestigia potuerim deprehendere: quod tamẽ fortè in tempus anni, cum tum Ecclesia Festũ (vt vocant) Trium Regum celebraret, atq; alias etiam herbæ à frigore hyberno primum sese recolligere inciperent, potius videretur referendum. Enimuero quod Tractui dicto sit familiaris, pluribus Virorum præstantissimorum testimonijs satis fide dignis, longè ante est confirmatum. A me quidem inuenta est hæc Planta in sylua Zossena Marchiæ, & monte Dracocephalo (qui Germanicè Drachenkopff dicitur) in Ditione Megalpurgensi, nec non montanis Cerasinis Lusitaniæ ad fluuiũ Tincorio, locisq; alijs pluribus. Quod restat, dicitur ea Hippocrati quoq; Seseli nec nõ & Sili: Alijs (vt Ruellio li. 3.) pro Saxifraga maiore, de qua suo loco dicetur, habita est: neq; tamẽ nomẽ istud, ob virtutis cognationẽ, iniuria ei fuerit tributũ. Cæterũ Arabib⁹ Sisalios appellatur et Ascegeleos, Polonis Olesneck, Gallis Sermõtain, Italis deniq; vt Latinis Seseli.

PATRIA. Massili., Sylua Zossena. Draceph. mons Drachenkopff. Cerasini montes &c.

שְׁקַטְגֶזֶר: Σιγόῤῥιζος. Schweigwurtz.

Seseli. Sili. Saxifraga maior Ruellij. Sisalios. Ascegeleos. Olesneck. Seseli.

Cognomẽ Massiliense inde est quod in Tractu Massiliæ vrbis maximè frequẽs prouenerit.

SIGNATVRA GENERALIS.



CVM Planta ista, præ Partibus reliquis maximè domicilio animæ (sanguini scilicet) sit familiaris & cognata: Subtilitates autem eius, nihilominus Essentia sua qualitate propius ad crassum quã tenue, siue fixum quam volatile, id est, graue & corporeum potius quam leue aut Spiritale accedãt: Vel etiam (vt luculentius loquar) actiones virium suarum procliuius deorsum quam sursum exerant, atq; adeo initium efficaciæ circa Epar vtplurimum moliantur: Ideo eadem Venas omnes, quæ ex prima illa Naturæ Parentis distributione in imum corporis virilis ab Epate propagantur, signamus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS SESELI MASSILIENSIS.

FORMA. Radix.

QVALITAS SEPARAtio elemẽtorum Chymica, quæ ad notitiam qualitatis deducit vt vbiq; fæliciter succedat, requiritur. Ingenium et dexteritas iudicij cum industria et Φιλοπονία peculiari.

Radix habet. ☉ $5\frac{1}{4}$, ♂ $3\frac{2}{4}$, ☽ $3\frac{1}{4}$ part.

Caulis, Herba, flores. ☉ $4\frac{1}{2}$, ♂ $3\frac{1}{4}$, ☽ $4\frac{1}{4}$ part.

Semen. ☉ $6\frac{1}{4}$, ♂ $3\frac{3}{4}$, ☽ 2 par.

RADICEM Planta hæc habet longiusculam, rectã, profundè in terram descendentem, & odore aromatico, nec non colore candido constantem: Ex eaq; caulem erigit, procerum, robustum, geniculatum, ramosum, concauum: folijsq; præpinguibus, & Fæniculi ferè æmulis (nisi quod viror minus est intensus, odor vero penetrans & acris) vestitum. Flores ex candido quodammodo flauent, vmbellaq; Anethum referunt: ac, cum Planta ipsa, magna ex parte syluarum solitudinibus, & celsis montium infrequentatorũ iugis, atq; adeo conuallibus quoq; salebrosis (vnde Ruellio Saxifraga mõtana, alijs vero Siler mõtanũ, Alijs deniq; Fæniculũ mõtanum appellanda visa est) vtplurimũ innascatur, primum exitu mensis Iulij emergunt: Hisq; circa prima mensis Septembris initia, Semen longum & angulosum succedit: quod sub finem mensis Octobris maturitate integrè perfici solet. PORRO, In separatione elemẽtorum artificiali & methodica, ope intellectus seria diligentia & dexteritate scitè in rẽ intensi, nec nõ Ratiocinationis in rerũ quarumuis cognitionem penetrantis, et studij deniq; mentis, immenso eoq; continuo ardore naturæ inuestigationi inhiantis (quibus partibus tribus, Homo alia bruta omnia non solum vincit, verum etiam, vt Præses siue ἐπιστάτης gubernat) In radicem virium & qualitatum suarum imperium exercere manifestè percipitur, Sol quidem partibus quinque cum vna quarta, Mars trib⁹ cũ quartis duab⁹, Luna itidẽ tribus cũ quarta vna. Herba et Caulis Soli acceptas referunt partes sesquiquinq;, Marti quatuor cũ vna quarta, Lunæ tres cũ quarta itidẽ vna. In Semen vero (quod præter Examen Artis, gustus quoq; aperte prodit) qualitatis suæ imperio ven-



vendicat, Sol partes sex cum quarta vna, Mars tres cum quartis totidem, Luna deniq; duas. Cum itaq; constet: Calorem quemuis qui æquali tẽperie fuerit libratus, in Planta tam hac quam alia simili societate mutua sibi connexum habere triplex saporum gen⁹: inq; his vnum virtutis prærogatiua eminens: Nimirum, pinguem quem aliàs Sulphureum, acrem quem Saliosum, & subdulcem sed tamen adstringentem quem Mercurialem vocamus. Quapropter in Ista Mercurialis (ratione caloris euincentis, qui cuilibet rei Saliosæ à se probè excoctæ & humiditatibus suis spoliatæ, dulcorem stypticum siue saporem adstringentem inducit) postremas tenet: atq; ita Mercurio non plures quam partes sesquiduæ competunt. Sic, cum veritati naturæ consonum sit, Vbi humiditas nimium exiccatur, ibi Sal copiosius produci: In eadem itaq; continentur Salis partes quatuor, atq; adeo essentiæ siue Subtilitatis materia crassa, terrestris, & minimè tenuis. Pinguedo vero (cui nullus in Mercurio relinquitur locus, veruntamen ob caloris naturalis conuenientiã & familiaritatem nec non substantiæ dulcedinem veram, ferè cuilibet Sali reperitur cõiuncta) aperte prodit Sulphuris partes sesquiseptẽ. Hoc ergo modo Temperamentum Plantæ totius, naturã siue facultatem acquisiuisse apparet, rarefaciendi, aperiendi, & (licet Subtilitates crassum & terrestre quid trahant) quoq; penetrãdi. RADIX, si ad ἀποφλεγματίσμους siue fluxiones & pituitam è capite educendam desideretur, foditur die mensis Septembris, duodecima, decima octaua, & vicesima quarta: Sole nimirum in Libra, Luna vero (cum cerebro præsit) in Domo Martis, gradu nimirum Arietis decimo, duodecimo, vel decimo quarto commorãte: Hoc enim pacto Vis & ἐνεργεία eius humorem Fluxionis ad descensum impellit, eiq; viam egressus aperit. Herbæ & flores bonitate maximè vigent, & efficaciæ præstantia præpollent, circa diem mensis Iunij, vicesimum quartum, vicesimum sextum, & vicesimum octauum: Sole in vltima Decade Cancri, & Luna in gradu Arietis, sexto, octauo, duodecimo siue decimosexto, in Mansione vicesima octaua existente. Semen carpendũ est, circa diem mensis Septembris, secundũ, quartũ, vel sextum: Sole in Virgine, & Luna in gradu Arietis vicesimo, vicesimo secundo, & vicesimo sexto, in mansione prima decurrente. PRODVCTA, quæ ex hac planta artificio Destillationis solertis acquiruntur, sunt: Ἀλεξητήριον præstantis efficaciæ: quod, cum præcipuè pituitam capitis per meatus à natura deputatos (inq; his per nares maximè) expurget, nobis Hebraicè Schiluach id est Ἀποφλεγματιστικὸν siue Παροχετευτικὸν vel Humorilicium dicitur, nec non Oleago, & Sal

quoq;

Natura siue facultas ex qualitate siue conditione partium physicè explicatur; estq;
Rarefacere.
Aperire.
Penetrare.

CONSTELLATIO.
Radix quando fodienda.
Mens. Sept. 12. 18, 24.
☉ in ♎
☽ in ♈ G. {10. 12. 14.}

Saporũ in quolibet temperatè calido Species tres existunt: & pro excellentiæ suæ conditione copiam partium elementarium arguunt.

Herba quando metenda.
Mens. Iunij D. 24. 16. 20.
☉ in vlt. Decad. ♋.
☽ in g. ♈ {6 8 12 16}
Mansi. 28.

Semen carpendum.
Mens. Septem. D. 2. 4. 6.
☉ in ♍
☽ in g. ♈ {20 22 26}
Mansi. 1.

PRODVCT
Pharmaceutica
Ἀποφλεγματιστικόν.
Oleago, Sal.

MEDICAMENTI Schiluach parandi ratio.



MEDICAMENTUM hoc, nomẽ suũ שלוח siue (vt alij nominãt) מנהג Minehagh, id est (vt id vtcũq; græce reddidimus) Παροχετευτικὸν siue Ἀποφλεγματιστικὸν ab Aqualicijs siue ὑδραγωγοις, per quos humores ab vno loco in alterũ occulto meatu deriuãtur, est sortitũ. Artificium autem eiusdem parandi tale ferè est. Radix à sordibus omnibus mundata minutim conciditur, concisa diligenter exprimitur, succusq; qui inde colligitur reponitur. Hinc fæces residuæ, aqua tepida per dies tres macerantur, maceratæ denuo exprimuntur, atq; expressum quod est succo priori additur. Post hæc aqua alia affunditur, & post triduum elapsum Liquor expressione collectus itidem humori dicto aggregatur. Atq; sic consequenter, & Infusio & maceratio triduana, tandemq; expressio, (vsq; dum in Retrimentis siue brisa neq; odoris neque saporis quid reliquum fuerit) iteratur. Tandem vero segmenta illa, maceratione & expressione repetita exhausta, ollæ recenti inijciuntur: hacq; optimè obstructa & per dies nouem in fornace Lateritia siue Figulina igni feruentissimo prostituta, in cineres albicantes exuruntur. Qui postea (modo candorem cretaceum perfectè referant) succo collecto adduntur. Quod itaq; iam de radice factum, idem quoq; cum herba dum floret, & vltimo similiter quoq; cum semine agitur: & qui inde acquiruntur cineres & Succi, omnes simul in vnum vasculum coacervantur. His peractis, aggregatum illud colatura per Filtrum tribus vicibus quam diligentissimè defecatur: defecatum in Circulatorium conditur, & per dies decem in cinere calido Circulatur. Quo tempore præterito, materia contenta (si instar mellis spissescat & colorem aureum contraxerit) eximitur: humorq; in Balneo inde subtrahitur. Hoc facto, Oleitas in fundo remanet, quæ collecta in vsum reponitur.

quoq; nitore Cryſtallino candens, craſſiorum tamen partium & terreſtrium quodammodo nõ expers.

ἐνεργεία, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI MARIS, doctrina Paracelſica, animalis, ſubſtantialis, atque elementalis, in membris corporis virilis interioribus.

APOPHLEGmatiſtici vſus intra corpus.

Ad { Sang. ſcr. Pſoropth. Xiropht. Grau.cap.

Ἀποφλεγματιστικὸν ſiue Παροχετευτικὸν, Venis quibuſdam ac Tendonibus capitis & colli, quarũ origo ab epate & membrana eius dependet, conſecratur. Senes itaq; Αἱμαπτυϊκοὺς ſiue cruenta expuentes, ſi eiuſdem Oleo Sulphuris (eius quod colore ſanguineo rubet) proportione ἡμιολίῳ ſiue ſeſquialtera mixti guttæ triginta, quotidiè ſumantur, plurimum iuuat: et tum præſertim, ſi Affectus ille, vel ab ſanguine epatis putredine maligna vel ſuperfluitate vitioſa laborante, ſiue etiam à pulmonib⁹ (quas cauſas Auicenna & Paulus Aegineta recitant) originem ſumat, auxilium haud contemnendũ præſtat.

Ἁιμαπτύη. Senum vnde.

OLEVM SVLPHVRIS RVBICVNDVM.



CVM hoc loco mentionem fecerim Olei Sulphuris rubicundi, operæ precium facturus videor, ſi modum eius parandi, Lectori exponam: Res itaq; hæc ita ferè ſe habet. Sulphur viuum in pulverem tenuem redactum, cum aqua portione Olei Tartari miſcetur. Poſt in Vitro firmo, donec reſolutum in Liquorem tranſeat (quod ſpacio horarum trium ferè contingit) coquitur. Decoctum per Filtrum colatur: colatum Vitro alij infunditur: & lento ignis calore, vſq; dum ſicceſcat & ruborem ſanguinis grumoſi ſiue cõcreti acquirat, Digeritur. Hinc maſſa illa minutim teritur: & qui inde conficitur puluis, ſuper marmore A, in Cellam humidam ſtatuitur. Hoc facto, humor quidam tenuis ex lapide A, in vaſculum ſubiectum B, defluit. Qui per panniculos Vitro mundo infuſus, in cinere ſiue arena calida vſq; ad conſumptionem humiditatis ſi foueatur, Oleum tandem ſuppeditat, colorem rubicundum Carbunculi (eius quem vulgò Rubinum appellant) referens: & vſu facultatis ad plurima mirificè efficacis præditum: In cuius confectionem, Viri multi præſtantes magnis quidem impenſis atq; labore & ſtudio multiplici inueſtigarunt: ſed antequam Modus præſens pateſieret, nihil quicquam ſolidum adinuenere.

Pſorophtalmia & Xirophtalmia quid.

Peculiaris quoq; eidem eſt vis, tam ad ψωροφθαλμίαν quam ξηροφθαλμίαν (quorum Affectuum alter quidem, pruriginoſa eſt palpebrarum ſcabies, alter Lippitudo oculorũ ſicca citra humoris effluxum, in qua oculus ægrè mouetur) ſi palpebræ ipſæ, tempore quidem decubitus eo molliter inunguntur: manè verò, phlegmate quod in Deſtillatione eius primo effluxit, abluantur. Idem cum Beta rubra per nares attractum, muccum ſiue pituitam craſſam, quæ meatibus cerebri infarcta, inſpirationem impedit, præſenter expurgat: viasque obſtructas aperit. Oleum, muſculis atque fibris quibuſdam

SALIS VSVS intra corpus.

Ad { Ictericum Picr ch. Eparicũ, Atrophiã, Regmatiam Epatis. Vis. hebe.

OLEI VSVS intra corpus.

Ad { Parotidas Otalgiã. Calculos, Epaticam Pleumo.

capitis, nec non Organis Viſus, quibus quædam cũ epate familiaritas ſiue cognatio intercedit, proprium conſtituitur. Numero enim guttarum triginta ſi ſumatur, os petroſum ſiue λιθοειδὲς eodem ſimul inungendo (idque dum humor Fluxionis deſcenſum molitur) Parotidas, ὠταλγίαν, atq; Affectus auribus noxios pleroſq; alios profligat. Põdere vero drachmæ, in hauſtu Aquæ quæ ex ſemine deſtillata fuerit ſi ſumatur (corpore à ſũptione calidis tegumentis opperto) defectum atq; impotentiam omnium Auxiliorũ λιθοτριπτικῶν ſupplet: calculoſq; ſolutos expellit, atque mitigationem doloris præſtat. Epaticis deniq; & Pleumonicis, ſi numero guttarum viginti quotidiè hauriatur (idipſum per dies ſexaginta frequentando) Remedio præſentaneo ſuccurrit. Sal, fibris aliquot Venarum, quæ ab epate ad Organa ſenſuum (& præcipuè Auditus) porriguntur, addicitur. Ex vino potum, Ictericis & πικροχόλοις (ſiue quibus flaua bilis excandeſcentia crebra redundat) medetur. Cum Oleo & Ἀποφλεγματισικῷ hauſtum, Epaticos, Ἀτρόφους, & quibus quoq; vena aliqua epatis rupta fuerit, iuuat. Nec paruam quoq; aduerſus ſurditatem aurium, viſuſq; hebetati caliginem, quã nimia fluxionũ copia efficit, opẽ affert.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELI MARIS, doctrina Paracelſica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis Virilis exterioribus.

VSVS SVBtilitatum extra corpus.

Tumorum ſpecies tres iuxta diuiſionem Recentiorum.

Ap. Ol. Sal. } ad { Ap. Pu. Ex.

Apoſtema apud Græcos vocabulum eſt omnibus tumoribus commune.

Productis Plantæ huius omnibus tribus extra corpus adhibitis, vſus eſt primo ad Tumores quoſuis præternaturales (ſiue hi Apoſtemata, ſiue Puſtulæ, ſiue Exituræ fuerint) accommodatus. Ἀποφλεγματιστικὸν enim, Emplaſtris ἐπισπαστικοῖς ſiue attrahentibus, aduerſus Apoſtemata ſiue Tumores maiores & grauiores applicandis miſcetur. Oleum Puſtulis ſeu Tumorib⁹ minutioribus (quos Bothor appellant) inungitur. Salis vero vſus diuerſiuſculus eſt. Exituris enim (quæ Latinis propriè Abſceſſus, Græcis Ἀποστήματα nominãtur) ſi cũ inflamatione ſiue Phlegmone ſint cõiũctæ, ex aceto roſaceo: ſin cũ frigore, ex vino auſtero, Abſinthio, et Aqua ardẽte in pãnis applicatur. Præter hæc, illa tri ain Maculis, Næuis, omnibusq; ſymptomatis mẽbrorum externorũ (in quibus ſcilicet ſolutio & diuiſura continui vel iam adeſt vel adhuc gignitur) tollendis, vtiliter in vſum adſciſcuntur.

Ενεργεία

ἘΝΕΡΓΕΙΑ.

EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI MASSILIENsis, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Qui ex Veteribus hanc plantam Cuminum pratense esse existimarunt (inter quos & Serapio existit) ei siccitatem & calorem quam primi ordinis paulò maiorem attribuerunt. Galenus libr. 8. de compositione Medicamentorum, itidem de qualitate eius calida testatur. Ruffus verò Medicus ei vim ἀντιφαρμακευτικὴν tribuit. Succus eius humores crassos, sanguineq́ concretum (si bibatur) discutere perhibetur. Idem (qui scilicet ex radice colligitur) tempore vespertino sumptus, ἀπεψίαν siue Facultatem stomachi concoctricem debilitatam instaurat. Decoctum seminis, herbæ, & radicis ex vino, haustum: Epar, pulmones, et Intestina, ab omnibus humoribus viscosis ac tenacibus exonerat: flatus occlusos exigit: simulq́ (ratione huius) Tormina Ventris soluit. Pari modo & aduersus Stranguriam confert, obstructiones pulmonum tollit, Tussim veterem expugnat: & Asthmaticis quoque (vt quidam volunt) plurimùm auxiliatur. Radix in ore gestata, pituitam ex capite copiosè trahit, mucoq́ educto meatus narium & ossis ἠθμοειδοῦς siue Cribriformis recludit.

DOCTRINA Medicorum veterum de qualitate & Virtutibus huius Plantæ.

Ad { Hum. cra. San. conc. Apepsiā, Tor. ven. Stranguri. Asthma, Tussim, Grau. cap. }

Ἀπεψία.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELI MASSIliensis, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.


Herba aceto decocta, circa coxendices & Os sacrum si applicetur, Calculos soluit et expellit. Eadem cum lacte caprino illita, sæpe cognita est maculas liuentes, quas in pedibus Ambusta (atq́ Vlcerationes quoq́ aliæ) relinquūt, extergere. Succus illitura adhibitus, Mariscas exiccare, crustasque iysdem detrahere perhibetur. Semen tritum & in Sartagine frixum, calidumque ventri Epithematis modo illigatum, στρόφους siue Tormina ventris sedat.

VSVS Seseli Massiliensis forinsecus adhibiti iuxta doctrinam Veterum.

Ad { Calculos, Cut. mac. Mariscas, Tormina. }

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS SESELI MASsiliensis, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Radix si adhibenda fuerit ad Morbos, quibus Saturnus præest (vtpote Icteritiam nigram, Εἰλεόν, & Catharros pernitiosos, siue etiam ad Calculos renum & vesicæ, Fluxionesq́ capitis quæ dentium dolores afferunt) foditur ea Saturno Dignitates suas gerente: id est siue Exaltato (quod in Libra accidit) siue Domum suam, quæ in Aquario est & Capricorno, tenente. Ita ad Vitia epatis & pulmonū, nec nō Spasmos & κάτοχον quoque, Herba metitur: Ioue non solum Dignitates, vt eas in Saturno recitauimus, verum etiā Fines & Triplicitatē (siue Trigonū) in Angulo vel Domo succedente sortito, cursumq́ secundum Signorum seriem dirigente. Similis ratio seruatur & in collectione seminis. Nam ad Menstrua prouocanda, siue Passionem Colicam, necnon obstructiones ventriculi, atq́ Intestinorum Ægritudines alias si expetatur, positus Lunæ in Angulo orientali siue Medio cæli, ad collectionem eius est captandus. Inprimis tamen etiam requiritur, ne Planetarum illorum trium aliquis, siue dum radix foditur, siue herba metitur, siue deniq́ semē carpitur, radiorū Martis Aspectu malefico (qualis est Quadratus aut Oppositus) impediatur: aut ab Angulis cadat. His itaq́ obseruatis, Subtilitates plantæ fossæ, ad Affectus cōmemoratos, tā intra quā extra corpus, pro conditione tēporis & naturæ Ægri adhibitæ (qua in re Medicus quilibet prudens iudicium adhibere sciet) haud absq́ fructu vsurpabuntur.



ELECTVARIVM.

QVOD modo de tribus Planetis, Saturno scilicet, Ioue, & Luna traditum est: Illud quoq́ tam de Planetis, quam membris & eorum morbis reliquis accipiatur. Porrò, Succus siue Gummi radicis huius longiusculæ & odoratæ (quod hoc loco quoq́ obseruandum venit) cum Saccaro selectissimo & Croco, coctura in Electuarium redigitur: Succo quidem pondere librarū trium, Saccaro vnius, & Croco vnciarū trium assumpto. Quod, dum Luna decrescit, si ventre ieiuno & tempore matutino magnitudine iuglandis sumatur, Auxilium est aduersus Affectus atræ bilis quoscunq́ (præsertim autem Delirium & Alienationem mentis) præstantissimum: & cor præterea roborat: idq́ ipsum spiritibus serenatis exhilarat. In fossione autem radicis, ad Delirium quidem, positus conuenientis Mercurij, ad refectionem verò cordis, Solis rationem habere oportet.

VIS MAGICA acquiritur huic Plantæ.

Ad { Icteri. ni. Iliacam, Catharros Calculos. }

♄ in { ♎ ♒ ♑ }

CAVTELA.

Ad { Epaticam. Pleumo. Conuulsi. Catochō. }

♃ in Dignitatibus & Directus.

Ad { Men. ob. Colicam. Ventr. & intest. ob. }


☽ in Angulo orient.

Caput tricesimum tertium.

DE SESELI FÆMINA, QVOD ALIAS ÆTHIOPICVM, ALIIS VERO GORDILION APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

NOMEN. Seseli latifolium Placentij. Guilhelmus Placentius Chirurgus.



Sisili. Seseli Aethiopicum Eruditorum vulgare. תשחזרע Choschizerah. Σιγόσπερμ. Silisemimium. Silherba.

PATRIA. Coniectura vni de appellatio Silherba descenderit. Silari fluuij natura. Hæc planta credita est esse Cuminum Regium Hippocratis. Hæc Planta cur inter Saxifragas relata. Taffila Toppe nomen herbæ peregrinæ.

SESELI maiusculum siue latifolium Guilhelmi Placentij Chirurgi (qui Imperatore Rudolpho Habspurgense, anno 1581 Veronæ claruit) etiã hoc sæculo, in quibusdam locis Palestinæ atq; circa Sinũ Persicũ [Arabic], Sisili, vulgo vero תשחזרע Choschizerah (q. Græci quidem Σιγόσπερμος, Latini Siliseminium reddiderint) appellatur. Quæ appellatio Plantæ huic nostræ haud malè quadrat. Quanquam Author modo nominatus (vt Autographũ ipsius testatur) docuerit: eam ad fluuium Silarum, qui inter Picentinos & Lucanos interfluit, eaq; natura prædit⁹ est, vt ligna õnia quæ hauserit, in lapidem transmutet (exceptis folijs & caule Plantæ huius, vnde ea sine dubio et nomine Saxifraga antiquitùs digna iudicata fuit) copiosè nasci: atq; ita præter deriuationes alias, ab hoc nomẽ Silherba deduxisse videatur. Porrò aliàs (vt herbæ aliæ multæ) à Patria Aethiopicũ dicitur: idq; nomen æquissimo iure proprium sibi vendicat præ alijs: Licet Dioscorides, Alijq; eruditione & Rei herbariæ peritiã eximia præstantes Viri, Plãtam ab hac diuersam hoc nomine exhibeant: docentes scilicet, Seseli Aethiopicũ, folijs Hederæ similibus constare. Prouentus eius, Germaniæ, atq; adeo toti Europæ (cum naturæ proprietate quadam peculiari, ad intensos illos æstatis calores, quibus herbæ aliæ omnes languidæ flaccescunt, ipsa diuersimodè alacrior et lætior insurgat) sanè non est familiaris. Quod autẽ ea ipsa, pro Cymino regio Hippocratis (quod alij de semine Ammios acceperunt) sit habenda, coniecturis id potius, quam argumentis firmis (ut alia plura) colligitur. Hoc autem constat: apud Aethiopas herbam extare, folijs robustis & Fæniculaceis, radice graueolente, cuiusq; semen lingua Abyssina Taffila Toppe (id est semen regiũ) appelletur. Quanquam verum sit, appellationem Toppe, etiam Plantis alijs, vnde isthic loci Acetaria conficiuntur, esse communem.

SIGNATVRÆ GENERALIS.
QVEMADMODVM capite præcedenti, in Historia Seselios maris, Figura apposita, surculos Venarum ab epate in subiectas corporis partes descendentes signauimus: Ita quoq; habitudinem partium earundem corporis Fæminei ad Plantam præsentẽ, ista ipsa adumbramus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS SESELI FOEMINÆ.

Occupatio. Thurneisserus aliud Seseli Aethiopicum exhibet quã vulgò Eruditiores proferunt.

Corcora. Mãdali oppidũ. Aethiopiæ.

Cur hæc Planta loco Seselios fæminæ statuatur.



Suspicabuntur fortè hoc loco Viri eruditiores & in cognitione plantarum probè exercitati, me Seseli Aethiopicum (quod ipsi ostendant, radice, caule, & folijs Caryophyllatæ, floribus vero & semine Anethi siue Fæniculi montani) excludere: aut pro Seseli agnoscere nolle. Cuius enim pictura hic proponitur: eam in Conuallibus illis fæcundis montium Aethiopiæ, quæ inter Corcoram & oppidum Mandali interiacent, inueni; & Artis Examine solitò consideratam, eiusdem cum Generibus Seselios alijs, & virtutis & naturæ participem deprehendi. Effecit itaq; idipsum, vt ea in hunc locũ pro Fæmina videretur statuenda: Seseli Aethiopicò Eruditorum, in suã sedem (vt in sequentibus patebit) traducto. Ideoq; quod illud hic omittitur, ne vel obliuione præteritum, vel ex genere Seseliõn exterminatum putetur velim. Ad formam ergo eius quod attinet:

FORMA. Radix.

Radix quam Maris aliquantum est maior & succosior: foris fibris rarioribus sed tamen robustis capillata: & in longitudine quasi cicatricem quandam siue sulcum (qualem σχίσμα siue rima in Naturalibus mulierum, siue radice Saponariæ, quæ Germanis quibusdam Sperenstich dicitur,

Obseruatio Thurneisseri in radice huius Plantæ.

citur, aut etiam Valerianæ, quanquam non simili-ter profundā exhibet) ostentans: eamq́ (quod attentè obseruaui) plerumq́ versus plagam mundi Occidentalē vertens: extrinsecus nigricans, intus rubore quodam tenui & visum ferè fugiente (ita vt roseum corporis humani ferè exprimat) perfusa: odore (quo Pimpinellā imitatur) graueolens & penetrās: gustuq́ deniq́ amarulēto adstringēs, & qualitatis aluminosæ quid referēs. Caulis à radice ista exurgit non vnus (vt in Anetho aut Fœniculo) sed Stolonib⁹ pluribꝰ diffusꝰ: q folijs oblōgis & in viridi flauentibus, nec nō graueolētibꝰ cōfertim fruticāt: vt potius fruticē quā herbā repræsentēt. Seīna fastigijs scaporū colore flauo & Ammi seminibꝰ nō dissimilia, agminatim insistūt: ac initioq́dē, terna è singulo petiolo prostant: vbi vero maturitatē attigerint, à complexu mutuo diuelluntur. RADICEM (Quoniam calor naturalis in ea imbecillior est, ideoq́ & vis efficaciæ quam in præcedentibus remissior) Sol tenere apparet partibus quatuor cum tribꝰ quartis, Mars totidem cum quarta vna, Luna deniq́ tribus. Herba qualitatis Solaris prodit partes quatuor: & cum materia terrestri siue (vt nos loqmur) saliosa cōstet, Martialis itidē quatuor cū tribus quartis: Lunaris vero (quæ Sali humiditatis aliquid plerumq́ addit) tres cum quarta vna. In semine imperio virium suarū vendicat Sol partes sesquiquinq́, Mars quatuor cū tribus quartis: Luna duas cum quartis tribus. Temperamētum itaq́ Plantæ cōstituitur, ex partibus Sulphuris Salis & Mercurij æquali temperie mixtis: Vnde fit, vt radix (quemadmodum & Semen) non solum in gustu sit grata & iucunda, verum & in vsu mitis, neq́ tamē inefficax. Cū enim sapor pinguis, salsus, & amarulentus, ab vno eodemq́ calore originē fumant: In hac Planta ergo, pinguis essentiam crassiorem, salsus mediocrē, amarities cū acredine tenuē arguit. Eamq́ ob causā, in corpꝰ humanū adhibita, vim habet calorē naturalē fouendi potiꝰ, quā augēdi aut acuēdi: potēter vero expellendi, et interna corporis ab humoribꝰ viscosis & mucco inueterato expurgandi, & insuper instaurandi: vt hac ratione, à Veteribꝰ haud iniuria Saxifragarū numero adscripta videatur. Porro cū Seseli hoc Aethiopicum, inuentu in Europa quidem admodum sit rarum, in Asia vero & Africa (vbi Herbæ citius maturantur) perfrequens, RADIX itaq́ rectè foditur

Semen. ☉ 4 $\frac{1}{2}$, ♂ 4 $\frac{3}{4}$, ☽ 2 $\frac{3}{4}$ part.

Temperamentū Sul. 4, Sal. 4, Mer. 4 par.

Caulis.

Qualitas saporum arguit conditionem substantiæ in planta.

Semen.

Natura siue facultas. Seruans. Expellens. Instaurans.

QVALITAS Radix habet: ☉ 4 $\frac{3}{4}$, ♂ 4 $\frac{1}{4}$, ☽ 3 par.

Herba. ☉ 4 $\frac{3}{4}$, ♂ 4 $\frac{1}{4}$, ☽ 3 $\frac{1}{4}$ par.

CONSTELLATIO.

DEFINITIO QVINTÆ ESSENTIÆ.

A PHILIPPVS iste Tarde-sieruo, natione Hispanus, vrbe Antiquera Regni Granatensis oriundus, & professione Medicus multi vsus atq́ experientia referebat: Cū ãno a Christo nato 1515. ad solēnitatem Comitiorum Imperialium (à Maximiliano Imperatore, Sigismundo, Ladislao, & Ludouico, Regibus Poloniæ, Vngariæ, et Bohemiæ, Proceribusq́ Imperij alijs Viennæ Austriæ celebrandorum) cum Legatis Hispanicis venisset. Hincq́ postea digrediens, Regem Polonicum Toronā esset secutus: incidisse sese forte fortuna in Theophrastum Paracelsum, cumq́ eo colloquium breue habuisse: Sed tandem Varsouiæ congressu altero amicitiā (cōsuetudine priore contracta) redintegrata, ex Eodem, Quid quinta esset rei cuiuslibet Essentia (quā sibi antea egregie tenuisse visus fuerat) tā vt Discipulum & Tyronē studuisse cognoscere: & ab eo Methodosat documēta Medicamētorū artificiose & cōficiendorum & tractandorum plurima, eademq́ solertiæ & dexteritatis nec non vtilitatis immensæ plenissima, accepisse: atque inde τεχνησμάτων siue Inuentorum compendiosorum in Re medica exercenda haud vulgarium aliquot, Authoris ipsius manu descripta sibiq́ ex eo tempore quam charissima, adhuc asseruare. Ex doctrina ergo Homuncionis illius Heluetici (cuius & lineamenta, nec non proportionem & vestitum, atq́ sermonem quoq́ γραφικῶς repræsentare norat) Hispanus iste hoc quoq́ Artificium didicerat: vt ex plāta quacunq́, fructu aut ligno, spacio diei naturalis, Quintam essentiam educere posset. Verum Extractionem istam, qua ratione quaue methodo perficeret (quanquam plurima alia ab eo obtinuerim) mihi tamē nunquā coonoscere licuit. Cū itaq́ via Extractionis tā expedita, per ipsum nullo pacto mihi patuerit, Ideo aliam quandam eamq́ nihilominus Paracelsicam (explicatione breui, quid sit Quinta Essentia præmissa) loco huic putauimus inserendā. Est ergo QVINTA ESSENTIA nihil aliud, quam anima siue virtus cuiuslibet rei subtilissima, à Mixto siue corpore suo (in quo antea non oculorum acie, sed arte et sensu effectus solummodo perceptibilis, tanquam Spiritus vitalis in sanguine delituit) extracta: ac (si propriè loquamur) materiæ conditione, non solum (vt spiritus vitalis à sanguine) ab elementis tribus diuersa. verum etiam à partibus eorum tenerrimis & puritate nobilissimis selecta: & tamen à natura elementari longius remota, Essentia itaq́ dici possunt, tam Sal quam Oleum atq́ etiam Liquor. Sulphur enim suam habet Essentiam, Sal suam, Mercurius itidem suam: & tamen in quolibet horum, Elementa omnia tria concurrunt. Quanquam autem ex Sulphure Sal & Mercurius, ex Mercurio vero Sal & Sulphur, & (ἐναλλάξ) ex Sale Sulphur & Mercurius, quæ quoq́ Essentiæ sint, parari possint: tamen Essentiarum illarum vlla, neq́ ipsum Sulphur, neq́ Sal, neq́ Mercurius existit. sicut nec Elementum. Puritate enim & tenuitate elementorum sortem superants veruntamen ex Elementis vt materia extrahuntur: atq́ ex Spiritu crassiori in substātiam animalē commutantur. Essentia itaq́ Spiritalis atq́ animalis, à corpore composito si segregentur, nō solum inuicem hæ coalescunt: verum etiā vires suas fortius exerunt, quam dum omnes tres societate mutua coharerent. Materia enim Elementaris, vim Essentiæ spiritalis & animalis (suam dum admiscet) obfuscat, atq́ hebetat. Quando vero anima a societate spiritus diuellitur, simul quoq́ dirimuntur vires: & altera harum partium Essentialium vel grauiter debilitatur, vel in nihilum redigitur. Superstitum tamen quælibet (siue Oleum fuerit, siue Aqua) robur suum, quam dum in corpore suo teneretur vincta, efficacius exercet: A quo ceu fonte deducitur illud ipsum, quod dicitur: Oleum siue Liquorem, qui pinguedine careat, posse esse Essentiam: corpus vero elementare (siue pingue siue humidum id fuerit) minime. Ac concurrunt in re qualibet, corpusq́ (siue lapidem siue lignum, siue herbam, siue fructū) constituunt, elementa tria. quartam vero se his iungit quam diximus Materia. Quod si autem materia terrestris, omnis à corpore elementari separetur, producitur vel Oleum vel Liquor. Quodcunq́ igitur Productorū istorum, virtutem Spiritalem secum trahit, illud Quinta eiusdem Essentia existit. Quod autem ad Methodum Paracelsi attinet, docet ille, Quintam Essentiam ex Zedoaria educere hoc modo. Radices minutim concidantur: concisis vinum rectificatum (vt vocant) donec digitorum trium altitudine super eas extet, infundatur. Hinc Vasculum cōtinens, optime obstructum per dies naturales nouem in Digestione relinquatur. Tempore hoc elapso, materia contenta in cineribus vel arena calida, vsq́ dum nihil præterea humoris exudet (vitato tamen vitio adustionis) destilletur. Ex destillatione hac exceptum quod est, in Vitro recenti per Balneum traducatur: & tandem in fundo Quinta Zedoariæ Essentia residebit: quam postea prudentia Pharmaceutici rite asseruabit. Atq́ est ista Essentia Quinta (vt ita dicā) Liquoralis. Hæc Paracelsus de Essētia. Nunc meū q̃dā de Essentia Oleaginosa Experimentum, in exemplo Caphuræ proponā. Caphurā ego minutim concido: concisā Aqua Forti clarificata, & ex Halinitro & Chalchāto siue Vitriolo destillata, in Cucurbita immergo: Hinc Cucurbitā S. Tripodi impositā, in

Radix fodienda M. Maij D. 16. 17. 18.

♂ in gr. 5 {♈ ♌ ♐} 6 {♏ ♋ ♍}

foditur circa diem mensis Maij, decimumsextum, decimumseptimū, & decimum octauum: Marte in Finibus (id est vel in gradu quinto, Arietis, Leonis, siue Sagittarij) existente: siue gradum sextum Scorpionis, Cancri, aut Virginis peragrante. Herba cum floribus metitur ineunte mense Aprili, Marte primam Faciem siue Decadem Arietis obtinente, & Luna lumine accrescente. Semen in locis commemoratis absoluitur, ex parte circa mensis Iulij initium, ex parte, circa eiusdem medium. Ideoque idipsum (quemadmodum Plan-

Herba metenda. Mens. April. ♂ in 1: Dec. ♈ ☽ *crescente*.

Semen carpendum. ☉ *in* ♌. ☽ *cresc. in gr.* {5. 7. 9.

PRODVCTa pharmaceutica. Apophlegmati. Oleago. Sal.

locum calidum per horas duodecim statuo. Hoc ergo modo Caphura liquata, vbi clara & limpida supernatat, eandem ab Aqua Forti separatam per Retortam destillo. Atq; ita promanat Oleum omnium pulcherrimum & iucundissimum, quod partium est admodum tenuium, & natura Spiritali omninò præditum: Sicq; Oleago Zedoariæ, quemadmodum hic phlegma, nihil virium consequitur: In prima quippe Destillatione Liquore, in posteriore Oleagine, Essētiam intra horas duodecim sibi vendicante.

tarum aliarum, in censu olerum numeratarū) in vsum metitur: Sole in Leone existente, Luna vero in Augmento gradū Signi dicti quintum, Septimum, siue nonum, in Mansione nona possidente. PRODVCTA Pharmaceutices Chymicæ ex Planta hac integra, eadem sunt quæ è præcedenti: Ἀποφλεγματίσικον nimirum, Oleago, & Sal colore luteum, gustu cum adstrictione quadam acre, ideoque naturam aluminosam quodammodo resipiens.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI FOEMINÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fæminei interioribus.

VSVS APOphlegmatistici intra corpus.

Ad {Concept. Diarrhœā. Dige. bo. Anorex. Ischuriam

Ἀποφλεγματίσικον itaque quod ex hac Plāta *cōficitur, epati, stomacho, & venis ijs quæ Receptacula seminis existūt, perq; substātiā Vteri diffundūtur: nec nō intestinis & partib⁹, quæ affinitatē aliquam cum his habent, quadamtenus dicatur. Plantam autem ipsam quidem, ad Cōceptionem siue Fœcunditatem aliquid facere, adhuc in Arabia & Ægipto vulgo putatur. Quomodo autem ad eam rem adhiberi soleat, ne cui occasionem aut ansam peccandi præbeam, expositioni illi consultò supersedemus. Quod enim legibus nec diuinis nec naturalibus consonat, id neq; in honestorum aut vtilium numero haberi potest. Hoc tamē experiētia docuit, & min⁹ turpitudinis abominādæ habere videtur:* Ἀποφλεγματισικον *huius, sinui Vuluæ muliebris ante Coitum probè si inungatur, idipsum Matricem totam expurgare: & vi sua adstringente simul perficere, vt collum ipsius arctius contrahatur & conniueat: Quanquam dum Cassæ versarer, Philippum Tarde-fieruo (Hispanum, & Virum præstantissimum) audiuerim Virtutē istā etiā Essentiæ ex herba, radice & semine tribuentem. Ego vero (cum pinguedo omnis substantia spissior sit quā aqua, ideoq; calidior atq; adeo siccior) etiam Oleaginem istam ad vsum hunc adhibui: vimq; eius (quippe sicco quolibet, si acerbum habeat coniunctum adstringente, sin calidum attenuante atq; ideo expurgante) certò efficacem deprehendi. Porrò* Ἀποφλεγματίσικον *hoc, stomachum quoq; & Intestina roborat & calefacit: Diarrhæam coercet: Digestionem bonam præstat: & appetitum excitat: si Vesperi (Cœna scilicet quaq; peracta) numero guttarum decem, cum Spiritus vini crudi siue (vt potius appellare conuenit) Musti, guttis viginti sumatur: corpus à sumptione ad quietem componendo. Eiusdem æqua portione cū Oleo Terebinthino albo mixti, guttæ triginta nona quaq; hora si exhibeantur: Vreteras, ex vitio aut lāguore Virtutis expultricis, siue infarctu calculi in renibus generati obstructos, atq; Ischuriam hinc consequentem soluit.* Oleum plan*tæ huius, Virtuti Attractrici epatis & stomachi, nec non neruis &* Παραστάταις *(testiculis muliebribus assidentibus, ac Matrici famulantibus) atq; insuper aliquatenus Vesicæ quoque & renibus deputatur.*

GNOME. Quæ cum legibus diuinis & naturalibus pugnant, ex honestorum numero rectè excluduntur.

Quomodo Apophlegmatisticon conceptionem promoueat.

Ischuria ex calculis.

OLEI VSVS intra corpus.

PHILIPPVS Tarde fieruo (Germanicè Spatknecht) Hispanus, Essentiā Seseli Aethiopici commendat.

SPIRITVS MVSTI.



SPIRITVS ille musti Αὐτογέννητος *siue nullo ignis ministerio acquisitus, in Regionibus vinearū copia abundantibus, absq; labore aliquo singulari, & opera naturæ impulsu spontaneo sese mouentis potius, quam artificij exquisiti cuiusdam subsidio, ab Hominibus etiam rusticissimis, atq; Chemiæ omnis expertissimis, industria saltem & attentione qualicunq; adhibita elicitur, atq; paratur. Quando enim mustum recens, à Torcularibus in ædes transuectum, & transfusione per colum dolijs grandioribus conditum, inq; cellam repositum iam iam efferuescere incipit: & (quæ inter vindemiandum & exprimendum immixta fuere) sordium illuuiē immūdā (quales sunt Aranei, Erucæ, & Vindemiatorū ipsorū sordes ex manibus illotis, halitus afflatusq; maligni, necnon pituita guttatim è naribus stillans, & id genus spurcitiæ eorundem aliæ; ne quid de pedibus impuris dum vuæ calcantur, non solum Virorum, verum etiam Mulierum, Virginum, & Puerorum, munditiem haud perpetuam tuentium, necnon asseribus fædatis, ligonibusq; & Instrumētis alijs, ab Insectis & Reptilibus per noctem inquinatis: quorum omniū impuritas, in istud ipsum velut sentinam redundat, dicam) partim excutere, partim absumere, clariusq; limpidius & purius fieri incipit, Tum inquam, supra Orificium dolij B, collum fictile siue vitreum (idq; nouempedale) super hanc vero Alēbicum A satis grandē (ne quid vaporis aut spiritus exhalet) luto fideliter agglutināt: rostro vero Alēbici Receptoriū C. apponūt. Quo facto, ex vaporibus vini ascēdentibus, Liquor quidam aggregatur: qui, cū solius naturæ actu siue motu spontaneo sit genitus & acquisitus, Spiritus musti merito appellari potest.*

Menses

Menses ergo suppressos promouet, si corpore obeso quidem pinguiq́, & temperamento frigido atq́ humido præditis, cum Oleo Fœniculi, Asari, siue Petroselini: macris vero & calidioribus, cum Oleo Endiuiæ, & Scariolæ, siue seminis Lactucæ frequenter sumatur: & simul (siue temperamentũ adsit calidum siue frigidum, corpusq́ vel pingue vel macrum) collum Matricis semine Ammios, Galla Moschata, & Styrace suffumigetur. Præterea ad Vterum, Vinculis quibus coxarum ossib⁹ alligatur præter modum laxatis, Musculisq́ lumbrorum interioribus (qui Græcis ψόαι dicuntur) debilitatis prolabentem, conducit si quotidie, tam intra corpus sumatur, quam spinæ dorsi atq́ Locis Muliebribus inungatur. Cum Oleo deniq́ Melissæ æqualibus portionibus frequenter haustum, et subinde ad ignem siue Fornacem calidiorem inunctũ, Ischuria laborantibus & Nephriticis succurrit.

Sal huius, colore elegãter cãdicãte nitens, *arterijs quibusdam epatus, Ori siue collo Matricis, Meatibus vrinarijs, atque Vasis seminarijs, nec nõ testiculis muliebribus competit. Cum Apophlegmatistico itaq́ & Oleo pondere drachmæ æqualiter mixtum, calculos renũ et vesicæ comminuit: Tartarumq́ omnem, qui in cauitatibus corporis continetur resoluit: atq́ (cum simul sudores moueat) aduersus Hydropem & Podagram, diluculo quouis quantitate eadem vtiliter adhibetur. Cum cera vero & Tartaro albo vsto farinaq́ Oryzacea in Pessum redactum: Oleoq́ hinc irrigatum, ex filo serico Vuluæ si inijciatur, Vlcera Matricis emollit, aperit, expurgat: locoq́ affecto instaurato, sanationem* ἀναλγητὸν *siue doloris omnis expertem præstat.*

Μηναγωγία quomodo administranda.

SALIS VSVS intra corpus. Ad { Calculos, Ta. quē. Hydrop. Podagrã. Vlcerationes Matr. }

ψόαι musculi interiores lumborum.

Pessus ad Vlcerationem Matricis.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELI FOEMINÆ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis fœminei exterioribus.

Sal *modo proximè cõmemorato mixtũ, in Emplastro si imponatur, Bubones (Vlceratiões sue partium obscænarũ similes) in constitutione aëris calidiore ex Hominis impuri congressu Venereo contractas, sanat. Quod si Vnguento isti, Mercurij præcipitati citrini (vt vocant) pars vicesima accesserit (cum ille vi* σαρκωτικῇ *siue incarnatiua polleat) Pustulis quoq́ & Vlceribus cauernosis & depascẽdo serpẽtib⁹ luis Gallicæ inueteratæ medetur. Cum Oleo autẽ in Emplastra vulnerum recẽtium additum, sanationem lenem præstat: Veruntamẽ vsum eius manãtia, saniosa, & affluxu humoris* Ρευματισματικῶ *laborãtia, minimè admittere videntur. Humiditates enim attrahit: ideoq́ suppurandis et callosis omniũ maximè quadrat.*



MERCVRIVS PRÆCIPITATVS.

MERCVRII præcipitati (cuius vsus vulgatior est) parandi ratio simplicissima hæc est. Mercurius depuratus, atq́ per corium siue alutam expressus, in Aqua Forti vulgari (eoq́ probo, & ex partibus Halinitri quidem triginta, Vitrioli vero viginti quinq́, Aluminis deniq́ duabus destillata) resoluitur: inq́ eadem per noctem relinquitur macerandus. Hinc vbi imitatione Salis radiatim concreuerit, Aqua quæ iam colorem eleganter viridẽ induit, tẽpore matutino subsequẽti decolatur: ipse vero in Fictili nõ vitrato A Carbonibus viuis impõitur, et Cochleari B hinc inde agitatur. Hoc facto, Mercurius primo instar Adipis siue Butyri liquescit, atq́ in vasculo feruet: vbi vero vis ignis magis magisq́ intenditur, tandẽ durescit, croceoq́ colore nitescere & nidorẽ emittere incipit. Qui vbi suapte õnis expirauerit, materia indurata forcipe C. detrahitur: & quando refrixerit, in puluerem teritur. Atq́ hic est Mercurius ille præcipitatus, in administrationibus Chirurgicis notissimus & receptissimus. Veruntamen eius præparandi, modi sunt præterea alij duo, quibus plus inest artis, quos suo tempore recitabimus.

SALIS vsus cũ reliquis Subtilitatibus mixti extra corp. Ad { Pudenda. Panos m. Luē Gal. Vulnera. }

Cautela: vbi ab vsu Salis sit abstinendum.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI ÆTHIOPICI, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Plantæ huic, à Medicis & Physicis præstantioribus Scholæ Veteris, qualitas sicca & calida secundi Ordinis tribuitur. Decoctum eius ex vino potum, Affectibus frigidis Membrorum Generationi seruientium opitulatur. Locis vero Muliebribus inspersum, Matricem Ascendentem atq́ adeo suffocationem minitantem compescit: & Respirationem expeditã reddit. Idẽ calens exhibitũ, non solũ hominibus verum etiam pecudibus prægnantibus (& inter has maximè Capris) partus faciles præstat. Quæ res Eruditorum plurimos mouisse videtur, vt quam Plantam vulgo Geberwurtz *nominant, illi hanc esse crediderint. Radix hora ante Coitum deuorata, Autorum multorum antiquorum testimonio, Fœcunditati & conceptionis facilitati tam in Hominibus quã brutis conducere perhibetur. Decoctũ seminis & radicis, aduersus Epilepsiã & Mensiũ suppressionẽ opitulatur.*

VETVSTIORES medici quid vulgo de qualitatibus & viribus Seseli Aethiopici tradiderint.

Vsus Seseli Aethiopici. Ad { Affe. frig. vteri qua. Ascen. & suff. matr. Part. facil. Fœcund. Epilepsiã. Men. ob. }

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELIOS ÆTHIOpici, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Vsus Seseli Aethiopici extra corpus iuxta doctrinã Veterum.

Ad { Asc Mat. Men sup. Men alb. Concepti. Fœtum et secundas educend.

Aq a partu instante ex vtero descendens.

Radicis, herbæ, & seminis vino optimo decoctorũ vapor, Encathismate siue Insessu per inferiora receptus, Ascensionem Matricis prohibet: Menses quoq; Vteri frigiditate vel humorum crassorũ viscositate resistentes expedit: atq; eosdem præterea (quod sæpius contingit) vitio concepto in putrilaginem albicantem transmutatos corrigit. Idẽ per Infundibulũ in collum Matricis admissus, humoribus excrementitijs purgatis, fœcunditatem instaurare: semenq; Virile in locum sibi à natura deputatum successu fæliciori vt feratur, perficere perhibetur. Radix tempore partus, vbi Aquæ (vt vocant) Secundina rupta effluxerint, Vuluæ molliter si subijciatur, Experimentis certis deprehensa est, Fœtum atq; adeo ipsas Secundas extrudere: & labores deniq; nixus alleuare.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS SESELIOS FOEminæ, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

FACVLTATes vteri sani tres Attractrix, Nutriens. Expultrix.

Vterus muliebris sanus, atq; partium omnium spiritalium valetudine integra vigens, Facultatibus siue Potentijs (quas ei Creatoris æterni sapientia & Naturæ liberalitas communicauit) tribus maximè pollet: nimirum attrahente, nutriente, & expellente. Harum autem vna si deficiat, necesse est pro deficientis qualitate, vel in conceptione, vel formatione Fœtus, siue deniq; in Partu, vitium & peccatum aliquod enorme committi: Etsi enim Virtus Attractrix, semina vtraq; auidè arripiat: inq; locum suum proiciat, siue in sinus Vteri ritè recondat: Tamẽ nisi Nutritiua è vestigio ei operam suam iungat, aut præsentia perpetua assistat, fieri non potest: vt Fœtus omnibus numeris suis absoluatur. Sic: licet Attractrix & Nutritiua officio suo non desint, atq; conceptio successerit, Fœtusq; iam nutriatur: Omniũ tamen maximè periculum & difficultas imminet: Si Fœtu perfecto, Expultrix vel exclusioni nõ sit sufficiens, vel labore fracta & viribus amissis fuerit prostrata: siue etiam prorsus destructa & in nihilũ redacta. Defectus itaq; Facultatũ harũ triũ, si robore virium ad æquabilem temperiem reducto sit compensandus: siue absentia earundem, vigore pristino reuocato cõplẽda, Ad Attractricẽ ergo roborandam, Radix ista plurimum conferre cognita est: Si Marte in Signo Orientali, & quidem Virili, nec non calido & sicco fixoq; (Leone nimirum) existẽte, sit acquisita. Sin Nutritiuæ subleuãdæ expetatur, rectissimè fodi perhibetur, Ioue in signo Occidentali & quidem calido humido & aëreo (in Geminis nimirum) versante. Sin deniq; Expultrici promouendæ deposcatur, fodi desiderat: Venere in Signo mobili, Septentrionali, fœmineo & frigido humidoq; (in Cancro nimirum) versante. Quæ temporis obseruandi prudentia methodusq; in radicib°, herbis, & deniq; seminibus Plãtæ non solũ huius, verũ etiam aliarũ similiũ, fodiendis, colligendis, & decerpẽdis necessario est adhibẽda.

Ad perfectionẽ fœlicem Fœtus requiritur valetudo & fortitudo Facultatum Vteri omnium triũ coiunctim.

EXEMPLum radicis à Theophrasto fossæ cõstellatione peculiari ornata.

QVOMODo huic Plantæ vis Magica acquiratur, ad Defectus Facultatum Vteri instaurandos.

Radix fodiẽda. Ad Attractricẽ roborandam.

♂ in signo { Orie. Virili Cali. Sicco } ♌

Ad Nutritiuam. ♃ in signo { Occi. Cal. Hum. Aer. } ♊

Ad Expultricẽ. ♀ in signo { Sept. fœmi. Frig. hum. } ♋

SITVS PLANETARVM APPOSITIS conferendi.

SI quis in tempore futuro, veritatẽ Regulæ cõmemoratæ, Experimento cognoscere cupiat, Radicem hanc ad Affectum priorẽ quidẽ (Cui ad id tempus vsq; vita prorogabitur) fodiat, Anno 1581 die mensis Maij vicesima. Tum enim Mars Leonem ingredietur: inq; eodem Signo, vsque ad diem Iulij octauam anni dicti commorabitur. Ad alterum vero, die mensis Iunij decimanona: cum Venus tum temporis, in Cancro Domo sua vsq; ad diem Iulij decimamquartam sit commoratura. Cæterum, anno 1585, die Iunij decima octaua (συνόδῳ) Iupiter in Δωδεκατημορίοις Geminorum diuertet: inq; eodem, vsq; ad quartum diem Iulij anni sequentis resistet. Atq; ita tunc & spacij & otij quoq; satis offeretur, radicum harum quantamcunq; copiam colligendi & reponendi. Hoc tamen est vitandum: ne fossio (cũ tũ tẽporis Plãeta sit Retrogradus) inter vicesimũ mẽsis Septẽ. anni 1585, & decimũ sextũ Ianuarij anni 1586 suscipiatur.

PORRO (ne commemoratione futurorum, præteritorum nobis obrepat obliuio) Theophrastus Paracels°, Anno 1528. hanc radicem in vsum Medicum effodit. Quo tempore Pars Leonis decima fuit ascendens, cæluq; eũ quẽ Figura apposita exhibet, Planetarũ & Signorũ positũ obtinuit.



Caput

Caput tricesimum quartum.

DE SESELI SOBOLE, QVOD ALIIS CRETICVM ET PELOPONENSE, QVIBVSDAM VERO TORDYLION APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

TERTIVM Seselios genus, vt priora duo, voce tantum paulisper immutata, nobis Hebraicè דמחעשב Damahescheb (quod Græcis est Σιγόπιος germanis **Schweigkraut**) *appellatur. Cui cum descriptione respõdeat Planta quædã Priscorũ, nomine (vt idipsũ vtcunq. græcè redditur) Θεόφυτος id est* **Gottskraut**, *quod etiãnũ hodie apud Arabas extat (licet notitia Plantæ ipsius exoleuerit) vtrasq. non tam Specie quam nominis origine existere easdem, ferè ausim suspicari. Quod scilicet Hebraicum רמח Damah, initio vel expositione vitiosa in id trasmutatum (pro Damah id est σιγή silētio, δαίμων id est Deus reddito) vel è lectiōe etiã corrupta postea de tortũ: atq. ita demũ (cũ δαίμων vt alias apud Græcos per σίος Dialecto Æolica, ita apud Hebræos per dictionē אל El exponatur) adiunctione particulæ אל El ad Hebraicũ alterũ Heseb, nomen אלעשב Elheschebsiue etiam (per μετάθεσιν seu Transpositionem, quæ linguæ Hebraicæ est familiaris) Heschebel (à quo tandem nostra etiam appellatio Seseli fortè descenderit) constituta videatur. PORRO speciem Seselios præsentem, Peritissimi quique Rei herbariæ, Seseli Creticũ appellare consueuere. Atq. est id fortè hoc ipsum, cuius Cicero libro secundo de Natura Deorũ meminit. Plerisq. ob formam (vt puto) quam nos Ceruariam siue* **Hirschwurtz** *dicimus, esse putatur: sed falsò. Si enim ex descriptione Pli. libr. 8. cap. 32. Ceruas Seseli herba (vt in historia Peucedani est commemoratum) purgari referentis, id colligendum sit: miror sane, cum Crete & Peloponesus Ceruas non alat, quomodo ea in locis dictis Ceruæ purgari queant. Tria ergo solummodo genera Seselios, nimirum duo illa, quorũ historia iam est exposita, & hoc præsens quod tractamus (Dioscoridi qui quatuor Species numerat, sua sententia relicta) reuerà reperiri statuo: & Seseli Creticum atque Peloponense non Plantas diuersas, sed easdem existere. Licet non inficias eam, Seseli quoddam Aethiopicũ extare folijs Hederæ: sed an id sexu, forma, & virtute, speciebus Seselios vulgaribus respõdeat, alio loco (volente Deo) dicetur. Nomen certè Germanicũ* **Morenkümmich** / *id est Cuminum Aethiopicum (si ob appellationem pro eo sit venditandum) Præsenti quam sibi conuenientius gerit: cum quod Peloponesus hodie Morea dicatur: tum præterea in vtrisq. (Cretico nimirum, quod à me aliquando in monte Ida est collectum, & Peloponesiaco quod ad fluuium hodie Spirnaza dictum, in Arcadia effodi) naturas ex omni parte sibi inuicem similes & cognatas, idipsum experiendo deprehenderim. Omnino autem hoc genus, habitu Seseli marem repræsentat: nisi quod radix eius maiuscula est, folia verò ampliora, & folijs Absinthij marcore extenuatis persimilia existunt: Semina latiora & planiora euadunt: ac virtus deniq. Plantæ totius, cum odore & gustu, tum efficacia tenuiore quam priores pollet.*

NOMEN. דמחעשב Damahescheb, id est. Σιγόπιος. Schweigkraut.

Tria tãtum sunt Seselios genera.

CONIECTVra quomodo appellatio Damahescheb in Elhescheb (id est Schweigkraut in Gottskraut) fuerit mutata.

Seseli Creticum & Peloponense sunt eiusdem generis Plantæ.

Seseli Aethiopicum Eruditorũ huc nõ collocatur.

Occasio mutationis, expositio & lectio vitiosa.

Appellatio Morenkümmich quomodo huic Plãtæ conueniat.

אל El. אלעשב Elhescheb. Heschebel.

Ratio cur Seseli Creticum & Peloponense vna Planta sint non diuersæ.

Cicero lib. 2. de Natura deor.

Planta hæc quibusdam habetur pro Ceruaria sed falso.

SIGNATVRA GENERALIS.



VT descriptio Plantæ huius generis tam Masculæ quam Fæminæ, Imagine præsenti, Venas ab epate deorsum tendentes proposuit considerandas: Ita easdem partes in corpore imperfecto & Puerili, eadem hoc loco volumus Signatas.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS SESELIOS SOBOLIS.

RADIX Plantæ huic robusta est, duritiæ ligneæ quid referens, crassa, longa, atq. ex albo flauescens. Caulem ex se promit eadem vnicum quidem sed robustum, rectum, intensè viridem, in lõgitudine striatum, & aliquatenus concauum, multis articulis (è quibus singulis Adnata germinant, folijs magnitudine & crassitie Cicutæ similibus, seriatim vt in Tanaceto & Filipendula videmus conserta) geniculatum: herbaq. in parte ima (quæ à capite radicis, proximè è terra eminente pullulat) quam summa, & latius & densius luxuriantem. Semina huius, gignuntur vtplurimum in fastigio

FORMA.

Caulis & herba.

Semina.

Sul. 5. } Sal. 2 } part. Mer. 5 }

Odorgratus vnde? Herba.

☉ $5\frac{1}{4}$ } ♂ 1 } par. ☽ $5\frac{3}{4}$ }

Semen. ☉ 5 } ♂ 2 } par. ☽ 5 }

Virtus Plantæ. Rarefacere. Aperire. Expellere.

CONSTELLATIO.

Radix fodienda ♂ } in { ortu ☉ } in { ♋ ☽ } in { 1. □

Herba metenda. ☉ } in { ♌ ♂ } in { occi. ☽ } in { ♈

QVALITAS. Calor, humidum terrestre vehementius exurens auget amaritiẽ, siccitatem, robur & celeritatem virtutis: necnon salsedinem quoque.

Pinguedo & dulcedo iucunditate & salubritate principatum teneant.

Semen carpendum. ♂ in ♉

Mars in Tauro frigiditatem & siccitatem efficit.

PRODVCTa Pharmaceutica. Ἀποφλεγμα. Sal & Oleo. Radix habet? ☉ $5\frac{3}{4}$ } ♂ 1 } part. ☽ $5\frac{1}{4}$ }



caulis primarij, rarò in Adnatorum: eademq agminatim prorsus conglobata, et (veluti Panacis cuius historia Capite tertio pertractata fuit) foliacea, colore cinericea, odore acuta, gustu amariuscula, & siliquis præter hæc (scutula siue patinas duas, aduersis cauis inuicẽ fornicatim cõmissas referentibus) inclusa. AD QVALITATES quod attinet: Vt planta integra minus caloris quam priores, ita radix quoq eiusdem & semen, gustu minus amarulentiæ produnt. Hoc enim deprehenditur, non solum in Planta præsenti, verum etiam substantijs omnibus alijs: Quo materia terrestris fuerit adustior, eo magis amaritiem eius intendi: atque ideo & siccitatem potentiorem, & virtutem efficaciæ celeriorẽ, necnon robustiorem reddi: Sicut ab eadem causa, salsedo mordacior, atq ideo ingratior, nec non consolidationi quã dulcedo & pinguedo (cuius vsus in quouis casu omnium gratissimus est, saluberrimus, & vtilissimus) ineptior euadit. Hac ergo ratione, Radix qualitati Solari acceptas refert partes quinque cum tribus quartis, Marti vnam cum quarta vna, Lunæ quinq. Quo argumento, ea Sulphuris partibus quinq, duabus Salis, & quinque Mercurij constat: membrisq reliquis, bonitate & iucunditate odoris (cum temperamentum quodlibet proportione qualitatum æquabili constitutum, humiditatem aëream in Sẽsoria grata temperie exhalantem præstet) antecellit. Herba qualitatis Solaris possidet partes quinq cum vna quarta, Martialis vnam, Lunaris quinq cũ trib⁹ quartis. Semẽ è Sole obtinet partes quinq, è Marte duas, è Luna quinque. Natura ergo plãtæ totius est, rarefacere, aperire, & expellere. PORRO cũ in eadẽ humiditas calorem naturalẽ vincat, ideoq operatio viriũ mitior existat: Radix itaq Marte in ortu, Sole in Cancro, & Luna in prima Quadra (cũ hi Plãtas eiusmodi tempore, qualitate calida & sicca imbuant) meritò fodietur. Herba vero & flores (cum humido copiosiore quam radix abundent, ideoq et min⁹ caloris possideant) meti desiderant, Sole in Leone existente, Marte Occidentali, & Luna in Ariete cõmorante. Tũ enim virtus Plantarum siccando & calefaciendo fortius agit. Semen, quia ei calor inest acutior & quodammodo vrens: Ideoque corporibus Puerorum (vtpote humido copioso assuetis) haud ἀνάλογος siue proportione respõdens, Marte in Tauro versante (in hoc enim Signo qualitate frigida & sicca humo nascentia imbuit) in vsum carpatur. PRODVCTA Pharmaceutica ex hac Planta sunt, Ἀποφλεγματίσικον (sed virib⁹ quam Plantæ præcedentis infirmius) Sal tenue & aquosum, & Oleum crassum admodum, vnctuosum & terrestre.

MODVS DESTILLANDI.



A PARTES tenuiores essentiæ Spirituosæ, ex Plantis his tribus extrahẽdi, Via communissima & comodissima, modo perficitur eiusmodi: Quo Spiritus crassamẽtis et facibus terrenis immersi, non solum tenuiores & puriores euadunt: verum etiam natura sua agresti horridaq deposita (dum in sese ipsos frequenter repetitis vicibus reducuntur) mittori assuescunt. Nam dum motu assiduo circumgyrati in sese ipsos resultant, cruditatem et crassitiem omnem substantiæ suæ exuunt, & quicquid adstrictionis mordacis habent deponunt: vimq longè nobiliorem & salubriorem acquirunt. Etenim quoq situs ille ignis naturalis, humoribus nunquam non indefatigabilis, aquositatem naturam aluminosam resipientem & vsibus medicis ineptam, paulatim exhaurit: Ita, vt Subtilitates attenuatione assidua, non solum ab ea depurentur, verum etiam virtus latius diffusa, ad centrum propinquius contracta vniatur: & tenuior nec non potentior, atq etiam vsu insuper gratior reddatur. Quapropter modum Destillationis huiusmodi, Pelicano putauimus adumbrandum. Faces enim in ventrem A conduntur: & virtus Spiritalis & animalis, per collum rostrumq in pectus apertum, supra faces regeritur: ac Traductione tali, secundùm, tertiùm, immo & quartùm iterata, in vsum medicum corporis ægri tamen potius, quam delitias voluptatibus dediti (sumentibus enim Extractum hoc minus gratum est) paratur.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI SOBOLIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Ἀποφλεγματίσικον

ἀποφλεγματίσικον itaque Plãtæ huius, *cauitatibus epatis, & quæ huic accumbit Vesiculæ fellis, Ventriculiq́ parti infimæ, cum omnibus fibris & & venulis affinibus, consecratur. Ideoq́* στρόφους *siue Tormina ventris inferioris (quod malum Ætati iuuenili maximè, doloribus intolerabilibus infestum, ex cibi potusq́ vel cruditate, vel acore immoderato, vel ingestione nimia gignitur: interdum etiã Pueris, ex lacte vitioso, eoq́ animi subito excandescentis commotione vehementiore concreto, siue etiã aliquando ab frigoris iniuria aliqua, quæ omnia Spiritus flatulentos in inuolucris intestinorum excitant, enascitur) idipsum profligat: Si numero guttarum nouem, in haustu Aquæ Anisi stillatitiæ sumatur. Cũ Lactis vero Virginei & à Venere emulsi guttis decem, quantitate guttarum triginta, diluculo, & ventre ieiuno, ex Vino sublimato haustum (motu ambulationis, donec corpus sudoribus probè incalescat, cum Abstinentia siue* ἀσιτίᾳ *horarum trium consequente)* λύγμους *siue Singultus, atq́ motiones stomachi conuulsorias similes, compescit: Præterea etiã Orificio Ventriculi (vitio resolutionis & laxitatis cuiusdã, vapores crudos à cibis modo assumptis in cerebrum transmittentis) facultatem claudendi restituit: atq́ virtutem concoctricem, calore naturali eliso labefactatam instaurat: Si numero guttarum viginti, ante & post sumptionem cibi (quam bis tantum per diem, & quidem certo statoq́ tempore, mane nimirum hora decima, vesperi quinta fieri oportet) ex vino veteri, probo, & quidem tepefacto bibatur: Veruntamen antequam id ipsum fiat, Regio ab ima Vertebra colli inter* ὠμοπλάτας *siue spathulas decurrens, Oleo (de quo mox disseremus) in loco calido probè perungatur oportet.* Oleum humorib⁹, *in partibus commemoratis (Epate nimirum, Ventriculo, & Vesica fellis) contentis, dicatur. Catharros igitur viscosos & tenaces, è regione superiore in partes subiectas descendentes, incidit: & præcipuè materiam terrestrem humorum, in renibus cõcrescere prohibet. Quo nomine, Quidam Plantam ipsam, numero Saxifragarum haud iniuriâ adscripsisse videntur. PORRO pondere drachmæ cum Oleo Glycyrrhizeo & Mastichino æqualiter mixtum, Adolescentioribus ad* Δυσπνοίαν *ex pituita in pectus defluente genitam, efficaciter adhibetur: Si Mixtura hæc, hora quaq́ tertia, partim numero guttarum nouem detur sorbenda, partim circa suturas crany simul diligenter illinatur. Diarrhœæ quoq́ & Ventris Fluoribus immodicis eorundem, præcipuè autem Lienteriæ ex imbecillitate Facultatis Retentricis Ventriculi proficiscenti, necnon Deiectionibus saniosis & cruentis, siue Dysenteriæ (alias à cibis in Ventriculo putrescẽtibus, alias vero à sanguine venarum existenti) Remedium salutare præstat: Si pondere drachmarum quatuor, cum drachma dimidia Croci Martis, Olei Myrobalanini, & Succi Violarũ, drachmis singulorum duabus mixtum, tribus Dosibus (qualibet nimirum vice tres drachmæ) sumatur. Sal, parti Vẽtriculi inferiori, Intestinis, & Venis grandioribus epatis, destinatur. Cum ergo Sal omne, opera ignis naturalis, humiditate sua in Digestione spoliatũ, siccius euadat: Illud igitur corporibus tenerioribus (vtpote humido copioso eodemque crudo refertis) aptissimè quadrat. Ex vino enim Cretico quotidiè potum, Retentricem Pylori siue Orificy Ventriculi inferioris (q. sc. Intestino Duodeno proximè incũbit) lãguefactam instaurat: et (qui Affectum hunc est subsecutus) ciborum crudorum & necdum alteratorũ Effluxum siue Lienteriam, coercet. Ex Vini vero (siue Aquæ ex Herba stillatitiæ) Ligulis tribus, per dies duodecim dum Luna crescit, mane & Vesperi tepidum & quidem Croco pauxillo dilutum si hauriatur, Lithiasin dolorificam Puerorum, leuatione præsentanea soluit.*

CROCVS MARTIS.



CROCVS Martis, ex ferro Cretico, siue (si Cretici copia non detur) Norico, recusione frequenti diligenter depurato, & tandem limato, tali modo paratur. Primo, limatura ex Sale & calce viua (aqua dissolutis et in lixiuiũ redactis) probe lauatur: & à sordibus omnibus purgatur: lota vero in pelui Orichalcino, supra igne, agitatione continua (donec pro nitore argenteo, colorem aureum cæruleo mixtum contrahat) desiccatur. Postea in Aqua Forti vulgari lentius resoluitur: atq́ humore in arena calida per Alembicum vsq́ ad siccitatem traducto, reliquum posthac eximitur: atq́ dimidio Sulphuris flaui & boni admixto, cum aceto Rutaceo vel Sambucino, diligentissimè teritur: tritum in Fornace Reuerbatoria (vt vocant) huic negocio aptata A, B, C, per dies naturales tres Reuerberatur. His peractis tandẽ tollitur, et cũ aceto Rosaceo rubente tritum, in Trochiscos formatur: qui aëre desiccati, postea in puluerem tenuem moluntur. Atq́ hic est Crocus Martis, ad Affectum commemoratum vtilis. Eius vero in vsus alios præparandi modos plures, & quidem Methodo ab hoc variantes, in Operis nostri Parte sequenti sumus exposituri.

APOPHLEGmatistici vsus intra corpus.

Ad { Tor. ven. Singultus Rel. sto. Apepsiã.

Seseli Peloponense inter Saxifragas relatum.

Tormina ventris vnde eueniant.

Lienteria vnde?

Dysenteria vnde?

Lac Virginis è Venere.

Crocus Martis.

SALIS VSVS intra corpus.

Ad { Lienteriã. Lithiasin.

Pylori Retentrix labefactata.

OLEI VSVS intra corpus.

Ad { Catharros, Calculos, Dispnœã, Diarrhæ. Lienteriã. Dysenter.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELI SOBOLIS, doctrina Paracelsica corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

Quam

VSVS PLANtæ huius extra corpus.

Ad { Fur. ca. / Ver. ca. / Verrucas. / Spectra. / Som terr. / Aer. cont. }

Obseruatio Constellationum in collectione Plantæ, homini Christiano concessa.

Quam efficaciam speciebus Seselios præcedentibus, in corpore primum Virili postea & Fæmineo tribuimus: eandem etiam deprehenditur Præsens, in corpus ætate & viribus imperfectius exercere: Priuatim tamen his quoq; virtutibus pollet. Radix in lixiuio collutionibus adhibita, Furfures, Vermes, atq; Animalia fœda capitis quæcunq; profligat. Succus herbæ Verrucis tollendis vtilis existit, si Verrucæ recisæ vestigio cruentanti, continuo illigetur. Præter hæc quoq;, radix gestatu ex collo, Lemurum ludibria, & terriculamenta φαντάσματα in somnis, nec non aëris quoq; contagiosi noxas, auertere perhibetur. Cum autem hoc loco, multum ceremoniarum superstitiosarum in fossione simul adhibendarum imperetur, res illa nobis in dubiũ recidit. Quod si tamen temporis non sit negligenda Obseruatio (quæ nulli homini Christiano vitio dari potest) poterit sane radix in vsum talem, Saturno in Scorpione existente, & Signo illo Ascendente fodi.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELIOS PELOPOnensis siue Cretensis, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

VETVSTAtis eruditæ doctrina de Virtutibus & qualitatibus huius Plantæ.

VSVS Seseli Peloponensis intra corpus.

Ad { San. bon. / Spl. ob. / Pu. ob. / Re. ob. / Frigora. / Diabeten. / Lithiasin. }

Vetustas erudita, Plantæ huic tribuit qualitatem calidam & siccam: eamq; humoribus phlegmaticis superfluitate peccantibus discutiendis & expellendis commendauit. Radicis herbæ & seminis Decoctum ex vino, Pueris (si his exhibeatur bibendum) sanguinem bonum præstat, atq; Lienem, Pulmones, stomachum, & Renes expurgat. Cum Pipere potum, corpus ab algoribus & frigorum asperitate innoxium præstat. Quod Pueris ob temperamenti humiditatem facilè algentibus, Præsidium fuerit maximè accommodatum. Simili modo ad Διαβήτην Puerorum, qui continuè emissa vrina lectulos corrumpunt, plurimum confert. Idem deniq;, si cum melle defrutum fuerit, frequenter sumptum, calculos renum & vesicæ propellit: Quod Plantam istam, haud temerè in numerum Saxifragarum relatam conuincit.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS SESELIOS PELOponensis siue Cretensis, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

VSVS PLANtæ huius extra corpus.

Ad { Nœuos. / Mac. cut. / Ver. aur. / Incubum / Catharros / San. bon. }

Cum Seselios huius natura sit rarefacere & discutere, haud iniuriâ cutem tersam & candidam reddere docetur. Ideoq; Decoctum herbæ, collutionibus frequentibus Pueris si adhibeatur, sine dubio næuos et maculas, ex Morbillis, Exanthematis, siue Affectib⁹ alijs relictas, tollit. Seminis decocti vapor in aures receptus, Vermes ibidem contentos necat. Herba imposita, Pueris aduersus Faunorum in somnis terriculamenta, Amuletum egregium præstat. Radix ex collo gestata, eosdem à Fluxionum maleficijs tueri: & sanguinem bonum generare perhibetur.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS SESELI PELOPOnensis, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

MAGICA vis quomodo acquirenda Seseli Peloponensi.

Ad { Calculos, / Alienati. mentis. }

Certitudo prioris Virtutis ab Expertorum testimonijs.

Planta ista dum adhuc floret, in puncto Nouilunij effoditur: & aëri (humiditatum tamen cõtactu, & radiorum Solarium accessu vitato) exponitur siccanda. Hinc Vindemia appetente, illius minutim dissectæ libræ triginta, in Musti dulcissimi libris nonaginta (pannis Vasi superinstratis, ne humiditas aëria expiret) tamdiu coquuntur, donec vini pars tantum tertia (libræ scilicet triginta) remaneat. Tum enim Decoctum sepositum, spacio diei naturalis refrigescere sinitur: ac dehinc colatum, in Fictili donec instar mellis spissescat, coloremq; aureum acquirat (quod Tertiarijs siue Mensuris Francicis plenioribus tribus, adhuc residuis contingit) denuo coquitur. Reliquumq; optimè tectum in vsum reponitur. Huius ergo succi drachmas tres, cum Butyro salso & bono æqualis ponderis, & Allij nucleis siue spicis (tuniculis suis exutis, manibusq; immundis quam minimùm tractatis) totidem, contusione in mortario marmoreo in massam redegisse: eamq; eodem quo Planta fossa est (in puncto Plenilunij nimirũ) tempore sumpsisse: Omni ætati & sexui (de quo mihi Homines plurimi sortis haud vulgaris, testimonium perhibebunt) aduersus Calculos renum & vesicæ, Auxilium

lium præstantißimum ac efficacißimum existit. Idem etiam in libra Electuarij dicti (sed cum Selibra nucleorum siue Enascentiarum è Filicis Fœminæ radicibus Orientem versus porrectarum, & Ariete ascendente effoßarum, tandemq; vbi in particulas tenues dissectæ fuerint maceratarum, mixti) si Piscibus Ascendentibus hora quaque vicesima quarta, per dies triginta exhibeatur, Melancholicis sui oblitis, siue mente alienatis, rationem & intellectum perturbatum in statum suum reducit.

CAVTELA.

Hoc loco prudenter est cauendum, ne plantarum istarum trium, quas descripsimus, siue radix fodiatur, siue herba metatur, siue semē carpatur, in Horis combustis & inæqualibus: quæ digreßionē Lunæ à Coniunctione siue Oppositione proximè comitantur: & ab Astronomis vetustißimis Albutim dictæ, singulæ singulis Signis sunt attributæ, quemadmodum series subiecta monstrat.

1.				2.				3.			
1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
♈.	♉.	♊.	♋.	♌.	♍.	♎.	♏.	♐.	♑.	♒.	♓.

Obseruationibus enim aßiduis est animaduersum: Planta si colligatur in primæ Serici horarum aliqua, Vtenti (si modo Signorum iunctorum aliquod, Ægro nascente fuit Descendens) mortem decerni: Sin in secundæ, & Signorum alterum hora Natiuitatis fuerit Ascendens, vel etiam Præses membri affecti, ægritudinem diuturnam quidem, sed tamen deniq; in melius convertendam, & liberationem promitti: Sin deniq; in tertiam & postremam, & Signorum alterum hora natiuitatis in Medio cæli siue Domo decima extiterit: morbusq; debellandus, vel Signō horæ siue potius Planetæ fuerit subiectus, Ægro diuturnam cum morbo conflictationem, & tandem mortem ipsam significari. Quæ Regula siue Obseruatio, quanquam Multorum iudicio videatur peregrina & absurda: propter antiquitatem tamen & certitudinem, causarum naturalium testimonijs innitentem, non minus quam dies Critici (quibus Schola Medicorum vulgò plurimū tribuit) existimationis atq; authoritatis meretur.

Foßio in prima serie quid Ægro portendat? Mors certa.

Digiti siue Enascentiæ tuberosæ radicum Filicis fœminæ.

Quid in secunda? Diuturn. morbi, sed tamen liberatio.

Quid in tertia? Longus interitus.

Horæ combustæ & inæquales.

Veritas huius Regulæ, stat argumento antiquitatis, & causarum physicarum testimonijs.

Caput tricesimum quintum.

DE OENANTHE MARE, QVÆ ALIAS DIFFERENTIÆ CAVSA, FORTE NON INCOMMODE OENOSME APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

VNDE huius generis Plantæ, nomina sua apud Vetustatem obtinuerint, nostro sæculo equidem quis meritò miretur: ac potius plurimi, si ea in re coniectationibus multis anxiè occupari velint, reprehensionem diligentiæ inanis & superstitiosæ, ideoq; cum stultitia coniunctæ, quam nominis rectè peruestigati aut explicati laudem retulerint. Quid enim (quæso) forma Plantarum istarum trium, quod Labruscæ siue Viti syluestri similitudine respondeat, habet? Nisi id à curuitate caulis in Specie sequente (Fæmina nimirum) petere sit necesse. Quod tamen neq; ipsum, ad veritatem rei confirmandam, hoc loco argumenti sufficientis quicquam præstat: tantum abest, vt appellationis impositæ originem & causam veram monstret. Quod si vero cui appellationem Oenanthe, ab aue Oenanthe (de qua Plinius lib. 10, ca. 29. refert) fortè q; hæc semine huius vel purgetur vel frequenter atq; auidè vescatur, deducere libeat: non quidem ea res ratione prorsus carere videretur: si modo in his locis, vbi Oenanthe plurima prouenit, Genus quoq; auium illarum reperiri constaret. Ex qua nominis origine tam dubia, hoc etiā satis liquet: quam sæpe βοτανόγραφοι Veteres, præcipuè vero Theophrastus (qui herbæ huius historiam lib.6. cap. 2. exponit) & alij, nomenclaturas vsu vulgari Plebis (cæco impetu & sine ratione appellationes fingere solitæ) tritas, interdumq; à causa quam leuißima petitas, recipere: atq; Plantis describendis (velut adhuc hodie plurimis in rebus accidit) eas tribuere sint coacti: Quod etiam de nomine Botrys (quippe cui⁹ Herbæ odor, vino Rhetico generoso tam est similis, quam flores acinis vuarum, racematim atq; confertim congestis) similiter est factum. Cæterum nos Plantis his tribus, nomen Oenanthe siue Vitiflora relinquemus commune: Ita tamen, vt Nomine, Signatura, & Facultatū commemoratione, sigillatim paucis syllabis variata (quod studio facimus non nouitate indu-

NOMEN.

Plantæ tres sequentes, vnde nomen Oenanthe meruerint, coniecturis ambiguis potius quam Argumentorum rationibus fide dignis discitur.

Botanographi sæpe coacti sunt appellationes ab vsu communi vulgi petere: nō consilio sed necessitate.

Appellationes multæ à rebus ipsis recedunt.

Botrys.

Exemplum Etymologiæ quæ nomen Oenanthe ab Oenanthe aue deducit.

Pars Coniecturæ altera obscura.

Actiologia Authoris, cur Speciei cuilibet nomē peculiare addat, appellatione generis dimissa.

עַקְרוּזְפֶּק Hikarzepeck. id est. Κραυγόριζ. Strumaria. Kropffwurtz. Erdnüs. Fauerotes. Kippernuss. Pli. lib. 5. ca. 27.

CONIECTVRA altera de Etymologia nominis Oenanthe, ab vrbe Oenanthia siue Oenoāda.

PATRIA.

Sophia vrbs Sarmatiæ Asiaticæ.

Ptolemæ. lib. 5.

Coniectura tertia, à congerie racemosa verruculasum radicis.

inducta, Authorum Antiquorum sententias, audacia siue proteruitate quadam Gigantea, conuellendi aut censura asperiore damnandi, sed potius agnitionem plātæ cuiusq; ab altera, expeditiorem reddendi) in singulis differentiæ & diuersitatis aliquid percipi possit. AN ITAQVE hæ Plantæ tres, principiò vel à semine, vel herba, vel radice, siue etiam Vrbe Lyciæ Oenoanda (cuius Plinius libr. 5. cap. 27. meminit) nomen sint sortitæ: nec planè constat, neque etiam planè negari potest. Plantarum equidē, quæ à Patria dicuntur, plures extant. Ac præsentem, propè Sophiā Vrbē Sarmatiæ Asiaticæ, quæq; multis sæculis ante à Ptolemæo (libro quinto) Oenāthia dicta est, adhuc nasci, compertū habemus. Vnde, cū nec notitia nec vsus plātarum istarum sit vulgatus, in hoc negocio pro certo quod affirmetur, non datur. Hoc tamen de præsenti constat: Radicem ei esse tuberosam, & multis verruculis siue capitulis (propemodum vt vua acinis) consertam: atq; odore simul iucundo, sed tamē forti, et vini recentioris non dissimili, præcipuè dū viret, dotatam. Quam ob causam, alias Hebraicè עַקְרוּזְפֶּק Hycarzepeck (q; Græcè est Κραυγόριζος, latine Strumaria, Germanicè Kropffwurtz) Germanis alicubi Erdnüs quasi glans terrestris, Gallis Fauerotes, atq; Anglis Kippernus appellatur. Amat autem eadem, solo vtplurimū sicco & arenoso, aërisque liberè accedentis tepore mediocri fruente, nasci. Atq; à me quidem inuenta est, ad Lacum Podamicum in tractu montiū, qui Accolis der Rückſteig dicitur: item prope Veltkirchiū, & in mōtanis quoq; Croatiæ, nec non in Finlandia prope vrbem VVibnirg, atq; in montibus deniq; Castiliæ circa vrbem Olguerra, copiosissima, & viribus simul quam alibi præstantissima.

SIGNATVRA GENERALIS.



IN finem Libri huius, quem paucis capitibus (Plantas triginta sex, easq; corporis partes nō diuisas & vnicas, queādmodū Libri sequentis, sed integrales atq; adeo Principales, vtpote totam siue Ossium, siue carnis, siue venarum, siue cordis, siue epatis, siue Cerebri substantiam signantes, comprehendentibus) absoluimus: Atq; in Vestibulo Operis, loco Εἰσαγωγῆς cuiusdā siue Introductionis, ad intellectum Methodi nostræ Ἐμπειρολογικῆς, & Generum siue partium eius singularum dignotionem faciliorem, putauimus exhibendum, cursu Hypothesis nostræ æquabiliter siue ἰσονόμως deducto, Plantas tres contecimus. Quæ licet sub eodem genere contineantur, atq; Impressione & Influentia virtuali (vt ita dicam) Planetarum trium eadem simul fruantur: tamen quia id mensura & sorte inæquali agitur: Ideo secus atq; Aliæ aliorum Generum, qualitatibus, natura, atq; adeo efficacia quoq; vi dissimili, à se inuicem disiunguntur. Quapropter cum priori, Sympathiæ & familiaritatis aliquid cum Epate & cerebro intercedat: atq; eidem essentia tenuior (quæ naturæ spirituosæ & volatili proprius accedit) insideat: Venas ergo elatiores solummodo, atq; ab Epate ad Sensoria ascendentes ijsq; famulantes, necnon partes Spiritales alias omnes, quæ neruis & fibris partium illarum Organicarum, atq; adeo ἀναλόγως Cerebroq; & Epati Affinium cohærent, ratione conuenientiæ illius naturalis, hac Imagine placuit Signare.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS OENOSMÆ.

Oenanthe Sobolesab Officinis pro Saxifraga rubra venditata.

De differentia Oenanthæ huius & Filipendulæ variè est disputatum à Doctis.

Caulis.

FORMA.

Radix.

Herba.

Flores.

QVOD Planta præsens, à quibusdam pro Saxifraga rubea est venditata: & ab Officinis plerisq; eodem nomine adhuc exhibetur, atq; medicamentis miscetur, causam abusus eiusmodi (queādmodū aliorū similiū) Authoribus suis relinquimus agendam. Quomodo vero Oenanthe & Filipendula differant, id Viri quidam eruditione & notitia herbarum spectati, non sine disputationibus rixosis, ijsq; haud vtiq; ab errore vacuis, sufficienter explicarunt. Qua de re (quod fides nostra, in eorum, qui sententiam Dioscoridis rectè assequuntur, iudicijs, merito acquiescat) cum pluribus agendum non videatur: Loco itaq; hoc prætermisso, formā ipsam plantæ, quatenus ea nobis est perspecta, atq; vsum siue virtutem (in quo posteriore plurimum positū est) paucis exponemus. Oenanthe ergo hæc, tali ferè forma constat. Radix est carnosa, succosa, crassiuscula, in fibras longiusculas distracta: & tuberculis glandulaceis, in formam rotundam potius quam oblongam tendentibus, atq; (præterquam quod minora existunt) radici Pæoniæ Fæminæ nō dissimilibus, conspicua: foris præter hæc nigra, intus candida, subdulcis, & gustantibus grata. Quantitas eius dubia est, nec vbiq; gentium ac locorum æqualis. Nam in locis octodecim distinctis, in quibus eam mihi offerri contigit, quantitatem perpetuò variare vidi: ideoq; ei quantitas siue crassities certa, à nobis tribui vix posse videtur. Vt enim solum pingue nacta fuerit: ita fibræ tuberibus glādulosis augentur, & radix ipsa cum caule, omnibus partibus pleniùs absoluitur. Caulem eadem promit, robustum, crassum, & alibi locorum bipedalē, alibi tripedalē, concauū quodāmodo, succosum: atq; Adnata plura, non quidem ex Alarū sinu concauo, sed geniculis simplicioribus exerentē. Herba tenera, viridis, & habitu quidem eius, quam Sardoam dicunt, subtilitate vero folijs inferioribus Coriannj (nisi quod tenuior est) ferè similis spectatur. Flores exigui sunt, & foliolis quinq; candicantibus formam stellarem exprimunt. His vero flaccescentibus,



tibus, & exemplo florum aliorum decidentibus, succedit semen, planum quadamtenus, & siliquis fornicatis inclusum. Quod plerisq; in locis medio mense Iulio, alijs circa initium mensis Augusti formatur: Sed rarò ante mensis Septēbris med[illegible], maturitatē perfectè acquirit. RADIX, præter facultates quas ex terra parēte hausit, beneficio Ares (vt Paracelsico modo loquamur) id est Dispensatoris vel Dispositoris naturæ, vel Impreßione potius Influētiali (vt vulgo loquuntur) corporū cælestiū, qua substantijs ōnibus, Iliastrilis (vt Paracelsus loquitur) siue virtus occulta naturæ inferioris, mutuo virium suarum auxilio conspirantis inseritur, Qualitatis Solaris continet partes quatuor, Martialis quinq;, Lunaris tres. At Herba (cum minus sicca & calida existat) Soli acceptas refert partes quatuor cum vna quarta, Marti tres cum quartis tribus, Lunæ quatuor. Partes autem has vtrasq; temperamenti bonitate, atq; caloris siccitatisq; potentia, semen superat. Hoc enim Sol quidem vegetat, virium suarum partibus quatuor cum quartis tribus, Mars tribus cum totidem quartis, Luna sesquiquatuor. Coitus itaq; Partium istarum mutuus, temperamentum Plantæ huius constituit, ex Sulphuris purioris & defecatioris partibus quinq;, Salis nitidi & granosi partib9 quatuor, Mercurijq; optimè expurgati & coctura subtiliati tribus. Vnde fit, vt Planta ipsa, facultate polleat penetrante, adstringente, & instaurante.

Temperamentū Sul. 5, Sal. 4, Me. 3 par.

Natura. Penetrare, Adstringere. Instaurare.

ΚΟΛΛΗΤΙΚΟΝ EX HAC PLANTA parandi ratio.



MEDICAMENTVM hoc ἀλεξητήριον, quod nobis propter virtutis suæ adstringentis atq; sanantis præeminentiam, Hebraice quidem אסור Esur, Græce vero Κολλήτικον (id est Glutinatorium) dicitur, ex Radice hac modo qui sequitur paratur. Radix antequam vires suas genitales in herbam effuderit, in momento Constellationis modò commemoratæ effoditur. & (tam radijs Solaribus, quam aere vitato) continuò in taleolas digitales, per transuersum (ita vt caro & cutis exterior, in longitudine integra seruentur) dissecatur: Ac taleolæ istæ, situ recto in Ollam vitratam, & Liquores sibi commissos fideliter continentem, inq; medio patella ænea B. multis foraminulis pertusa interseptam, A, (vt in strue lignorum in Carbones exurenda fieri solet) donec ipsa impleatur, confertim componuntur. Hinc Ollæ huic Fictile aliud (idq; Orificiū āplitudine respondens, sed longè ventrosius & duplo capacius, inuersum (ne quid vaporum transpirare possit) superlutatur. Hoc facto, Olla inferior A. cum radice in eadem recondita, in terram (ita vt ea, Ollæ quoq; superstructæ C collum, altitudine palmi minoris tegat) defoditur: humi vero quicquid effossum est, id intra spacium circumuacuum reingeritur: atq; pedibus solidiusculè inculcato, arena altitudine sextantis inspergitur: atq; in ambitu Ollæ extantis & vacuæ, è longinquo igniculus accenditur: Is gradatim postea auctus, Ollæ (donec contactu eius viciniore vehementius incalescat, sed tamen non candeat) paulatim propior admouetur: Sicq; spacio diei naturalis fouetur. Post hæc igne amoto, & æstu deferuere misso, Olla effoditur. In qua, sub patella ænea, in fundo Ollæ A. (hic seorsim litera D, notato) Succus siue Liquor quidā reperitur: qui (vt immundities omnis inde segregetur) transcolatus, in Retorta (Alembico superimposito) igne tenui rectificatur: & meatu obliquo in transuersum siue latus ductus, phlegmate spoliatur. Quod itaq; in fundo remanet, & colorem mellis despumati & dulcedinem euidentem præ se fert, est Κολλητικον illud ipsum, cuius hoc loco mentio habetur.

CONSTELLATIO.

Author in tota huius Partis serie, vt aliarum rerum copiam variam, ita constellationum quoq; omnis generis exempla adducit.

QVONIAM AVTEM Capitibus præcedentibus, varios Planetarum & reliquorum syderum positus (quorum obseruatio in foßione radicum, meße herbarū, & collectione seminum neceßaria est) commemorauimus: Quapropter etiam hoc loco (vt Operis huius nostri Pars prima, nullius non generis exempla contineat) Plantis præsentibus tribus, cum (more ab ingenio præcedentium diuerso) qualitates habeat natura à se inuicē dißidentes, modos fossionis, collectionis, & detractionis tres, eosq; cuilibet accōmodatos, decernemus. Neq; tamen cum Parte Operis istius, indicationem Constellationum certarum, quæ Plantæ & morbo cuilibet quam maximè seruiunt, sumus terminaturi. Sed Methodi nostræ pars illa, in Libris etiam sequentibus, et Plantæ cuiuslibet historia (veruntamen, cum moles Operis in immensum accrescat, verborum ambitu contractiore) vt ante retinebitur. Radix ergo ista, primo foditur circa diem mensis Aprilis, sextum, octauum, aut decimum: antequam herba mole inualescat: ac multò magis antequam vlla florum rudimenta sese ostendant: Sole nimirum in gradu Arietis vicesimo octauo, vicesimo nono, siue tricesimo: Marte autem cum Luna in Signo eodem, & in Domo prima vel etiā in Libra cōmorātē: & quidē Ascensione Signi, quod Planetæ illi tenuerint, obseruata.

Plantæ præsentes, nec qualitates & vires, ideoq; nec constellationes habent communes. aut similes.

Semen.

QVALITAS

Qualitatum origo est ex Ares (id est virtute Influentiali) & Iliastrili siue virtute occulta naturæ συνεργοῦντ. siue cooperantis.

Radix habet ☉ 4, ♂ 5, ☽ 3 par.

Herba. ☉ $4\frac{1}{4}$, ♂ $3\frac{3}{4}$, ☽ $4\frac{1}{4}$ par.

Nota.

Cum moles operis descriptione Plantarum tam diuersarum iusto maior crescat, Pars historiæ subsequentis oratione contractiore sed tamen methodo eadem tractabitur.

Radix Oenanthæ maris fodienda:

M. April. D. 6. 8. 10.

☉ in 28, 29, 30 ♈ gra.

♂ & ☽ in ♈ vel ♎

♈ Ascend.

Semen. ☉ $4\frac{3}{4}$, ♂ $3\frac{3}{4}$, ☽ $3\frac{1}{2}$ part.

PRODVCTA pharmaceutica ex Planta hac. אסור siue Κολλήτικον. Oleum & Sal.

PRODVCTA Chemiæ Pharmaceutices ex hac Planta sunt: Liquor siue Succus, qui ob facultatem adstringentem ideoq; consolidantem, qua in Rupturis & in Vulneribus plurimum potest, Hebraicè, אסור siue Græcè Κολλήτικον (id est Glutinatoriū) haud immerito nuncupatur: Post hæc Oleū vstitidē salubris, & deniq; Sal iucundū, colore flauum, nec non virtute λιθοτρίπτικον *&* διουρήτικον.

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS OENOSMÆ, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis Virilis interioribus.

COLLETICI ex hac Planta vsus intra corpus. Ad { Pnig siue Incubum. Phreneti. Melanch. Hemicra.

ΚΟΛΛΗΤΙΚΟΝ, *virtutib⁹ & partib⁹ tā spiritalibus quā naturalibus, vsq; partim epati partim stomacho, & cerebro, neruisq; & Musculis, atq; adeo Virtuti Attractrici eorū seruietib⁹, cōsecratur. Primo ergo,* Ἐφιάλτῃ *siue Incubo (præludiū morbi Comitialis, Melancholiæ, & Apoplexiæ edente) infestari solitis, inq; somno vim sibi ab aliquo fieri putantibus succurrit: si Malo hoc correpti, dum Luna decrescit, modo mox commemorando, id quotidiè sumere aßuescant. Paribus portionibus cum Oleo Zedoariæ mixtum (dimidio Tincturæ Solis addito) numero guttarum nouem, dum Luna decrescit diebus singulis, & ventre ieiuno si hauriatur, Phreneticos et Melancholicos, quiq; in gaudijs medijs Sodalium conuiuantium, subito animum deijciunt & tristantur, restituit: mentemq; serenam in statu suo tuetur. Hemicraniam præter hæc idem profligat, si cum Oleo Anethino æqualiter mixtum, tempore vespertino (panniculo, qui aqua Rosacea Croco tincta, fuerit irrigatus, lateri affecto prius applicato) pondere drachmæ sumatur, corpusq; dehinc ad quietem componatur.*

OLEI EX hac planta vsus intra corpus. Ad { Hemipl. Paralysin. Vertiginē. Cholerā. Ictericiā. Pal. cord.

Oleum plantæ huius, *viribus atq; adeo partibus, vt spiritalibus ita & naturalibus, partimq; epati, partim Vesicæ Fellis, & neruulis cerebri cognatione quadam iunctis, & Virtuti Retentrici, proprium dicatur. Quantitate enim, drachmæ quidem cum portione pari Eßentiæ ex Helleboro nigro haustum: Sicilici vero simul venis Temporum siue Caroticis, Arterijs, & Saphea inunctum, partibus corporis (ob spiritus obstructione interceptos, & Functiones principes læsas) sensu motuq; destitutis (qui Affectus* ἡμιπληγία *atq; etiam* παράλυσις *appellatur) leuationem præstat haudquaquam contemnendam. Vertigini item præsentaneo remedio est, si quis eius cum Oleo Amaracino mixti guttis triginta, ventre ieiuno quotidiè vescatur. Corpori deniq; partim inunctione (primo circa verticem capitis, secundo pectus à iugulo vsq; ad os stomachi, hincq; circa regionem huic subiectam, manuum duarum latitudine) si adhibeatur, partim dū Luna decrescit, quotidie numero guttarū sexaginta, in haustu Aquæ Macis bibatur, Biliosis, Ictericis, & cordis Palmum patientibus magnificè auxiliatur: testante idipsum experientia, non sine prædicatione & commendatione Hominum multorum Illustrium, quorum nomen hic consultò siletur.*

Ἡμιπληγία & Παράλυσ. quid & vnde.

SALIS VSVS intra corpus. Ad { Catharros Aspe. art. & Oeso. exulcerat. Scir. Epa. Hepaticē. Spleneticē Cacochy.

Sal plantæ huius, *Viribus & partibus naturalibus atque Spiritalibus, simulq; Epati, Intestinis, & Cerebro cognatis, & præterea Virtuti Expultrici destinatur. In Succo itaq; Violarum ad ignem exiguum dissolutum, omni sexui ad Affectus varios, præcipue vero ad asperam Arteriam siue stomachū (vel Oesophagum) fluxionum ex capite in partes has descendentium mordacitate atq; acredine exulceratum, si Ægro exhibeatur lingendum, egregiè cōfert: malumq; efficaciter profligat. Nam etsi ipsum quoq; per se, qualitate acri et mordicāte præditū sit: causā tamē Tußis ex Catharris illis genitæ efficientē, nihilominˀ debellat. Ex Oleo vero Gūmi Amoniaci, tertio quoq; die pondere drachmæ haustū, Schirro siue duritiæ Epatis medetur. Præterea cū Salis Absintij drachmis quatuor, ex Solutionis siue Liquaminis vncijs quinq;, pondere semunciæ haustum (nullo intra spacium horæ cibo adhibito) Hepaticis, Splencticis, & Cacochymis Ætatis cuiuscunq; egregiè confert.*

Sal acre Catharros acres profligat.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS OENOSMÆ, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis virilis exterioribus.

VSVS OEnosmæ & Subtilitatum extra corpus. HERBAE. Ad { Stegnosin Hircum.

Decoctum herbæ & radicis ex vino, Στέγνωσιν *siue Obstructionem meatuum cutaneorum, vaporibus malignis atq; sudori egreßum præcludentem discutit: si corpus totum ante balneum eo perluatur, tandemq; Oleo perungatur. Vnde &* τραγομασχάλοις *siue Hircum olentibus (vitio temperamenti corrupti) atq; etiam Hydropicis vtilißimum existit.* Κολλήτικον *cum Oleo (æqualiter sibi admixto)*

maxillis

nona quaq; hora in loco calido maxillis semel inunctum, contra Σπάσμον κυνικὸν siue Conuulsionem Musculorũ mandibulariũ, qua non solum habitus oris deformiter distorquetur, verum etiam (vt Æ- tius lib. 6 cap. 30. docet) nasus, oculi, & (in summa) dimidia facies pars peruertitur, succurrit: & partes distensas atq; distractas, ad habitum siue statũ naturalem reducit. Cum Sale vero, Oleo præsenti, & Oleo Tartari, (hoc quidem proportione subtripla, illis pondere æquali admixtis) Eruptiones illas vlcerum modo rotundas, atq; cum duritie quadam rubẽtes, quæ Græcè ob cõformitatẽ ὄγκοι συκώδεις, vbi vero inueterauerint τυλώματα appellantur, & superficiem capitis atq; faciem vtplurimum occupant, si ijsdem vespere quolibet dum Luna decrescit, inunctione applicetur, sanat.

Σπασμὸς κυνικὸς quid? Aetius li. 6 cap. 30. Ὄγκ. συκω. Ficus.

ἐνεργεία. EFFICACIA, ATQVE VSVS OENANTHÆ maris, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

Physici eruditiores pleriq; veteris Sæculi, huic Plantæ omnes quibus Saxifraga rubea pollet, virtutes attribuere. Alijs facultates Filipendulæ possidere tradita est. Quibusdam in secundo, alijs vero in tertio calefacientium & siccantium Ordine visa est reponenda. Puluis ergo radicis tritæ, aduersus Asthma siue Respirationis difficultatem vtiliter sumi, calculos item rumpere & expellere, nec non stomachum refrigeratum calefacere: atq; Concoctricem labefactatam restituere perhibetur. Radix cum melle, coctura in Electuarium redacta, atq; (vbi linguæ aliquamdiu supposita fuerit) deglutita, ad Tussim veterem commendatur. Decoctum radicis ex vino, aduersus Stranguriam, atq; Vesicæ Vitia pleraq; alia, frequẽter et tepidum si bibatur, efficax habetur.

SCHOLAE veteris doctrinã de qualitate & viribus Oenosmæ.
Ad { Asthma. Calculos. Dispepsi. Tussim. Strangur.
ELECTVArium ex radice huius Plantæ.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS OENANTHÆ maris, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus & radix cum Aqua Rosacea frequenter post balneum corpori illita, næuos & maculas cutis extergere dicitur. Idem, siue puluis etiam radicis & herbæ (mihi vero Oleum potius, Vnguẽtis huc facientibus si misceatur, placet) in Emplastris ad vulnera recentia plurimum commendatur. Nec minus aduers^9 κριθὰς siue Hordeola, Clauosq; efficax habetur. Radix molita, sanguinis eruptiones immodicas sistere perhibetur. Succus herbæ, impositu Paronychijs & Reduuijs digitorum tam in manibus quã pedibus medetur: atq; dẽtes vermiculantes quoq; cauitatib^9 eorũ si inseratur, curat.

VSVS PLANtæ huius extra corpus iuxta doctrinam Veterũ.
Ad { Næuos. Mac. cut. Vulnera. Hordeol. Clauos. Hæmorr. Paronyc. Reduu. Ver. den.

NATVRALIS INCLINATIO ATQVE VSVS OENANTHÆ MAris, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

Pharmacostagmata siue Producta Medicinalia ex hac radice *(si ea tempore cõmemorato fossa fuerit) industria artis Chymicæ confecta, ad Affectus sequentes efficacia deprehenduntur.* Κολλητικὸν *cum Oleo Terebinthino æqualiter admixto, inunctione ante balneum (idq; Luna à Coitu ad primam Dimidiationem siue Quadraturam contendente, Sole vero siue in Geminis, siue Libra, aut in Aquario existente) corpori vniuerso, vel (si id non comodũ videatur) particulæ saltem eius alicui adhibitum, aduersus Conuulsionem haud dubiè subuenit: atq; priuatim Speciei eiusdem illi maximè, quæ à causa frigida & sicca, vel ab excandescentia & pauore subito proficiscitur: & membra in partem vtramque, cum rigore rectà intendit, ac* τέτανος *dicitur, aduersatur. Cum Oleo Euphorbij vero æqualiter mixtum, ad Spasmi speciem alteram illam, in qua ex repletione immoderata, humor in partes neruosas irruens, membra occupata antrorsum tendit, vel etiam fibras tantum aliquot neruorum infestat, et* ἐμπροσθότονος *appellatur, conducit: Si in balneo, sudore largius prouocato (idq; dum Luna à Quadratura priore ad Oppositionem properat: Sol vero in Cancro, vel Leone, siue Virgine commoratur) loco affecto siue etiam corpori vniuerso inungatur. Cum Oleo deniq; Rutaceo eiusdem quantitatis, dum Iupiter in Signo sanguineo, siue Morbis à sanguinis affectu vitioso prouenientibus præfecto (vt in Geminis, Libra, vel Aquario) versatur, musculis & neruis balneo probè emollitis*

VIS MAGIca substilitatum ex radice huius plantæ.
Ad { Τέτανο. Ἐμπροσ. Ὀπισθ.
Tetanos quando curandus?
☽ à ☌ ad 1. □
☉ in { ♊ ♎ ♒
Emprosthotonos quid & quãdo curandus?
☽ à 1. □ ad ☍
☉ in { ♋ ♌ ♍
SPECIES spasmi.
Tetanos quid & vnde?

emollitis, modo dicto corpori si applicetur (Salis tamen drachma, horis tribus ante inunctionem talem, prima vice ex Aqua Absinthij, altera Pulegij, tertia Iuniperi pota) in specie Spasmi tertia, quæ interdũ à causa calida, interdum etiam ab alijs generata, membra retrorsum intẽdit, & ὀπισθότονος dicitur, Auxilium salubre præstat.

Opisthotonos quid?

Caput tricesimum sextum.

DE OENANTHE FÆMINA, QVÆ NOBIS ALIAS GLEVCANTHON APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

NOMEN. תירושנצ Tiroschnets. γλευκάνθον Mostblust. φυγεθλόρριζον. Furuncularia. Trüswurtz.



Alterum hoc Oenanthæ genus, quod nos hoc loco ob odoris iucunditatẽ, Hebraicè תירושנצ Tiroschnets, id est γλευκάνθον siue Mostblust dicimus, Schola Theophrastica aliàs φυγεθλόρριζον, id est Furunculariam siue Trüswurtz appellat. Plinius vero lib. 21. cap. 24, Oenanthen quãdam describit, folijs Pastinacæ, radice magna, & numerosa, siue multifida constantem. Ea an cũ Apio Dioscoridis (quam ille libro 3. cap. 135. describit, Theophrastus Græcus vero ἰξάδα nuncupasse videtur) eadem sit, forma ipsa si consideretur docet. Quod vero Chamesyce existat (vt plurimorum fert opinio) Id non tam habitus herbæ, quam Floris (ne de odore aut virib⁹ quid referam) redarguit, atq; refellit. Porrò, Planta præsens, secus atq; Oenanthe mas (cui etiam viribus cedit) locis prouenit humidis, pinguibus, & vliginosis. Præcipua autem frequentia reperitur, in Germania circa Beliciũ (nõ procul à Salinis) & Buckouium (vbi Alumen excoquitur) ac Saurmũdam deniq;, Oppida Marchiæ Brandeburgensis. In Italia vero à me in Ducatu Spoletano, & vicinia Falacrinorum, atq; ad fluuium Caminate, locisq; & tractibus Regionũ alijs, præcipuè vero circa Tripolim & in Hellesponto, est reperta.

Opiniones aliorum de Planta præsenti: quo nomine scilicet ab Authoribus antiquis fuerit descripta.

Oenanthe. Plin. Apios. Dioscor. Ischas Theoph. Chamæsyce.



SIGNATVRA GENERALIS.

VT capite præcedenti Epar & cerebrum, in proximè vero sequenti potentiam virium spiritualiũ interiorem, quæ cordi & cerebro est familiaris, & societate vnita, motumq; suum in superiora exerit, Imagine præsenti signauimus: Ita Arterias pulmonibus & cerebro famulantes, nec non ligamenta, atq; quæ cum his coniunguntur partes similares, ac Facultates deniq; animales, eadem volumus Signatas & intellectas.

PATRIA. Belicium. Buckouia. Saurmunda. Spoletum. Falacrinum. Camina fluuius. Tripolis. Hellespontus.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS GLEVCANTHI.



FORMA. Radix.

Planta hæc, quam in genere Oenantharum Fæminæ loco statuimus, radice tuberosa, inæquali, sed formam tamen teretem ferè tuente, foris nigricante, intus vero candida, succosa, & dulci, verum tentantibus minus grata constat. Ex hac vero qui emergit Caulis, gracilis est, tenera hirsutie aspersus, tortuosus: nec vnicus aut simplex, sed pluribus (qui ab origine vna surgentes, rursus in ramos diffunduntur) stipatus: nec proceritate aliqua insigni altum petens: & herba insuper folijsue Visnaginis quam Apij similioribus virescens. Flores sese proferũt medio mense Iulio, cãdidi, stellati, exigui, odore haud vtiq; iucundi, & densa congerie ad exemplum Corianni in vmbella conglomerati: Quos demum semina Anisi æmula (sed nigricantiora & angustiora, atq; sapore acri & subamarulento prædita) comitantur. CVM AVTEM Subtilitates siue Essentia partium (quibus hæc plãta constat) spiritualis & animalis, efficacia diuersa, vires suas in corpore humano exerceat: roborisq; & naturæ vim operatricem in partem animalem aliam (pulmones scilicet) expromat: Ideo Signaturam, ad partem corporis illam ipsam, duximus dirigendam. Præter hæc eadem, Temperamento

Caulis

Flores.

Semina.

QVALITAS

Qualitatis diuersitas Signaturam quoq; diuersam trahit.


Planta hæc qualitate, Signatura, & temperamento à præcedente est diuersa.

mento quoq, & virium Planetariarum dotibus, ab Oenanthe mare variat. Radicem enim imperio suo vendicat, Sol quidē partibus trib⁹, Mars quinq, Luna quatuor. Cauli, herbæ, & floribus, influit qualitatum suarum partibus quatuor Sol, totidem cum vna quarta Mars, Luna tribus cum totidem quartis. Semen naturæ Solaris Partibus trib⁹ cū dimidia, Martialis quatuor cum tribus quartis, Lunaris totidem vegetari, Separatio Elementorum Artificialis commonstrat. Quæ cum ita sint, Plantæ totius compositio, ex Sulphuris partibus sesquiquatuor, Salis sesquiquinque, quatuor deniq, Mercurij confluxit: Quæque ei hinc collata est Natura, facultatē pollet, adstringendi, soluendi, & expellendi. RADIX HVIVS, foditur circa diem mensis Augusti vicesimum sextum, vicesimum octauum, & tricesimum: quamprimum floribus deiectis, Semen apparere incipit: idq Sole & Marte coniunctis, atq in Cardinum aliquo nec non Signo vtriq amico (vtpote in Ariete) simul degētib⁹: Luna vero in Tauro existente. Herba metēda est mēse Maio, Sole in Geminis, & Luna in Cancro (vitato tamē, ne tū Caput Draconis in Geminos inciderit) versante. In semine carpendo requiritur: vt Sol, vel principium vel finē Dom⁹ decimæ obtineat: & simul Lunam radio sinistro, eoq vel trigono vel hexagono respiciat: Marsq Dom⁹ illius decimæ ὀικοδεσποτείαν gerat. Nec operam inutilem quis locaturus fuerit, si ad eam rem Diem mensis Septembris, decimam sextam, decimam octauam, & vicesimam secundā deligere possit. Sed cū occasio talis nō semper offeratur, hoc saltem diebus illis est cauendum, ne Saturn⁹ Domus decimæ Dominium sibi vendicarit: siue Scorpio fuerit ascendens: aut Cauda Draconis (quod āte monuimus) neq Geminos neq Sagittarium occuparit. EXPLANTA AVTEM HAC in vsum Medicum ars Chymica producere nouit, Liquorem qui tamen (vt Paracelsico more loquamur) in Arcanorum numero censeri nequit: sed speciem ab his diuersam constituens, respectu facultatis & naturæ suæ, ἐκκρινοξύντικον (id est Expultricis stimulatoriū) visus est nuncupād⁹: Præter hūc vero, quoq Oleū expellēdo potēs, atq simili facultatis genere efficaciā egregiā præstās.

ΕΚΚΡΙΝΟΞΥΝΤΙΚΟΝ parandi modus.



EXTRACTVM siue Pharmacostagma istud, Ἐκκρινοξύντικον dicere placuit: nō tā quod in flatibus, Mensibus, immo in Fœtu etiam expellendo, præcipua vi polleat: quam quod ipsam quoq naturam siue Facultatem Partium expultricem, ad Functionis suæ executionem simul extimulet, atq instiget. Modus autem eius, ex radice, herba, & floribus nondum arefactis conficiendi, sic ferè se habet. Partes istæ Plantæ rudiusculè concisæ, in Ollam vitratam A, eamq in parte ima quidem foramine B pertusam, à fastigij vero superioris latere, Collabum siue Spinam digitalem C. gerentem, operculoq (amplitudine æquali orificium includente) tectam, conduntur. Hinc Vitrum E, huic substituitur: & quemadmodum operculum D (ne quid vaporum expiret) Ollæ quā diligentissimè agglutinatur. Postea Olla quædam alia, vel potius (quod huic negocio magis accommodatum putamus) Globus concauus F (Qui ex metallo, ære, siue Orichalco, & crassitie æquabili, præterq hæc in alterutro hæmisphæriorum, foramine orbiculato, eoq nummuli Metensis latitudinem habente, vt Spinam siue Obturamentum G recipere possit, ac capacitate duplo quam Olla maiore constet: pedibusq tribus vt ignis substerni queat, insistat) Vino quam maximè generoso, siue (si illud non placeat) Aqua ardente impletur: atq è regione Ollæ, interuallo non maiore quam cubiti vnius intercedente, collocatur: Hinc Siphunculus laminaris idemq cubitalis H, extremitatum altera cum Spina Ollari C. altera cū Spina Sphærali G, luto adhibito diligenter cōmittitur: Atq igne subiecto, vinum vt bulliat vrgetur. Hoc facto, Vapor quidam feruidus ex Globo in Ollam, inde vero per Segmēta contenta transit: Atq ex his Essentiam spiritalem & virtuosam (quæ quibusdam substantia vinosa, id est in qua Spiritus delitescit, appellatur) in habitu Liquoris secum in vitrum E vehit: Estq ea substantia humida & Aquosa, atq vnctuositatem Oleosam immixtam præ se ferre videtur. Ἀπόσταγμα ergo hoc, vbi colatura à fæcibus fuerit purgatum, vasculo probè obturato conditur: & radijs Solaribus expositum, calore illo cœlesti vsq ad consumptionem partis mediæ attenuatur, hincq in vsum seruatur.



Semen carpitur: ⊙ in 10. D. & △ siue ✱ ☽ re. ♂ Do, 10. Do. M. Septem. 16. 15. 22.

Radix habet: ⊙ 3, ♂ 5, ☽ 4 par.

Caulis herba & flores. ⊙ 4½, ♂ 4¼, ☽ 3¾ par.

Semen. ⊙ 3½, ♂ 4¾, ☽ 4¾ part.

Temperamentū Sul. 3½, Sal. 4½, Me. 4½ par.

Facultas adstringere, soluere, expellere.

CAVTELA.

PRODVCTa Pharmaceutica. Ἐκκρινοξύν. Oleum. Sal.

CONSTELLATIO. Radix foditur: M. Aug. D. 26. 28. 30. Con ⊙ ♂ in iun. ☽ ♈ ☽ in ♉.

Herba colligitur Mense Maio, ⊙ in ♊ ☽ in ♋ ☊ non in ♊

ἘΝΕΡΓΕΙΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS GLEVCANTHI doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis fæminei interioribus.

ΕΚΚΡΙΝΟΞΥΝΤΙΚΟΝ Plantæ huius, parti virtutis Spiritalis et ἐνεργητικῆς siue actiuæ, illi, quæ ex parte cordi, cerebro & pulmonibus subseruit (Respirationi scilicet) dicatur. Pondere ergo drachmæ semis, cum Oleo Rutaceo & Menthino, singulis numero guttarū decem admixtis, aduersus Gonorrhœam (qua semen vel vitio intemperiei alicuius frigidæ, vel imbecillitate Virtutis Retentricis, atq resolutione partium genitaliū, mulieribus quidem cum pruritu & titillatione absq contactu Viri, Maribus autem tam per somnum quam vigiliam non sentientibus effluit) quotidiè mane & vesperi vtiliter hauritur. Cum Essentia autem malorum Punicorum (ea, quæ ex tota eorum substantia est educta) collo Matricis in pannis immissum, Prægnantes ab effluxu Aquæ Secundinæ & Abortu tuetur. Affectus quoq Melancholicos (vt trepidationes insolitas & mæstitiam profundam) earundem discutit, Si cum Oleo Xyloaloes siue Agallochi æqualiter mixtum, pondere drachmæ dimidiæ ieiunis quotidiè exhibeatur. Oleum plantæ huius, virtuti Spiritali atque actiuæ, quatenus hæc

ECCRINO. vsus intra corpus. Ad Gonorrh. Abortum Melanc.

Mæstitia & Ἀλύπη Prægnantium.

Gonorrhea in Viris & mulieribus quid & vnde.

OLEI VSVS intra corpus. Ad { Men. alb. Vomitio. Nauseam. Malaciā. lact. bon. Fœt. robo. } Tinctura cœrulea florum Chamemeli. Menstruorum alborum origo. Tinctura acetosa Margaritharum. Olea adstringēt. Dictamni. Melissæ. Caphuræ. SALIS VSVS intra corpus. Ad { Dystocian Lipothi. Menstru. immodice fluentia. }

hæc pulmoni, arterijs, & Cerebro, familiaritate alludit) necnon ἐπιθυμητικῷ *siue Appetitiuæ proprium deputatur. Quantitate enim drachmæ dimidiæ, cum Olei Anisi Siliquis sesquiquinq, totidemq seminum Lamij, in haustu Vini rubri, dum Luna crescit vespere quolibet sumptum, Mulieres Alborum profluuio laborantes (præsertim si Malum hoc à temperamēti frigiditate vitiosa existat) magnificè iuuat. Cum Tinctura vero acetosa Vnionum siue Margaritharum (æqualiter admiscenda) pondere Siliquarum sesquiquinq quotidiè haustū, Nauseam & vomitiones, quibus Grauidæ ob mutationis istius insolentiam primò afficiuntur, sedat. Simili modo Malaciæ earundem, siue Appetitui illi ciborum absurdo medetur, lac auget, & simul purgat, Fœtuiq alimentum iucūdum præstat. Idem deniq si singulo die, tam mane ante prandium quam vesperi post Cœnam sumatur, sanguinem ab humoribus impuris euacuat, corpusq præter hæc partui habile efficit.* Sal plantæ huius, *parti Virtutis Spiritalis &* ἐνεργητικῆς *siue actuosæ, cui cum pulmonibus, lacertis siue musculis, & cerebro Affinitas intercedit (id est Facultati Motrici) consecratur. Cum Tinctura ergo cærulea florum Chamemeli (luteorum, & odoris præstantia Vina generosa æmulantium) æqualiter mixti drachma, ex Aqua Pulegij si sumatur, Labores Puerperarum diutius in partu hæsitantium, remedio præsentaneo promouere & expedire, vsibus frequentibus est perspectum. Eodem modo Virtutem quoq Expultricem & Respirationem roborat, Puerperamq iam labascentem & anima deficientem reficit: vtq fœtui excludendo sit, efficit. Veruntamen in hoc casu, cum potenter expellentibus, Præcipuè vero Oleo Succini albi, est exhibendum. Ex Oleo deniq Dictamni, siue alio quod vi adstringendi polleat (vt Melissæ, siue Caphuræ, siue etiam Aqua Cinamomi) in ipso Nixu (sed Encathismate præmisso) exhibitum, Menstrua fluxu immoderato à partu erumpentia sistit.*

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS GLEVCANTHI, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis Fæminei exterioribus.

VSVS SVBtilitatum ex hac Planta extra corpus. ECCRINOXYNTICI. Ad Oedemata. OLEI. Ad Apostemata. Apostemata Chirurgi recentiores aliter vocant quam Græci. SALIS. Ad Exituras phlegmaticas.

ἘΚΚΡΙΝΟΞΥΝΤΙΚΟΝ, *aduersus Tumores corporis (præcipuè vero membrorum Principalium) ex humore flatuoso genitos, & maximè ad Oedemata vulgaria, cum Aqua Lactucæ inungitur: vel (si apertura adsit) in pannis applicatur.* Oleum, *cum Oleo Thymi æqualiter mixtum, ad Apostemata siue Abscessus (non* γενικῶς *Græcorū more intellectos, sed apud nos peculiari specie ab his distinctos) tam apertis quam integris adhuc adhibetur. Exituris vero phlegmaticis (quæ pituita corrupta & putrefacta putrilaginem fœtidam ex se fundunt, atq à materia quidem qua præcedētes generantur, sed tamen accidentibus ab ijsdem distant)* Sal *ex Phlegmatis Terebinthinæ, Olei Vitrioli, & Diaphoretici Solis accommodatur.*

ἘΝΕΡΓΕΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS OENANTHÆ HVIVS, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

VETERVM doctrina de qualitatibus & viribus huius Plantæ. Ad { prouoca. Menses Stranguri. Αὐτὸ Calculos. } Lapides Cancrorum. Succinum album.

Plantam hanc Medici Antiquiores, inter Μηναγωγὰ *siue Auxilia menses prouocantia celebrarunt: eamq caliditate & siccitate prædominari tradiderunt. Qua in re (præter id quod ijsdem in Saxifragarum censum est relata, & Decoctum Herbæ & radicis ex vino potum, aduersus Stranguriam commendatum) nihil equidem, vt Quidam censent, à vero recessisse videri queunt. Quod vero his superaccedit: Ad cibos & potus, qui partui moram aut impedimentum afferunt, innoxios præstandos, Fœtumq & Secundas expellendas, hæc ipsa egregiè efficax habetur: Si simul & Herba in Aqua Chamemeli lixata, dum calet vmbilico applicetur: Radicis vero Decoctum ex vino tepidum bibatur. In calculo deniq Vesicæ & renum quoq plurimum potest: si radix partim minutim concisa, Oleo Lini tamdiu frigatur donec nigrescat, Oleumq dehinc transfusum & repositum, circa Os sacrum & vmbilicum probè inungatur: partim tritæ & cum parte decima lapidum Cancrorum, Vicesima vero Succini candidi (simul comminutorum) mixtæ, drachma dimidia, hauriatur: corpore dehinc tegumentis calidis optimè tecto.*

Natura

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS OENANTHÆ huius, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Succus ex radice expressus, siue Decoctum eiusdem ex Aqua stillatitia, Epithematis modo tepidum si applicetur, stomacho, Vtero, & Intestinis expurgandis et calore familiari imbuendis, plurimum præstare: atq; adeo Concoctionem quoq; promouere, Tormina sedare, & dolores Matricis, soluere perhibetur. Aqua, herbæ, & florum decoctorum, cicatrices deformes, & Pustulas rubentes faciei, si quotidie collutione adhibeatur, tollit: cutemq; nitidam & æquabiliter mundam efficit: atq; Vlcera insuper patentia, Fistulas, & Furunculos Virgæ virilis iam maturatos expurgat, adq; sanationem perducit.

VSVS PLANtæ huius extra corpus iuxta doctrinam Veteru.
Ad { Sto. Vte. Inte. } pr. Dyspep. Tormina. Dol. mat. cicatrices. Pust. rub. Vlcera. Fistulas. Furuncu.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS GLEVCANTHI, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.


Vt capite præcedenti, de Spasmo à varijs causis (vt calore, frigore, & humiditatibus) initium sumente, in genere sumus locuti: Ita hic in Specie siue priuatim, Quomodo Affectui frigido, causa (siue qualitas) calida opponatur, atq; Cura siue Medicatio quã aptissime administretur, docem⁹. Cum itaq; Planta hæc qualitate calida prædominetur, Inficias vix ire potest, qui Influxum siue Ἀποῤῤοίαν aliquam ex corporibus cælestibus in res terrestres agnoscit: Huic ipsi (quemadmodum Alijs omnibus) Obseruatione positus situsq; stellarũ, in fossione et collectione vsurpata, plurimum ad calorẽ naturalem addi. Ideoq; Affectuum frigidorum (sed tamen qualitati illi conuenientia quadam respondentium) emendationem, accessione haud exigua augeri. Dum enim (vt res exemplo illustretur) Mars in ortu est constitutus, Sol vero in Leone existit, & Luna à prima Quadra ad Oppositionem properat, Plãta hæc plus virium ac caloris acquirit, Plurimum vero si Signum Leonis tum simul fuerit Ascendens, & Sol in Hæmisphærion superius euectus, Medium cœli tenuerit. Id quod experientia ipsa verum esse deprehendi. Nam eam prope Vrbem Dungysby (dũ Nauẽ quæ me in Orcadas Insulas transportaret, ibidem operirer) in vsum Medicum paraui: atque præter Facultates notas (siue intra siue extra corpus adhiberetur) potenter calefacere & exiccare, animaduerti. Præcipuè autem ad Concoctricẽ Stomachi iuuãdam, eadem plurimum facit si in puluerẽ tritæ Siliquæ sesquiquinq; in haustu vini sumantur. Radix vero ipsa ore retenta, humores pituitosos attrahit: Vnde & ad ὀδονταλγίαν siue dolores dentiũ, à Fluxionibus excitatos, nequaquam fuerit contemnẽda. Puluis eiusdem, ex Aqua Rosacea in qua per noctem fuerit maceratus, ruborem oculorum, & imbecillitatem Visus caligantis (quippe cum calor radicis & frigus Aquæ, temperie admodum salubri & prænobili conspirent) emendat. Idem pondere drachmæ cum Aqua Fœniculi tempore vespertino sumptus, Anhelantibus siue Suspiriosis egregiè profuisse est cognitus. Præterea & arterias pulmonum expurgat, atq; Obstructionem earum soluit.

QVOMODO Gleucãtho augmentum caloris acquiratur ex positu siderum: idq; aduersus Affectus frigidos.

In omnibus rebus vis quædam peculiaris ab Influxu siderum impressa delitescit.

CONSTELLATIO OBSERVATA.

ANNO 1560. Die Augusti 10, Hora quinta matutina, Plantam hanc floribus tum adhuc conspicuam, in Scotia circa montes Fluuio Nessa, & Lacui nullis frigoribus vnquam congelabili eiusdem nominis imminentes, atq; lapide Alabastrite facundos effodi: Eoq; tempore, hunc qui hic conspicitur, Planetæ situm obtinuere.



EXPERImenta Thurneisseri de hac Regula fossionis Plantæ.
Dungysbi vrbs.

Ad { Apepsiã. Odontal. Rub. oc. Cal. visus. Asthma.

Planta hæc quãdo moderatè calore augeatur.
♂ in Ortu.
☉ in ♌
☽ à: 1. □ ad ☍
Quãdo fortius?
♌ Ascend.
☉ in med. cæl.

Caput tricesimum septimum & vltimum, huius Libri primi.

DE OENANTHE SOBOLE, QVÆ OENANTHOIDES APPELLARI POTERAT.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

NOMEN. Oenanthoides. עוך צנור ὀχθορίζιον. Verrucaria.

Refutatio corũ qui Oenanthen non Plantã sed vuam Labruscæ esse aiunt, ex ipsius Plinij verbis, quem allegãt deducta.

Labrusca apud Plinium (quem admodum Dioscoriden) duorum generum.

Oenanthe hæc non quidem est flos, siue etiam vua vitis syluestris, sed tamẽ in folijs similitudinem aliquã habet cum Labrusca.

PATRIA. VVolosf. VVedra. } vrb. Tuuerza fluui. Lucrinus lacus. Morauia, Franconia. Gallia.

D. Bernhardus Spluеger.

Labrusca apud Plinium etiam est nomen Plantæ.

TERTIVM hoc Vitifloræ genus (licet Alij nomen Oenanthe, Racemulis Labruscæ florentis, Alij floribus Vini proprium fecerint) à nobis in posterum Oenanthoides, vt à reliquis appellatione quoque dignoscatur, dicetur. Quanquam ergo Plinius lib. 12. cap 29. doceat: Oenanthen vuam esse Labruscæ siue Vitis Syluestris: Tamen cum idem (vt quoq; Dioscorides) Labruscam duplicem faciat, Res ipsa docet (si modo idipsum de forma potius, quam magnitudine & proportione intelligamus) Folia huius, quamuis sint minora, incisurarum tamen habitu, folijs Labruscæ alterius (nisi quod laciniolæ graciliores siue angustiores, & profundius inuicem sunt diuisæ) ferè respondere. Ad hæc quoq; an non Labrusca isthic commemorata, nomen Vitis syluestris siue Plantæ cuiusdam alterius existat, testimonio sunt, quæ Libro 23. capite 1. referuntur: Deque eodem verba quarti Capitis in Libro eodem, de Vnguento Oenanthino, quid monere videntur. PORRO Planta præsens, apud nos Græcè quidem ὀχθορίζιον (id est Verrucaria siue Wartzenwurtz) Chaldaicè צנור עו, Hocketsgezar appellatur: atq; ingenij & viriũ natura, à præcedẽtibus multũ recedit. Vtplurimũ enim locis palustribus, vliginosis, atq; muscosis reperitur, aëreq; frigidũ amat. Ideoq; vsus eius non vtiq; conmodè, aut (nisi accedat cautio prudẽs) sine noxa aliqua adhiberi potest. A me quidẽ eadẽ Anno 1558. in Finibus Mosconiæ, inter vrbes Vuoloschack & Vuedrapusta, ad fluuium Tuuerza: Alio vero tempore in Italia quoq; circa lacum Lucrinum, nec non in Morauia, Franconia in Valle Tuberina, & deniq; in Gallia, in palustribus ad Ararim fluuium supra Lugdunum, præsente Bernhardo Spluegero Viro Doctissimo, est inuenta.

SIGNATVRA GENERALIS.

VIRTVTES animales atq; Spirituales, quæ Arterijs & Venis Temporum (quæ καρώτιδες appellãtur) insidentes, Virium suarum actionem in superna exercent, nec non fibras exangues, quæ cerebro & cordi coaluerunt, Imagine præsenti (ceu formã earũ substantialem in conspectum oculorum adducturi) putauimus Signandas.

FORMA, CONSTELLATIO, ET QVALITAS OENANTHOIDIS.

FORMA. Radix. Caulis. Flores. Semen.

QVALITAS.

Planta hæc habet nonnihil venenositatis occultæ, ex vi quadã Virtutis Elementaris desuper haustæ.

TERTIA huius generis species, radice craßa, rotunda, simplici, & molliuscula, sed tamen nodosa, intus cãdicãte, foris vero ex cinericeo nigricãte ac succiplena cõstat. Caulis est robustus, craßus, & hirsutus: ac primum quidem in imo flauet, sed ætate ad virorem herbæ magis magisq; accedit: atq; Adnatis pluribus, innumeraq; ramulorum Sobole, qui exemplo ipsius rara lanugine asperguntur, & folijs profunde incisis, sed tamen asperioribus, & Consolidæ Regalis (nisi quod agmine confertiori pullulant) non dißimilibus conseruntur, syluescit. Flores (quemadmodum Specierum reliquarum) in vmbellam serie dẽsiuscula coaceruantur, & singuli foliolis quinis (cæterarum tamen Specierũ maioribus) Rosulas siue stellulas quasdam elegantes repræsentant: in medio vero caliculorum sinu, exemplo Millefolij punctum nigricans ostentant: atq; odorem iniucundum, acrem, & graueolẽtem emittunt, gustuq; deniq; adstringunt. Semen Anisum ferè æmulatur, planius tamen est & minus, sapore constat amaro & cæterà insipido: Nauseam quoq; & Vertiginem, si Ventre vel ieiuno vel vsu frequentiore sumatur, mouet. PLANTA ERGO integra, natura prædita est prorsus agresti & horrida, ideoq; Virulentiæ sanitati noxam inferentis haud vtiq; expers. Quam vim ex sola quadam qualitate Virium Elementarium Orbis superioris (coitu mutuo in vnum coalescentium) substantiæ suæ commixtam, modo quodam occulto nec oculorum sensui patente, sed effectus solius indicia manifesto

fouet,



fouet, inq; corpora exercet. Examen enim Artificiale, Radici (quæ partium reliquarum Plantæ ipsius nobilissima est) à Sole inesse ostendit Partes tres, à Marte sesquiquatuor, à Luna quinq; cum dimidia: Cuius quidem rei explorandæ negocium, impensa laboris & sumptuum constitit haud exigua. Caulis vero, herba, & flores, à Sole vegetantur Partibus trib⁹, à Marte quatuor, à Luna quinq;. Semini (quod quanquam acredine superet, tamen quia minus habet caloris, nocentius est) Sol quidem qualitatis Elemētalis siue (vt ita dicam) Influentialis inserit Partes duas, Mars quatuor, Luna sex. Temperamentum igitur Plantæ totius, ex Sulphuris partibus tribus, totidem Salis, & sex Mercurij cōcreuisse apparet: Vimq; eidē inde promanare: resoluendi, dissipandi, & potenter expellendi. PORRO, QVÆCVNQVE partium Plantæ, Saturno in Domo octaua Dignitatem obtinente, & Scorpione Ascendente fuerit collecta, corpori absq; vlla controuersia Venenum lethale existit. Ideoq; in fossione radicis, tempus, quo viriū parte altera in herbam, altera in flores sparsa, ipsa tertiā tantū retinet (Quod circa diem mensis Augusti, quartū, octauū, & decimū, comodissimè accidit: Sole quippe adhuc in Leone existēte ideoq; tū qualitatem Radicis Mercurialē atq; frigidam emendāte) obseruasse, omnium maximè fuerit consultum. Herba simili tempore metitur. Præter hæc tamen, vt tū Mars quoque in Signo calido & sicco (vt Leone, Ariete, siue Sagittario) existat, Saturnusq; Sagittarium teneat, & neq; Dignitate in Angulis fruatur, neq; Affectu maligno Marti opponatur, necessariū existit. Semen, vt siccitas eius intensa temperetur, carpitur ineūte mense Septembri: vel (pro vt ratione loci natalis maturuerit) tempore alio: Signo calido & humido sc. (vt Geminis, Aquario siue Libra) Ascēdēte: & Luna à Coitu ad primam Quadraturam eunte. ARS Chymica, in vsum Medicum ex Planta hac conficit, Medicaminis genus quoddam, quod Hebraicè הרדח Charadach, Græcè Αντιταράξικον (quasi Returbatorium siue Widertoll) dicitur, Oleūq; vi lethifera præditū, & Sal mordax, Generisq; & originis suæ Naturæ, viribus contrarijs repugnans.

MODVS DESTILLANDI & Αντιταράξικον conficiendi.



MODO Destillationis duodecimo, ea inest natura: vt Subtilitati siue Essentia partium tenuiori, vndecunq; ea fuerit producta, vim & qualitatē ei in quo nutrita & alta fuit contrariam inducat. Ideoq; Ciconiæ, vtpote ex animalium venenatorum pastu vtplurimum victitanti, atq; non tam Adipe carne & sanguine in vsū medicum præbito, quam sola corporis viui præsentia, venenis quibuslibet pernitiosis, animalium ἰοβόλων, aëris contagiosi, & ciborum intoxicatorum (sicut Ceruus Serpentibus certare, atq; nidore cornu adusti eosdem abigere, febriumq; timoribus carne degustata, testimonio Plinij lib. 8. cap. 32. medetur) aduersanti, Methodum siue Viam Extractionis einsmodi cōparauimus. Vtq; Extractis duobus specierū Antecedentiū nomina sua imposuimus, ita etiam hoc præsens (Quod, licet compositum eius natura agresti & aspera præditum, motus turbulentos & feros cieat: Ipsum tamen modo & efficacia contraria, vires suas leniter atq; adeo salubriter exercere, nec non tumultus humoris exæstuantis pacare soleat) Αντιφαρασικὸς Αντιλαράξικον appellauimus. MODVS autem eius parandi hic est. RADICVM concisarum libræ fere octodecim, Aceti Violacei siue Sambucini aut Rosacei (quod fere venena omnia, maxima virulētiæ suæ parte exuere consueuit) libris nouem per dies totidem macerantur: ita, vt tertio quoq; die, acetum iam viribus radicum imbutum inde coletur, atq; recentis libræ tres qualibet vice substituantur. Nona die, vbi libræ Aceti tres posteriores fuerint detracta, Aqua ardens fortissima pari quantitate affunditur: atq; cum in Infusione & Decolatione eius, vt cum Aceto per dies nouē similiter agitur. Quo modo virtus omnis è radicibus elicitur: ita, vt Rei vieta siue vita atq; facultatū vigore carenti similes, neq; odoris neq; gustus alicuius sensum præbeant: aut vlla facultatis suæ indicia prodat. His peractis, Acetū atq; Aqua ardēs (quæ pōdere libras plus minus octodecim constituunt) per pānum lineum mundū & spissum, colando in Circulatorium transmissa, lento igne donec de libris illis octodecim vna tantum maneat superstes, in orbem siue circulariter traducuntur. Tandem humor residuus (qui eleganti flauedine nitet, & vini excocti spissitudinem refert) in Cucurbitam conditur: & Alembico superimposito, Phlegma in Balneo inde separatur. Quod collectū, librā fere dimidiā pendit. Atq; ita libras sedecim non completas relinquit: Antidotum atq; Electuarium sane salubre, cuius vires, inter noxas alias sui quoq; generis venenis ἀντιπαθεῖα manifesta resistunt.

CONSTELLATIO.

Plantæ fossio quando infælix & nociua.
♄ in D. 8. Di. hab.
♏ Ascend.

Quando auspicata?
M. Aug 4. 8. 10
☉ in ♌

Herba colligenda?
Simili tempore, &
♂ in { ♌ ♈ ♐ }
♄ in ♐.

Radix habet
☉ 3 } part.
♂ $3\frac{1}{2}$
☽ $5\frac{1}{2}$

Caulis herba & flores.
☉ 3 } par
♂ 4
☽ 5

Semen.
☉ 2 } par
♂ 4
☽ 6

Temperamentum constat.
Sul. 3. } part.
Sal. 3
Mer. 6

Semen carpitur.
M. Septembri.
♊ } Ascend.
♒
♎
☽ à ☌ ad 1, □

PRODVCTA Pharmaceutica.
הרדח.
Charadah siue.
Αντιταράξ.
Oleum & Sal.

Ενεργεία

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS OENANTHOIDIS, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

ANTItaraxici vsus intra corpus.

Ad { Aphtas, Anginam Flu. V. c. Put. } de. & gi.

ΑΝΤΙΤΑΡΑΞΙΚΟΝ, *parti spirituali Facultatis rationalis, commercio partim cordis partim Cerebri vtēti, atq; in regione capitis anteriore sedē obtinenti, (Sensui cōmuni nimirum) dicatur. Exāthemata ergo atq; Aphthas, in palato Infantium erumpentes, sine dolore sanat: easq; longius serpere, aut radices profundius agere prohibet: si pars exulcerata (vitato, ne pus atq; sordes viscosæ, screatu eyciēdæ, deglutiantur) eo mungatur. Pari efficacia & Anginæ horum (atq; omnium quorum ætas adhuc media est) Si cum Oleo Chalcanthi rite parato & melle Rosato mixtum, in ore retentum fuerit, medetur. Verum Mixturam istam, ex ipsius quidem (Antitaraxici intellige) vncia vna, Mellis duabus, & Olei Chalchanti drachmis tribus cōponi oportet: drachmamq; ex hac singula sumptione in ore fouere, atq; tandem gargarisatam expuere.*

SALIS VSVS intra corpus.

Ad { Memori. roboran. Catochon Cap. pur. Som. cōn. }

Fluxio, Vermiculatio, & putrefactio dentium & Gingiuarum vnde? Oribasius. Galenus

Præterea in Fluxionibus calidis, Vermiculatione, & putrefactione dentium atq; gingiuarum (quos Affectus Oribasius libro Cur. exundātiæ sanguinis vitiosi, Galenus vero πέρι εὐπορισῶν siue facilè parabilibus, alijs causis refert acceptas) loco affecto in linamentis impositum, inflammationem extinguit, vermes interficit, & carnem exulceratam sanat. Sed simul & pituita affluens asiduè est expuenda, & nequaquā deglutienda.

Oleum Mastichinum verum.

OLEI VSVS

Κάτοχος vnde.

Ad { Ranam. Catharros }

Βάτραχος quid?

Oleum plantæ huius, *parti Facultatis rationalis, partim cerebro partim cordi familiari, inq; Cerebri Ventriculo medio domināti (Phantasiæ nimirū & Διανοητικῷ) tribuitur. Ad Tumores igitur infantibus sub lingua erumpentes (qui Græcè βάτραχοι nominantur) remedium haud inefficax præstat: Idq; magis tum, quando calore æstiuo aër feruet, aut Pestis contagia lethifera populatim graßantur. Verūtamen cū qualitate venenata præditum sit, ne per gulam decidat cauere oportet. Quo etiam idem facit, si in pāniculis instrumento conuenienti annexis, cauitati oris sanandæ inungatur.*

Ἀποφλεγματισμός.

Quod si vero medulla spongiosa è caule Sambuci, condyli digitalis longitudinem æquans, per horam in eo maceretur, donec partem eiusdē imbibat: & expreßa post in ore aliquādiu foueatur, meatus narium oppletos aperit: & non solum Catharros calidos atq; nociuos ex capite deducit: verum etiam pituitā viscosam in inferiora iam delapsam, ex arteria Aspera & Oesophago allicit: cumq; ipsa medulla reyciendam præstat. Sal plantæ huius, *parti Facultatis Rationalis, partim cordi partim cerebro agnatæ, atq; in Vētriculo cerebri posteriore sedem suam tenenti (Memoriæ nimirum, notitiam tam præteritorum quam præsentiū distinctā custodienti) dicatur. Vt enim Antitaraxicon & Oleum, corpori intrinsecus si adhibeantur, extremè pernitiosa iudicantur: Sic è diuerso Sal, si vsui eius à Pueris quis assuescat (id ipsum mense singulo pondere drachmæ dimidiæ ex Aqua Pyrethri stillatitia, primū quidem quotidiè, post vero semel tantum sumendo) ad Memoriam languentem confortandam, atq; deperditam reuocandā mirificè confert. Cū Oleo vero Pyrethri & Mastiches (quod ex granis eius depuratis, & nitore pellucido Crystallum æmulantibus, nullo Oleorū aliorum additamento artificiosè est destillatū) mixti drachma, spongiolæ instillata in ore si teneatur, & (hoc ipso dietim ter repetito) humor viscosus pituitæ inde attractæ, asiduè per screatum reyciatur, κατόχους siue Deprehensos (quod malum à δυσκρασία siue intēperie quadā frigida & humida oritur) egregiè iuuat. Pondere deniq; vnciarū sesquiduarū, cū Oleis seminū Sinapios, radicis Pyrethri, & Galangæ (singulorum drachmis quatuor) si misceatur: atq; quotidiè hora decubitus instante, mēsura Ligulæ hauriatur, & in ore retenta post euomatur, corpore dehinc ad Quietem composito, memoriam successu haud fallaci roborat, caput expurgat, somnosq; placidos & iucundos conciliat.*

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS OENANTHOIDIS, doctrina Paracelsica, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis puerilis exterioribus.

VSVS SVBtilitatum extra corpus.

ANTITAraxici ad Agitationem spirituum immod.

ΑΝΤΙΤΑΡΑΞΙΚΟΝ, *pondere drachmæ cum Oleo Zedoariæ & Macis (singulis æqualiter admixtis) capiti & Temporibus vel simpliciter illitū vel in pannis applicatum, mentem calamitate aliqua insigni, aut desiderij amorisue incendio vehementiori afflictam, siue etiam metu aut pauore immoderato perculsam, atq; adeo statu suo motam, reuocat: nec non Affectus quoq; alios cum calore*

præter

præternaturali & Vertigine supra modum exæstuantes, præsenter mitigat & sedat. Oleum *pondere Vnciarum sesquiduarum, cum Oleis seminum Hyosciami & florum Rosmarini (singulorum Vncia dimidia) ceruici & fronti inunctum, somnum conciliat: & mentem nimia siccitate cerebri ut in Mania delirantem, in integrum restituit.* Sal *quantitate Vnciæ Vnius cum Olei Cinamomi drachmis duabus, Olei Croci Drachmis quatuor, totidemq; Olei Saluiæ mixtum, Cerebro ex copioso vaporum à stomacho & cibis crudis exhalantium ascensu, Catharris siue Κορύζα oppresso, membrisq; Paralysi inde correptis auxiliatur: Si quotidiè bis, partim pondere Drachmæ ex Essentiæ Galangæ Vncijs sesquiduabus bibatur, partim membro attonito, in loco calido probè illinatur atq; affricetur.*

OLEI AD Delirium à cerebri siccitate nimia obortum.

SALIS. Ad { Catharros, Grauedi., Paralysin.

ἐνέργεια, EFFICACIA, ATQVE VSVS OENANTHÆ HVIVS, doctrina Philosophiæ veteris, animalis, substantialis, atque elementalis, in membris corporis humani interioribus.

DE qualitate & viribus Plantæ huius (cum ea quemadmodum plantæ aliæ multæ, sine dubio nō vbiq; fuerit cognita) pauca equidē, quæ ex Antiquitatis eruditæ testimonijs hoc loco adducamus, suppeditantur. Vsum tamen eius intra corpus adhibitæ, fuere qui à periculo nequaquam vacuum, ideoq; dextrè & prudenter tractandum docerent: Digni equidèm, quib⁹ pro re tam liberaliter manifestata gratia peculiaris referatur. Decoctum radicis & Herbæ, per nares attractū, hincq; emunctum, meatus Ossis cribiformis obstructione occlusos aperit: ac Vermes capitis cauitatibus insidentes interficit: idq; non tam in hominibus quam bestijs verminosis. Suffitus radicis, Vermes aurium, dentium, & carnis quoq; necat. Lumbricos præterea alui eadem tollit atq; exigit, si pondere Drachmæ cum quantitate pari Mithridatici, ex Vino Cretico siue Aqua ardente (in qua per diem naturalem fuerit macerata) bibatur. Sed tamen ea res, non sine periculo videtur posse tentari.

QVALITAS & vis huius plantæ à Veteribus literis prodita.

Ad { Corizam. ver. { au. ca. dē. ca. Lum. alu. }

Vsus Plantæ huius non vndiquaque tutus.

NATVRA, PROPRIETAS, ATQVE VSVS OENANTHÆ huius, doctrina Philosophiæ veteris, corporalis, materialis, & complexionalis, in membris corporis humani exterioribus.

Plantæ huius, membris corporis humani externis adhibitæ, vsus est ad plurima maximè vero ad Pustulas calidas, φλέγμονας, & Inflammationes salubris. Succus radicis, Ambustis continuo illitus, suppurationem fieri prohibet: & quoq; dolores mitigat. Idem vulneribus etiam venenatis (præsertim vero ijs, quæ telis feruentibus, vtpote lardo Tormentorum bellicorum siue Bombardarū, Spiculisue succo Cepæ & sputo hominis ieiuni illitis infligūtur) purgādis, rectissimè applicatur. Qualitatem enim virulentam veneni impacti, tenuitate veneni proprij potentiore (quippe quæ aliorum cōgressu inualescit & roboratur) impetu facto elidit: atq; sibi ipsi quidem innocens, illi Virus exitiosum & malignitate superius euadit.

OENANTHæ præsentis vsus extra corpus iuxta regulam Doctrinæ veteris.

Ad { Pustu. ca. Phlegm. Inflamm. Ambusta. Vul. ven. }

Cepa & Saliua hominis ieiuni tela intoxicant.

NATVRALIS INCLINATIO, ATQVE VSVS OENANTHOIDIS, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

In Conclusione Historiæ præsentis, de Planta proximè præmissa commemoratis (quomodo scilicet radici huic, Frigiditas calori opposita acquiratur) cōtrariū adducemus. Radix ergo ista, si Planeta cui morbus ea curandus subiacet, in Loco siue Signo frigido (utpote Saturno in oriente, Sole in Capricorno, Aquario, aut Piscibus, Luna deniq; inter Διχοτομίαν siue Quadraturam vltimam & Coitum) existente, fodiatur: herbaue & semen decerpatur: non solum Frigiditati verum etiam malignitati naturæ eius, tantum accedit incrementi: vt solo contactu, hominem calore naturali priuet, in stuporem adducat, & ceu Veneficijs Circes effascinatum constringat. Atq; id eo fortius: si in fossione, Ascendentis & graduum eius conuenientium ratio diligens habita fuerit: Solq; in Hæmisphærio inferiore latuerit. Quod nemini mirum videri debet. Nam sic Torpedini quoq; ea inest Natura, vt nassæ irretitus, Piscatorem funiculum trahentem torpore obrigescere faciat: Lepori marino (Indico tātum mari noto) vt tactu solo vomitum & dissolutionem stomachi creet: Pastinacæ, vt arbores radicum

QVOMODo huic Plantæ ex virtute & positu Astrorum augmentum frigiditatis & virulentiæ acquiratur.

♄ in oriente.

☉ in { ♑ ♒ ♓ }

☽ inter □ 2. & ☌

☉ infra terrā

Exempla Antipathiarum similium.

Torpedo,
Lepus marinus.
Pastinaca mari.

Cantharides. Aster siue stella marina. REGVLA et Cautela, in fossione Plantarum, cum huius tum reliquarum omnium (si eam auspicatam esse velimus) obseruanda.

cum complexu necet: ne quid de Astere, aut Cantharidibus (quorum hi solummodo manu retenti, vrinam in vesica colore sanguineo tingunt, ille feruore tã igneo præditus dicitur, vt omnia quæcunq; in mari contigerit, adurat) cõmemorem. Cuius generis exempla, multo plura afferri possent. Sed nobis ista hoc loco enumerasse sufficiat. PORRO, *Quam res mirificas Lituani (cuius gentis pars, superstitionibus fanaticis adhuc impensius est addicta) radice hac ipsa (quam ritus peculiari genere et pronunciatione verborũ peregrinorum, neq; illis ipsis quoq; intellectorum adhibita, effodiunt) designent: Quanquam in ea re exponenda, iustum Libellum conficere poteram, Tamen ne pijs mentibus fortè offendiculo sim, commemorationem illam intactam dimitto. Veruntamen hoc monendum duco. Ne quis planta hac intra corpus, nisi Viris eruditis & peritis consultis vtatur. Plurimũ enim noxæ ei occultò inest: quæ quidẽ nõ in ipso sũptionis momento, sed aliquanto post, primò malitiam suam prodit. At extrinsecus, in partium corporis inflammationibus, Affectibusq; eorum qualitate venenata imbutis (cum eos* ἀντιπάθεια *naturæ suæ ingenita perdomet atq; expugnet) vel decoctã imponere, vel tritam Emplastris miscere, vel etiã Pharmacostagmata inde parata, cum Extractis alijs morboq; profligando accommodatis, partim bibere (sed non nisi consilio bene præmeditato) partim etiam illitu & inunctione forinsecus adhibere, non est vetitum.*

Lithuani hac planta utantur ad varias superstitiones.

♂ & ♄ congressus corporeus fælix.

Planetæ & signa benefica in situ aduerso, collectionem efficiunt inauspicatam

EPILOGOS huius primæ partis: constans petitione æquitatis Iudiciorũ, & Digressione ad Operis iusti descriptionem.

CAVTELA Generalis de vsu huius Plantæ.

Vsus huius plantæ requirit prudentiam & dexteritatem singularem.

CAVTELA.

Quæ de positu stellarum tam Errantium quam Fixarum, in Historia Plantarum huius generis trium, & reliquarum omnium docuimus, in his omnibus hoc quoq; animaduertendum restat. Marte Saturno congressu corporeo applicante: Ita, vt interuallo minuti vnius siue (ad summum) quinq; à se inuicem distent: Atq; Domicilia, Exaltationes, siue Dominationes proprias obtineant, Collectio tam radicum quam herbæ & seminum fæliciter cadit. E diuerso autem Planetæ & Signa benefica, in Positu aduerso constituta, eandem infaustam præstare possunt. Quæ omnia (quemadmodum & σφάλματα *lapsusq; in nominum Orthographia vitiosa, transpositione literarũ &c, per Homines harum Regionum, Idioma linguæ Heluet icæ, quæ mihi vernacula est, non vbiq; assecutorum, commissos) Lector benignus, cuius iudicio erudito & candido simul, hæc submitto, æquo animo accipere non grauabitur.* HÆC ERGO *in Libro hoc primo,* εἰσαγωγῆς *siue introductionis gratia, ad intellectum Methodi, qua historiam illam nostram Plãtarum sumus tractaturi, ambage verborum & Rationum longiuscula dixisse sufficiat. Nunc in nomine Dei æterni, Summi illius rerum Arbitri, Descriptionem Operis iusti, eadem qua cæpimus Methodo & filo, sed tamen (cum molem eius, titulorum verbositate augere, inutile videatur) oratione adstrictiore persequemur.*

Finis Libri primi.

INDEX RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN parte hac prima operis Botanologici occurrunt, per locos & seriem Alphabethi apte digestus

AD LECTOREM.

Nomina Plantarum, Regiones, Flumina & Vrbes,
Historica, Authores, Homines virtute celebres,
Res physicas, cæli positus, viresq; notandas,
Corporis humani partes, medicamina, & ipsa
Formandi Methodos, præcepta Chymistica, morbos,
Curandiq; modos varios, quæ sparsius ista
Pars operis recitat, promptè si nosse laboras:
En aptè digesta locis, numerisq; notata
Singula coniunctim tibi præsens exhibet Index.

S. T.

CATALOGVS APPELLATIONVM HEBRAICARŨ, Syriacarum, Arabicarum, & Persicarũ, quæ in hac Operis parte, Herbis, ac simul quoq; Rebus alijs tribuuntur, ordine Alphabetico digestus. Numerus notat paginam, Asteriscus dictiones quæ non sunt appellationes Plantarum.

APPELLATIONES GRÆCÆ HERBARVM ET aliarum quoq; Rerum quæ in hoc Libro referuntur, iuxta seriem literarum digesta.

Φ   * Ἐκκρι-

APPELLATIONES

LATINÆ HERBARVM HVius Libri in seriem literarum Alphabethi distributa.

INDEX QVARTVS.

APPELLATIONVM

GERMANICARVM, QVÆ Herbis huius Libri primi, et cum his παρέργως quoq; mentione perstrictis tribuuntur: serie Alphabetica digestus.

INDEX QVINTVS.

APPELLATIONVM

HISPANICARVM, Italicarum, Gallicarum, & Anglicarum: Quæ in hac Operis Parte Herbis tributæ commemorantur: iuxta seriem Alphabethi.

*

INDEX SEXTVS.

CONTINENS

APPELLATIONES PLANtarum huius Partis, Vandalicas, Polonicas, Bohemicas & Tartaricas, ordine Literarum notatas.

INDEX SEPTIMVS.

ORDINE ALPHABETICO REFERENS NOmina Regionum, Vrbium, Oppidorum & Pagorum, quorum in hac Parte mentio habetur.

INDEX OCTAVVS

ORDINE ALPHABETICO RECENSENS

Nomina Authorum & Hominum Excellentium, quorum sententia & testimonia in hac Parte Operis afferuntur.

INDEX NONVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS HIstorica, quæ in hac Operis parte attinguntur.

INDEX DECIMVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS PHYSICA

quæ in hac Operis Parte attinguntur.

INDEX VNDECIMVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS PARtes corporis humani, quas Plantæ huius Libri tam in genere quam ſpecie Signant.

Gene-

INDEX DVODECIMVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS CONſtellationes inſigniores, Siderūq; propria, & Aſtronomica quæcunq; circa foſſionem Plantarum huius Partis notabiliora occurrunt.

A.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

O.

P.

R.

INDEX TREDECIMVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS MEdicamenta simplicia & composita, diuersa forma cum ex Plantis huius Partis ministerio artis Destillatoriæ elicita tum etiam ex alijs acquisita, & παρεργως relata: vna cum Methodis ac Lithurgijs Pharmaceuticis, Instrumentis, atq; Admonitionibus ad Artem hanc & eius Studiosos spectantibus, &c.

Hazar

INDEX DECIMVS QVARTVS

ORDINE ALPHABETICO NOTANS ET INDICANS MORBOS, de quorum natura, proprietatibus, & origine, iuxta doctrinam tam Theophrasti Paracelsi quam alterius Scholæ Medicorum in hac Operis Parte aliquid refertur.

INDEX DECIMVS QVINTVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS MORBOS, qui Plantis huius Partis, & medicamentis Pharmaceutices Chymico more inde confectis curantur: iuxta doctrinam Paracelsi & Thurneißeri.

Dentium

INDEX DECIMVS SEXTVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS MORbos, qui Plantis huius Partis, & Medicamentis Officinarum more inde compositis, curari docentur: iuxta doctrinam scholæ siue Medicinæ, (vt vocant) Galenicæ.

INDEX DECIMVS SEPTIMVS.

ORDINE ALPHABETICO NOTANS MORbos, qui Plantis huius Partis & Medicamentis inde confectis Magice (id est Constellationis alicuius peculiaris efficacia in fossione & compositione dextre captata) idque ex testimoniis siue experimentis Virorum praestantissimorum, curari docentur.

FINIS.

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ.

IN PRAEFATIONE Facie 2. Versu.42. Sufficientium veritate. Adde: vnde argumenta certissima peti oportet.)

FOL.3.Columna A.Versu 9 Otruche: Adde & Imperatoria.V.25.cognomen datum.Adde, atq; inter Regiones Asiæ, quæ opulentia & amænitate excellunt maxime celebratur. F.4.C.A.V.24.Et quod: intersere.Millefolij.V.38.eius vires.A: à quibus sagaces naturæ rerum vestigatores nomen eius sunt mutuati. F.6.C.B.V,37.produ F.V.;C.B.V.27. Caulis. A. sæpe vno tempore.V.39.decimo gradu.A. Arietis in Mansione vicesima octaua,siue gradu Octauo Cancri. F.8.C.A.V.4.emplastris. A.loco.C.B.V. cta: A. vsu dierum triginta. F.7.C.A.V.30. Ex herba.l. Essentiæ ex Herba. C. B. V. 18. Viresq; naturales,&. F.9.C.A.V.43.pro Cari,repone. Millefolij: Agnouérunt.A. Alij pro Ambrosiana habuerunt. F.10. in Tabella V.7. 20.Expellere.A.menses prouocare. F.13.V.8. Vltimo.interpone (quodlibet vero spacio dierum triginta) præsenti Panace,A.ob naturam & essentiam ex partibus crassioribus concretam. F.18.C.A.V.27. alligetur A. certo tempore,vbi fossa fuerit. F.20. F.14.C.B.V.15.similes.A.Affectus. F.17.C.B.V.49.decrescente.A.& descendente. F.26.C.A.V.27.mixta.A.salubriter. F.34.C.A.V.32.quali.A. C.A.V.26.offert,si.intersere.de Extracto. F.21 C.A.V.31.tertio quoq; die.A.nouies. Vis huius est pùtredine vitiata instaurare.Ideoq; cerebri vermes necat,humiditatem nimiam ex hac ipsa Planta. F.39.C.A.V.32.pulmonibus destinatur.A. F.44.C.A.V.36.ex pino.A.cum Oleo Oliuarum. F.45. emendat, atq; calorem destructum reuocat F.40.In tabella,V,6.importatur.) A.eodem effectu. F.52.C.B.V.34.tricesimum.A. in Mansione C.A.V.46,hæreat, A.etiam medicamentis nullis alijs adhibitis. F.48.C.B.V.47.resoluendis.A.& eyciendis. F.62 C.B.V.38. 18. F.53.C.A.V.12.Oleum.A.cum Elixiere mixtum F.57.C.B.V.33.& radice.A.cum floribus. F.60.C.B.V.20.drachma, A. semis. F.72.C.A.V.40.erecta.A. eo præterq; hac. A.minus. F.66.C.B.V.2.coniunctus, A.sed tamen hac solummodo de fossione istarum Plantarum accipio, F.75.C.B.V.19.sesquiquinq; A.idq; quotidie ter. V.39. tribuunt, A. vnde scilicet situ quem in terra obtinuit.V.42.pari modo: A.sed ita vt inuersa fuerit. F.82.C.B.V.3.dies tres.A.dierum vero illorum & Hydropicis profutura videtur. F.81.in Tabella.V.20.calidas: A. & passiones eorundem alias quasuis, F.89.C.A.V.11.exilibus. A. & obscure pallentibus. F.90. singulo semel, F.85.C.B.V.42.eiusdem.A.tepentis. F.88.C.B.V.26.verum etiam.A.Syria, F.92.C.A.V.11.constat.A.ac idem Theophrasto quoq; Seniori haud inexploratum fuit. F.194. C.A.V.32.Vino.A.vesperi. F.91.C.A.V.13.flores.A.aridi. F.96.C.A.V.9.nona,Adde, existente,& cum. F.98.C.B.V.23.illi- C.B.V.15.gutturis.A.mane.V.39. prodest, Adde.si vsu dierum triginta adhibeatur. Septentrionalis accenditur,& vt plurimum in ore extstit.V. tu,A.Luna decrescente adhibitum. V.37.Stomacacem: A.qui morbus ex flatu maligno Venti F.100.C.A.V.30. Syluestris.A. & Daucus agrestis.] F.105. 40.Affectis.A.quotidie sumptum.V.45.expulsas.A.membraq; hoc pacto in integrum restituta. F.108.C.B.V.1. Diaphoretico. A. proxime C.B.V.37.Raphaim.A.non procul ab Ebron. F.106.C.B.V.20. Maio.A.medio V.22.qui.A:(quæ è radice extabat) F.115.C.B.V.3. Medicum commemorato.V.3.spissitudinem.A.maiorem. F.110. C.B.V.19.diluculo.A.per menses sex. F.113.C.B.V.19.illatas. A.inunctum. A.Basiliensem. F.121.C.B.V.12.retinendi.A.(vt in Alijs.)V.17.Atunsaal.A.Rectissimè vero diceretur Strangurialis.V.33.Vtrasq;.A.nec non & Sylua Zossena. F.123.C.B.V.20.Temporum.A.os. F.126.C.A.V.18.dicitur. A.cum isthic copiosior sit Plantæ huius prouentus. F.127.C.A.V.40.extinguit. A. humores viscidos discutit & trahit. F.128. Aqua rosacea l.Aquæ rosaceæ Semuncia.C.B.V.33.calculos, A.species antecedentes.V.41.Vlceribus.A purgandis. F.129. C.B.V.8.Essentia.A.ex radice eiusmodi,quotidie. F.137,C.B.V.22.inueteratæ, A.& recentis.V.34.callosis.A.& siccis. F.139. C.B.V.33.idipsum. A Destillatione.C.A.V,46.l.nec sane multis. F.143. C.A.V.19.signis.A.& Planetis. F.147. C.B.V.25. molita.A.& inspersa. F.150. C.B.V.121.Encathismate,A.calido. F.154.C.B V.12.medulla,A.cui humor talis lentus & viscidus adhæsit: V.22.Aqua Pyrethri.l.Aqua Pyrethri drachma vna. V.25.Pyrethri A.radicum.C.A.V.45.drachmæ,l.drachmarum quatuor. F.156,C.B.V.10,obtineant,A.contra naturam eorum.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΡΜΗΝΕΥΤΙΚΑ.

F.4.C.A.V.39. Augusti l.Septembris.F.V.C.A.V.7, Augusti l. Septẽbris, V.14. Signi in eodem dominantis.l. Signi eiusdem. V.22. primo vel tertio &c. intellige.21.23.27.In tab.V.12. cap.76,l.cap 89. F.6.C.A.V.29. Sex l.tres C.B.V.33.debilitati l.Contractioni. In tabella prima.V.2.stellula notato. Signum * tabellæ f.5.ad calcem addendum. F.7.C.A.V.29.tres l.sesquidua, duæ l.vna. tres l.sesquiduas.F.8.C.B.V.6.Erisypelata,repone, herpetas miliares. V.45. quadraginta l.quadraginta quinq;. F.9.C.B.V.25.Æneidos l. Georgicῶn. In tabella.V.2.μαλακιαν, repone. Psoran nondum inueteratam. F.11.in tabella V,5.incrustatum,Adde: atq;. F.13.in tabella V.1.Sex l.tres. V.4.vna l.dimidia. F.14.C.A.V.45.cap.74.l.90. F.16.C.A,V.41. naturam l.naturam &. V.52.tripla l.Subtripla. F.17.C.B.V.26.quatuor l.duabus. F.18.C.B.V.45. Piscibus,repone, Aquario. F.21. C.B.V.23.illuuie Ανυ-σισμαρ@. Hac appellatione reddere visum est (cognationis ratione) Affectũ vulnerum articulariorum quem vulgo fluxum Aquæ articularis (siue das Gliedwasser nominant) Sed cum nomen illud non satis propriè huic respondeat, melius fuerit loco illius recipere barbaram appellationem Synouia & Gluten (qua Paracelsus & Chirurgi vtuntur) vel etiam μύξα Hippocratis,qui in Libro de locis in homine illum Affectum hoc nomine videtur significare. F.22,C.A.V.8.Saturno in.l.(hæcq; omnia Saturno in &c.posito) F.24.C.B.V.18.Geminorum vel 6. &c. intellige 26.28.& 29.gr. F.25.In tabella V.15.duodecim.repone.6. F.27.C.A.V.6.cap.64.l.55. F.28 In tabella secunda.Tertiarij duo.Vbicunq; Tertiarij in hoc libro mentio fit intellige tertiam Congij partem quæ Mensuram (ein Maß) Franciscam repræsentat. F.29.C.B.V.4.Sandarace. Intelligitur hic Vernix glutinatoria. F.30.Stomachi inflatione. Alij vocant Conuulsionem Stomachi, Alij Cardiacam & Cardiogmon puerorum (das Hertzgesper & Etickum.) F.31. C.A.V.7.cap.29.l.87 F.33. In tabella V.9.Vncia duæ. repone: drachmas Sex.V,10.decem l.quinq;:Sex l.tres, quatuordecim l. Septem- F.35.C.B.V. 43.A.cottu &c.l.simpliciter Luna descendente.V.48. Luna ab Oppositione &c.l.Luna ascendente.F.52.C.B.V.29.decima.l.2decima sexta. F.57.C.B.V. 26.Anetho l.Aniso.F.58.C.A.V.2.Luna cornibus.l.simpliciter,Luna ascẽdente.C.B.V.2.crescente. l.descendente.V.vlti.Cap.69.l.cap.83.In tabella priore V.13.fastigio.alueo potius siue fundo. F.61.C.A.V.16.crescente l. decrescente. Vel potius Luna ascendente V.35.decrescente. l.crescente: vel potius Luna descendente. F.22.C.A.V.2.crescẽte l.descendente.F.63.C.A.V. vitalibus) et Capite.l.vitalibus et primarijs. 64.In tab.2.V.18.pedes vnius l. pedes binos vtriusq; F.65.C.A.V.21.Arietis.l.Leonis. F.68.In tab.V.8. quadruplo l.subquadruplo,omisso,quod versu ab hinc tertio sequitur:itidem F.73.C.B.V.6.aduersari.l.gestatu aduersari. F.75.C.B.V.8.Auripigmentum l.Lithargyrion V.9.opitulatur.adde haustu. F.76.C.A.si instilletur l.si calidus instilletur. F.79.C.A.V.10. cordi cum saccharo l. cordi,seminis cum Sacharo. F.82.C.A.V.6. Signorũ l.Siderum.V.8.radix vero cassa l.radix vero tum quidem cassa &c.C.B.V.11.Sicilici l.drachmæ dimidiæ. F. 83.In tabella.V.4.ante resectionem l.ante punctum plenæ illuminationis Lunæ, F.85.C.B.V.23.Sole l.Luna. F.188.C.A.V.21. Aut Petroselinũ Macedonicum &c.l.Aut Bibenellam pro Petroselino Macedonico haberent. F.91.C.B. V.9.triginta l.quadraginta. F.95.C.B.V.32. Hispanis Perslie l. Hispanis Persxil,Italis Petrosemolo.Gallis Persil,F.C.C.A.V.3,crescente l.descendente. C.B.V.34. et ijsdem.l.ijsdem.F.CV.in tabella.V.24.vnciæ l.Semunciæ.F.108. In tabella.V.34.(vt vocant) sublimatur. l.vel (vt vocant) Sublimatione. F. 109.C.A.V.22.seminis ex vino,l,Seminis ex vino haustum. F.111.C.B.V.15. illi.l.hi.V.18.hi l.illi.F.113.C.A.V.21.cũ Pisis virentibus.l.Aqua casei. F.116. C.B.V.11.quarum vrbium.l.quarum Syluarum. F.119.C.B.V.3. duabus.l. quatuor. F.120.C.A.V.10.& Marte l.Marte. In tabella, V.33.duabus.l.vna. F.121. C.B.V.32.oppidum l.pagum. F.29.C.A.V.11.duæ l.vna. F.132.C.A.V.6.Venis l. neruis. F.141.C.B.V.41.crescit l.descendit. F.123.C.B.V.Croatia.l.Carpathi montis.V.45.Sardoam intellige.Pulsatillam Italicam.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

FOL.1.In tabella.V.5.materia l.natura. F.2.C.B.V.28.Cancri l.Cancro. Fol.3.C.A.V.6.cap.72.l.cap.79.C.B.V.48.quatuor l.Sesquiquatuor. F.5.C. A.V.24.Sexto,& decimo.l.sexto & decimo.In tabella.V.13.cap.17.l.cap.7. in tab.secunda. V.9.Huius l.Hac. F.8.C.A.V.2.illita l.illitum. V.35. Heracleonis.l. Heracleon. F.10.in tab.prima.V.7.hac.l.hoc.In tab.secunda.Stillatium. l.Stillatitium.F.12.C.B.V.14. ex qua l.ex eaq;.V.43.ligamentis, peritonæo.l.ligamentis peritonæi. V.44.Vasibus l.Vasis. F.13.C.B.V.educto l.adducto.V.34. færmoribus l.fæmoribus. F.14.C.A.V.4.dissoluta fuerint.l.dissoluta,fuerint. F.15.C.A.V.1.factum l.factum).C.B.V.28.Abescens l.albescens. F.16.C.A.V. 29.raditione l.radiatione.F.17.C.B.V.48.peôris.l.Poris. In tab: prima V.5.immitatur.l.immittatur. F.19.C.B.V.32.Huic l.huc.V.46.minore l.minora,F.26 in tab.secunda,percolentur l.percolantur. F.27.C.A.V.3.Smyrnio,l.Smyrnion. F.28.In tab: V.6.obductos.l.obducto. F.29.C.B.V.4.Sandaracæ.l.Sandarace. F.30.De subfructice.l.subfrutice. F.33.C.B.V.24.recti restinguenda. l.recti restinguẽda.V.51.excitata.l.exiccata. F.34.C.A.V.10.cap.151.l.157.sicut infra V,40.C.B,V.34.frutticosa l.fruticosa. F.37.de subfructice l.de subfrutice. F.54.C.A.V.31.vt pote l.vt puto. F.57.C.A.V.48.σετεῶμα l.στατῶμα F.59.C.A.V.29.Fœniculi l.Fœniculum. 63. In tabella V.28.non vincant l.vincant.F.69.In tabella.V.52.id quod l.in quod. Fol.70.pcipue l.præcipue. F.77. C.A.V. oco l.loco.C.B.V.43.illud l.illi V.44.antecellit l.antecellunt. In tabella f.37.erustæ l.Crustæ. F.81.C.A.V.28.Iulij l.Iunij. F.84.C.B.V.41.colores herbido l.coloreherbido. F.89.in Icone Aprilis 20.D.l.Apri.29.D. F.90.C.A. V.27.lumbrorum l.lumborum.C.B.V.28.profecta.l.profectis. F.91.C.B.V.18. Affectus l.Abscessus. In tabella V.12.rostri Alembici l.rostro Alembici F.93.C. A.V.1 moliri) voluit.l.moliri voluit.F.97.C.B.V.41.Venereæ l.Veneri. Lunaris l.Lunæ.V.30.Concretibus.l.Concrescentibus. F.109.C.A.V.12.applicatum.l. applicata. F.110.C.A.V.36.Graci l.Græcis. F.113.C.B.V.21.Succus herbæ l. Succum herbæ.F.116.C.A.V.49.capillacis l.capillaceis.F.120.C.A.V.18.mixtorum l.mixtis.V.20.inspissatorum.l.inspissatis.F.23.C.B.V.36.Philosophia veteris l.Paracelsica.V.46.illittas l.illitus. F.126.C.A.V.16.capito l.capite.F.28.In tab.V.11.haurientq; l.hauriensq;. F.132.C.B.V.43.infamatione l.inflammatione.F.134.C.A.V.8:1581.l.1178.C.B.V.39.locu l.locum.F.130.C.A.V.42.præcedẽtibus l.præcedenti. F.137.C.A.V.33, vicesima l.tricesima. F.145.Capacius l. Capacius) F.149.C.B.V.37.atq; simili.l.atq; Sal simili. F.150.C.A.V.6.Vtni l.Vini. F.156.C.A.V.23.Eorum l.earum.

F.2.C.B.V.38.מושעתארם l.מושעהארם F.115.C.B.V.39.עביזגב l.צביזגב V.11.חשחזרע l.חשהזרע.



BERLINI
Excudebat Michael Hentzske,
Anno.
M. D. LXXVIII.

